ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS IV. - VOLUMEN IV.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXII

Annus IV. - Vol. IV. Die 15 Ianuarii 191J Num. 1.

ACTATAPOST™FSÄ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE URBIS VICARIATU

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi Nos in Apostolici ministerii fastigio constitutos urgeat *instantia quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum* [1] nihilominus vel ab ipso Nostri pontificatus exordio, illustrium Decessorum vestigia sequuti, haud praetermisimus in praecipuis habere sacram procurationem dilectae huius Urbis ecclesiaeque omnium principis, cui aroano divinae Providentiae consilio praepositi sumus.

Quapropter multa per occasionem a Nobis edicta sunt, sive ad cleri disciplinam tuendam, roborandam, sive ad amplificandum divinum cultum, sive ad paroecias aptius atque opportunius ordinandas; pluribus etiam peculiaris ac privati momenti rebus provisum.

Sed illud potissimum obversabatur animo, ut officiis quoque dioecesanae Curiae almae huius Urbis, hoc est Vicariatus Nostri, accessio aliqua fieret in melius; quo idem novis legibus canonicis plenius responderet, novis temporum adiunctis conveniret aptius, et expediendis negotiis celerius prospiceret. Cuius perficiendi consilii auctores etiam Nobis exstiterunt viri non pauci prudentia ac dignitate conspicui.

[1] **II *ad Corinth.* xi.**

Nunc vero, quum licuerit Vicariatui Nostro propriam sedem in Urbe, eamque multo commodiorem ampliorem-que attribuere, propositi Nostri in rem deducendi opportunum tempus advenisse indicavimus. Quapropter rebus omnibus matura deliberatione perpensis, Apostolica auctoritate Nostra ea quae sequuntur constituimus atque decernimus.

1^ Nostra dioecesana Urbis Curia, seu Vicariatus, in quatuor officia dispertitur: I° *de divino cultu et visitatione apostolica,* II° *de cleri et christiani populi disciplina,* III° *de iudiciariis negotiis,* IV° *de oeconomica administratione.*

2. Omnibus hisce officiis praesidet Cardinalis, qui Vicarius Noster generalis in Urbe est. Eiusque munus et auctoritas, prout nunc obtinet, perpetua est, nec cessat vacante Sede Apostolica.

3. Obnoxius Cardinali Vicario singulis quatuor memoratis « officiis praeerit Praelatus a Summo Pontifice eligendus, cui omnes qui in eodem officio sunt administri directo et proxime suberant.

Primo officio praeerit *Commissarius* pro rebus divini cultus et pro Visitatione apostolica in Urbe, alteri *Adsessor* pro rebus disciplinaribus, tertio *Auditor* pro rebus iudiciariis, quarto *Praefectus administrationi.* Quo etiam ordine, ratione dignitatis, singuli Praelati inter se praecedent.

4. Officia quae modo habentur Vicesgerentis, Locumtenentis, Secretarii et Auditoris Vicariatus supprimimus et vi praesentis Constitutionis suppressa declaramus. Iura vero et munia omnia quae ad eadem officia quocumque titulo pertinebant, respective pro natura negotii et iuxta terminos in hac constitutione statutos tribuimus et assignamus quatuor memoratis Praelatis.

Volumus autem ac decernimus ut venerabilis frater Noster Iosephus Ceppetelli Patriarcha Constantinopolitanus, cui officio primo praeesse et munus Commissarii adtribuimus, honoris causa, nomen *Vicesgerentis,* ipse tantum, durante munere servet.

5. Quamquam singula officia et qui eis praesunt, coniunctim et amico foedere procedere debeant, quo melius finem suum, hoc est divinam gloriam et populi salutem, collatis viribus, assequantur; nemo tamen, etsi ordine et gradu dignior, in alterius officii negotiis se immisceat, salvis tamen iis quae circa rem oeconomicam in *cap. IV* huius legis praescripta sunt.

6. Deficiente vel impedito, quavis de causa, etiam propter Conclave, Cardinali Vicario, singuli Praelati per se ipsi omnia quae ad suum officium spectant secundum praescripta in hac lege moderabuntur, ac de fideli ministerii sui adimplemento iuxta canonicas leges respondebunt.

CAPUT I.

PRIMUM VICARIATUS OFFICIUM.

De divino cultu et visitatione apostolica.

7. Ad consulendum divini cultus ordini et decori, et ad pastoralem visitationem in Urbe peragendam, ob peculiares conditiones in quibus versatur civitas totius catholicae religionis caput, Decessor Noster Clemens VIII, constitutione *Speculatores* die 8 mensis iunii an. 1570, Congregationem Visitationis Apostolicae certis praefinitis legibus erexit. Ut autem iura et officia huius Congregationis aptius pro temporum adiunctis definiret, die 21 mensis decembris anno 1847 Pius IX apostolicis litteris *Beati Petri* novas eidem Congregationi leges constituit.

In praesenti vero, servantes, in iis quae rem attingunt, praescriptiones Decessorum Nostrorum, et executioni mandantes quae Nos ipsi in constitutione *Sapienti consilio* die 29 mensis iunii anno 1908 statuimus, opus Visitationis apostolicae in Urbe eiusque dioecesi concredimus peculiari coetui, seu *Commissioni* PP. Cardinalium, cuius Praeses erit Cardinalis Noster in Urbe Vicarius et membra nata Cardinales Praefecti SS. Congregationum Concilii et Religiosorum.

8. A secretis huius coetus erit *Commissarius* Nostri Vicariatus, de quo in *num. S* diximus.

9. Tabularium et archivum, quae propria erant S. Congregationis Visitationis ante constitutionem *Sapienti consilio* huic officio cedunt.

Pariter inter officiales Vicariatus connumerabuntur qui administri erant memoratae S. Congregationis, sub modo tamen et cum titulo et muneribus quae huic novae Vicariatus ordinationi respondeant.

Eiusdem autem arca nummaria in custodiam transibit officii quarti Vicariatus.

10. Mandamus autem atque decernimus, ut singulis quin-

quenniis, eo ipso anno quo Italiae Ordinarii obligatione tenentur relationem de statu suae dioecesis S. Sedi exhibendi, ab hac Commissione Visitatio apostolica fiat in Urbe eiusque dioecesi, nulla alia requisita Nostra vel Successorum Nostrorum praescriptione, et nullo loco aut persona exceptis, praeter S. R. E. Cardinales, palatia apostolica et S. Sedis officia.

11. Prima autem huiusmodi lustratio, nova hac lege peragenda, fiat anno 1916. Quae autem in praesenti habetur, ipsa die qua haec constitutio editur, intermittatur.

12. Antequam annus incipiat Visitationis in Urbe peragendae, PP. Cardinales memorati coetus convenient, ut socios visitationis eligant a Summo Pontifice approbandos, qui una cum Cardinali Vicario, partita provincia, ecclesias et pia loca lustrabunt; atque ut alia decernant, quae opportuniora ad felicem visitationis exitum videantur.

13. In visitatione peragenda regulae servabuntur quae decreto *A remotissima* S. Congregationis Consistorialis die 31 decembris an. 1909 statutae sunt.

14. Socii visitationis tamen nullum edant decretum, nihilque ipsi constituant aut iubeant; tantummodo videant, referant, proponantque coetui PP. Cardinalium quae corrigenda vel stabilienda censeant in ecclesiis piisve locis a se lustratis.

Decreta autem legesve ne ferantur, nisi a memorato coetu PP. Cardinalium, vel eius nomine et auctoritate a Commissario Vicariatus.

15. Si quae in visitatione occurrant, quae gravia sint et provisionem cito postulent, ea a Cardinali Vicario vel a Commissario Summo Pontifici quamprimum referantur.

Expleta autem visitatione, ab eodem Commissario scripta relatio Summo Pontifici exhibenda conficietur de omnibus summatim maioris momenti rebus quae in visitatione compertae sint, ac de decretis.

16. Quo autem visitatio tutius et expeditius perficiatur, ofli cium alterum de cleri disciplina et officium quartum de oeconomica administratione eorumque administri ne omittant quae cognitu necessaria vel opportuna sint cum visitatoribus sive ultro sive ad ipsorum petitionem communicare.

17. Officio primo insuper competit tum visitationis anno, tum extra hoc tempus, moderari quidquid in ecclesiis, sacellis aliisque sacris Urbis locis cultum divinum spectat, sacras fun-

ctiones, sanctorum reliquias, sacras imagines, legatorum adimplementum, prout disposita sunt in memoratis apostolicis litteris Pii IX, et ante constitutionem *Sapienti consilio* in usu erant penes S. Congregationem Visitationis.

18. Lipsanotheca, et coetus ab archeologia et a musica sacra huic officio adiunguntur, integris in reliquo manentibus eorum ordine ac statu.

19. Si qua itaque difficultas aut quaestio ad archeologiam sacram vel musicam ecclesiasticam spectans exoriri contingat, aut si quid consilii his de rebus capere velit Cardinalis Vicarius, sub eius vel Commissarii ductu memorati coetus congregabuntur.

20. Volumus praeterea ac statuimus ut penes hoc officium primum novus coetus seu *commissio ab arte sacra* constituatur, et hac prima vice Nobis reservamus eligere et nominare qui ei coetui adscribantur.

In posterum vero ipsi, praeside Cardinali Vicario vel Commissario, deligent et Summo Pontifici proponent eos qui huic coetui accenseantur.

Horum consilio Cardinalis Vicarius utetur in iis omnibus quae ad sacram aedium constructionem, conservationem, restaurationem, ornatum et similia pertineant.

21. Recensio in hoc officio fiat et diligenter servetur omnium ecclesiarum Urbis, cum adnotationibus necessariis aut opportunis de ipsarum statu.

CAPUT IL

OFFICIUM ALTERUM.

De cleri et christiani populi disciplina.

22. Officium de cleri et populi christiani disciplina, quatuor partibus continetur. Hae sunt: 1.° de clero, 2.° de institutis religiosis mulierum, 3.° de scholis, collegiis aliisque laicis ephebeis, 4.° de confraternitatibus aliisque consociationibus et operibus socialibus.

23. In singulis quatuor huius officii partibus unus erit a secretis, qui sub auctoritate ac nutu Cardinalis Vicarii et Adsessori^ curam proxime habebit omnium quae pro sua officii parte gerenda sint.

24. Singularum partium a secretis eligentur a Summo Pontifice, proponente Cardinali Vicario : ceteri officiales ab ipso Cardinali Vicario, facto ante periculo.

PARS SEU SECTIO 1.ª - *De Clero saeculari et regulari.*

25. Ad hanc sectionem spectat,

a) curare et providere intra limites a sacris canonibus constitutos ea omnia quae ad cleri saecularis et religiosorum disciplinam necessaria vel opportuna sint;

b) haeresibus pr a visque opinionibus, quae forte suboriantur, advigilare, servatis regulis quae in canonicis praescriptis ac signanter in encyclicis litteris *Pascendi* die 8 mensis septembris 1907, et motu proprio *Sacrorum Antistitum* die 1 mensis septembris 1910 constitutae sunt;

c) indulta concedere ad libros evulgandos et ad ephemerides seu diaria moderanda vel edenda ;

d) curam habere de seminariis aliisque clericorum collegiis a Cardinalis Vicarii iurisdictione non exemptis ;

e) doctrinae periculum instituere clericis ad sacras ordinationes eosque ad illas admittere ;

/) attestationes vulgo *celebret* praebere, quibus constet sacerdotes posse in ecclesiis et sacellis ad celebrandum admitti;

g) commendatitias aliasque litteras testimoniales clero concedere.

h) Huic item officio reservatur approbatio ad sacramentales confessiones excipiendas et ad sacras conciones habendas;

i) designatio ad munus confessarii in ecclesiis et institutis quibuslibet ;

T) electio sacerdotum qui munere rectorum fungantur in templis, et eorum qui sacellarii, vulgo *cappellani,* sacris operentur in sodalitatibus et institutis quibuslibet, nisi ea electio aliis legitime sit reservata;

m) provisio paroeciarum.

In quibus omnibus peragendis vel curandis Vicariatus administri cavebunt, ut communis iuris-normae et laudabiles Urbis consuetudines retineantur.

26. Praescripta a f. r. Leone XIII Decessore Nostro per decretum S. C. Concilii *Anteactis temporibus* die 23 mensis decembris 1894 et a Nobis in litteris ad Emum Urbis Vicarium

die 6 mensis augusti 1905 renovantes, mandamus, ut in posterum nullus clericus sive ad Romanum clerum, sive ad alias dioeceses pertinens a quolibet, etiam Cardinalitia dignitate praefulgente, assumatur seu eligatur ad aliquod officium vel beneficium quod stabilem vel diuturnam commorationem in Urbe requirat, nisi qui illum seligere velit, secretis litteris ab Emo Urbis Vicario ante expetierit, utrum aliquid ex parte Vicariatus obstet, nihilque obesse sciverit.

Quaelibet vero provisio, seu officii assignatio, aliter facta nulla et irrita erit, abrogatis hac de re privilegiis et exemptionibus quibuslibet, etiam peculiarem mentionem requirentibus, quae sint huic praescriptioni contrariae.

27. Recensio hac in sectione habebitur cleri universi tam saecularis quam regularis, adnotatis ad singula nomina commorationis loco, aetate, suis cuiusque muniis aliisque adiunctis personae.

28. His omnibus quae in hoc capite recensentur officiis explendis Cardinalem Vicarium adiuvabunt, praeter huius partis administros, varii coetus a canonicis legibus iam praescripti, hoc est, examinatores cleri, consultores ad parochi amotionem decernendam, consilium vigilantiae, deputati seminariis, *commissio directiva* pro sacerdotali ministerio.

29. Postremus hic coetus in posterum constabit quinque saltem sacerdotibus a Cardinali Vicario cum approbatione Summi Pontificis eligendis, qui maturae sint aetatis, virtute, prudentia et rerum cognitione praeclari. Iique a consiliis erunt Cardinalis Vicarii in assignatione munerum, officiorum et beneficiorum cleri.

30. Quo autem examinatores praesentis temporis necessitatibus valeant aptius occurrere, collegium, quod nunc est, apostolica auctoritate supprimimus et suppressum declaramus, aliudque novis legibus constituimus iuxta ea quae infra decernimus. *

a) Romani cleri examinatores in posterum duodeviginti erunt e clero saeculari et regulari delecti.

b) Quoties in synodo eorum electio fieri nequeat, ipsi eligentur a Cardinali Vicariorum Summi Pontificis approbatione, et per quinquennium dumtaxat.

c) Hac tamen prima vice, ne forte contingat ut omnes examinatores simul officio cadant, novem ipsorum per decennium eligentur.

d) Qui ab Urbe intra sex menses non reversuri discedunt, qui diuturno morbo affecti impares fiunt, qui munus assumunt quod nequeat cum examinatoris officio componi, hoc ipso de officio decidunt.

e) Quoties his de causis, vel alio canonico titulo, vel morte accidat ut unus examinatorum deficiat, alius eius loco nominabitur, qui tamen in officio persistet dumtaxat usque ad exitum quinquennii illius examinatoris in cuius subrogationem successit.

/) Examinatores qui cadunt possunt a Cardinali Vicario denuo eligi.

g) Omnes examinatores ad invitationem Cardinalis Vicarii operam suam diligenter navabunt experimentis habendis ad provisionem paroeciarum, ad clericorum ordinationem, ad approbationem sacerdotum petentium excipere sacramentales confessiones aut sacras habere conciones ; itemque, ubi sit opus, ad amotionem alicuius parochi decernendam, iuxta novissimum decretum *Maxima cura.*

h) Aliquot ipsorum convocari poterunt, ut in rebus ad disciplinam pertinentibus maioris momenti vel difficilioris definitionis consilium suum praebeant sub ductu Cardinalis Urbis Vicarii, vel Adsessoris, vel a secretis huius sectionis.

i) Poterit etiam Cardinalis Vicarius ipsorum alicui committere ut aliquod negotium examinet et scripto redigat votum suum, aliave agat quae ad cleri disciplinam custodiendam utilia vel necessaria videantur et a Vicariatus officialibus praestari congrue nequeant.

SECTIO 2.ª - ***De institutis religiosis mulierum,***

31. Cum expediat ut monasteria aliaeque religiosae mulierum domus, quae in Urbe sunt, uni eidemque ordinariae iurisdictioni subsint, decernimus et statuimus, ut omnes in posterum, a die quo haec Constitutio vim et executionem habere incipiet, auctoritati et ordinariae iurisdictioni unius Cardinalis Vicarii subiectae sint, suppressis exemptionis privilegiis, quibus earum nonnullae aliquibus S. R. E. Cardinalibus, aut Praelatis saecularibus vel regularibus obnoxiae erant, et conservato dumtaxat memoratis PP. Cardinalibus protectionis munere, quod modo in eas ipsi obtinent, aut in futurum eisdem concedi poterit.

32. Regendis et gubernandis his omnibus monasteriis et re-

ligiosis mulierum domibus Cardinalem Vicarium adiuvabunt, prout in praesens iam obtinet, sex sacerdotes maturae aetatis, virtute et prudentia praeclari, qui, divisa Urbe in totidem regiones, delegati erunt monasteriorum regionis singulis attributae.

33. Huius sectionis a secretis munus erit,

a) indicem conficere et ordinate servare monasteriorum omnium ac domorum religiosarum, cum recensione numeri religiosarum, moderatricum, operum quibus vacant, sacerdotum qui ibidem sacra ministeria explent et cum aliis indicationibus ad rem facientibus;

b) interesse coetibus ad quos delegati conveniunt, et scripto redigere ac servare quae in eis acta vel decreta sint;

c) executioni demandare quae statuta sunt, si a Cardinali Vicario vel ab Adsessore ad hoc delegetur; et supplere si opus sit in casibus particularibus et ex delegatione, ut supra, aliquem ex delegatis in suis muneribus.

34. Delegatorum vero erit singulas domos in sua regione vel aliter suae curae commissas identidem visere; atque sub ductu et auctoritate Cardinalis Vicarii vel Adsessoris curare, ut in eis instituti disciplina servetur, ut scholae aliaque pia opera, quae in eis habeantur, recte procedant, ut rei familiaris administratio rite geratur, ut in pace et sanctitate moniales seu sorores convivant.

Ipsorum quoque erit postulantes ac novicias examini subiicere, et vigilare ut in singulis domibus adsint sacerdotes qui sacellarii seu *cappellani* officio fungantur, iidemque confessionibus excipiendis et sacris concionibus habendis sancte studioseque vacent.

Praeterea diebus a Cardinali Vicario pro sua prudentia statutis convenient, ut de rebus difficilioris momenti, aut de iis quae ad commune bonum spectant, praeside Cardinali Vicario vel Adsessore, pertractent.

35. Si qua autem peculiaris praescriptio necessaria sit sive circa regularem religiosarum disciplinam, sive circa pia opera, quibus religiosae mulieres vacant, aut circa sacerdotes qui sacrum ministerium apud eas explent, delegati hoc negotium ne sibi sumant ipsi, sed rem deferant Cardinali Vicario vel Adsessori in ordinario delegatorum conventu, vel etiam extra, sive ipsi per se sive ope a secretis huius sectionis, ubi res urgeat aut alias necesse **sit.**

36. Curabunt etiam singulis bienniis scripto referre quae de statu domorum religiosarum in sua regione notatu digna sint, quae laudanda, quae emendanda, quae opportune statuenda videantur; quo plenius et maturius Cardinalis Vicarius sive ipse per se sive in conventu delegatorum omnia perpendere, et quae necessaria sunt valeat statuere.

37. Optamus denique ut remunerationes, quas religiosa haec instituta donare singulis mensibus vel annis valent sacerdotibus qui in ipsarum bonum vel in earumdem domibus sacrum ministerium exercent, in posterum ad Vicariatum mittantur, ab eoque, non a religiosis mulieribus, iis ad quos spectat prudenti Cardinalis Vicarii iudicio tribuantur.

SECTIO 3.ª - *De scholis, collegiis aliisque educationis laicorum institutis.*

38. Scholae ad erudiendam laicam utriusque sexus iuventutem, tam diurnae quam noctnrnae, tam inferiores seu primariae quam superiores quaelibet, quovis nomine nuncupentur, omnes in posterum auctoritati et iurisdictioni Cardinalis Vicarii proxime suberant. ,

Pari modo eius auctoritati proxime obnoxia erunt collegia aliaque instituta in quibus laica utriusque sexus iuventus educationis causa colligitur, salvis canonicae exemptionis religiosorum regulis.

39. Cessabunt vi praesentis Constitutionis et in Cardinalem Vicarium transferentur iura et officia quae in aliquot scholas, asyla, collegia et pia instituta hucusque propria erant sive Praefecti domus Pontificiae, sive Antistitis a largitionibus Pontificis, sive Pontificii coetus praeservationis fidei.

Pariter cessabunt et in Cardinalem Vicarium transferentur iura et officia quae in aliquot scholas Urbis técnicas, uti vocant, aut gymnasiales similesve ad S. Congregationem Studiorum pertinebant.

40. Reditus a Nobis quotannis tribui soliti ad harum omnium scholarum sustentationem, aliique qui a singulis memoratis Pontificiis coetibus vel Praelatis pro scholis seu institutis unicuique propriis detinebantur aut ofïerebantur, in unum collecti a Cardinali Vicario administrabuntur iuxta normas constitutas in Officio IV, ac distribuentur inter varias scholas et instituta

iuxta fundatorum et offerentium voluntatem, iustitia et aequitate servata.

41. Coetus pontificius a decessore nostro v. m. Leone XI1Í anno 1878 institutus nonnullis scholis moderandis, qua talis cessabit: eiusque loco Consilium scholasticum sub Cardinalis Vicarii seu Adsessoris auctoritate et nutu constituetur.

Qui huic consilio adscribantur eligendi erunt a Cardinali Vicario, iisdem pro rei natura servatis regulis ac superius pro examinatoribus est constitutum.

42. In scholis, collegiis aliisque educationis institutis, *quae a Vicariatu temporali ratione sustentantur,* scholastici consilii officium erit, nominare ac removere, si opus sit, moderatores et magistros, libros ab alumnis utendos deligere, interiorem disciplinam inspicere ac tueri ; cavere rectae, et, quoad liceat, perfectae iuvenum institutioni; conservationi aedium aularumque scholasticarum advigilare.

Quoties vero agatur de expensis faciendis, nil statuatur nisi vocato in consilium Praefecto administrationi, de quo infra in *cap. IV,* eiusque voto requisito.

43. In scholis vero et institutis, quae a pia aliqua causa vel religiosa aliqua familia sustentantur, scholastici consilii munus erit cognoscere quinam sint moderatores et magistri, quinam libri textus ; utrum institutio religiosa et moralis sufficiens ac recta sit; qua ratione christiana doctrina tradatur et quaenam pietatis exercitationes fiant; utrum institutio civilis conformis sit legibus utilisque, et in scholis nil contra leges tuendae valetudinis habeatur. Si quid autem vel omnino reprehendendum vel minus rectum inveniatur, Consilium, seu de Consilii voto Cardinalis Vicarius, hoc denunciabit moderatoribus piae causae aut religiosae familiae, ut opportuna remedia parentur.

44. Curae et vigilantiae scholastici consilii suberunt etiam opera illa omnia quae *patronatus* scholastici vel *post scholas* nomine veniunt, vel alio simili titulo nuncupantur.

45. Ad suum vigilantiae curaeque officium explendum, scholasticum consilium aliquot inspectores deliget, quorum opera utetur ad scholas, et memorata superius instituta atque opera invisenda.

46. A secretis huius sectionis munus erit,

a) indicem texere et ordinate servare omnium scholarum, collegiorum et institutorum de quibus supra, adnotando qui-

nam sint moderatores et magistri, quot habeantur discipuli seu alumni, quinam sit status rerum et morum in instituto;

b) interesse conventibus consilii scholastici, ac recensere et in tabularium referre acta et decreta Cardinalis Vicarii eiusque scholastici consilii;

c) executioni mandare quae a Cardinali Vicario eiusque scholastico consilio statuta sint, si hoc expresse in mandatis habeat.

SECTIO 4.^A - *De confraternitatibus aliisque consociationibus et operibus socialibus.*

47. Ad hanc sectionem in primis pertinet cura et vigilantia in sodalitates et archisodalitates, quantum ad Vicariatum de iure spectare potest, salvis scilicet singularum legibus, statutis ac privilegiis ab ecclesiastica seu Apostolica auctoritate rite recognitis, quibus praesenti Constitutione nihil detrahitur.

48. Insuper quum complura alia ex Dei gratia in Urbe sint consociationes et opera, quae pium aliquem finem religionis, caritatis aut iustitiae propositum habent, in bonum nunc ipsorum sociorum, nunc aliorum, aut totius societatis; haec omnia ef^quotquot alia similia in posterum instituentur curae huius Vicariatus partis atque auctoritati et iurisdictioni Cardinalis Vicarii proxime subiecta esse volumus ac iubemus.

Si quae itaque consociatio vel si quod pium opus aliquem Praelatum vel S. R. E. Cardinalem protectorem habeat, hoc protectionis munus ita accipi et intelligi debet, ut iurisdictio Cardinalis Vicarii integra semper maneat.

Auctoritas et iurisdictio Cardinalis Vicarii in memoratas consociationes et opera necessario sibi vindicat, ut ab eo ipsa rata habeantur, ab eodemque statutorum approbationem impetrent in iis quae ad pium ipsorum finem referuntur, nisi-forte a Summo Pontifice statuta ipsa directo receperint.

Eiusque quoque erit, vel Adsessoris, vigilantiam in ea exercere, curam de iis habere, salvis semper legitimis eorundem statutis ; et sacerdotes adsistentes, delegatos, destinatos confessionibus excipiendis, vel utcumque moderatores eisdem praebere.

49. His exercendis muneribus suppetias Cardinali Vicario ferent varii coetus seu consilia, quae ad dirigenda uniuscuiusque generis opera et consociationes instituta forte inveniantur, vel in posterum instituentur.

Adeoque primum in socialibus operibus auxilio erit Cardinali Vicario et Adsessori *consilium dioecesanum actionis catho^ licae in Urbe,* quae iuxta apostolicas litteras *II fermo proposito* iam exstat: in coetibus virorum a S. Vincentio a Paulo consilium centrale romanum: iri consociationibus dominarum caritatis a S. Vincentio a Paulo aliud centrale Urbis consilium : et ita in similibus.

50. Inter socialia opera cum principem locum obtineat, et longe maxime ad bonum religionis et societatis intersit pium opus catechismi, volumus ac mandamus, ut non intermissa cura ac praecipua illud a Cardinali Vicario geratur.

51. Itaque in singulis paroeciis, ad normam eorum quae in constitutione *Acerbo nimis* die 15 mensis aprilis anno 1905 praescripta sunt, consociatio canonice constituta habeatur, cui nomen *congregatio doctrinae christianae.* Cardinalis autem Vicarius et Adsessor vigilent sedulo ut parochi, ipsisque subiectae congregationes quas diximus, catechismum doceant ad legis praescriptum, eo modo ac ratione quibus maxime alliciantur pueri ut intersint et germanam fidei morumque doctrinam hauriant.

52. Ut autem Cardinalis Vicarius curam et vigilantiam tanto operi, necessariam assidue possit et efficaciter exercere, consilium sex saltem sacerdotum constituet, quorum electio a Nobis et successoribus Nostris pro tempore erit approbanda: iidem in officio per quinquennium perdurabunt et a munere décident eodem modo ac examinatores cleri, de quibus supra sub *num.* 30.

53. Sacerdotum huius consilii munus erit,

a) statis temporibus, sub ductu Cardinalis Vicarii vel Adsessoris convenire, ut quae necessaria vel opportuna sint ad catechismi opus excolendum, perficiendum in singulis paroeciis decernant;

b) invisere de mandato Cardinalis Vicarii vel Adsessoris singulas paroecias, ecclesias vel scholas ubi catechismus doceatur, et videre ac referre qua methodo, quo fructu christiana doctrina tradatur, et utrum scholae quae habentur sint satis ad iuventutis utriusque sexus institutionem, an aliae horis et locis aptioribus aperiendae sint;

c) certamina instituere ad praemia inter praestantiores catechismi alumnos unius vel plurium paroeciarum.

54. Archisodalitatis a christiana doctrina quae in Urbe penes ecclesiam S. Mariae *a planctu* instituta est, iura et officia ad hoc unum circumscripta volumus, et praesenti constitutione circumscribimus, ut curam et administrationem suae ecclesiae et piorum legatorum quae in ea sunt habeat, et ceteras sodalitates a christiana doctrina ad indulgentiarum participationem aggregare valeat: in moderatione autem catechismi dioecesani se non immisceat. Statuta igitur huius archisodalitii hoc sensu erunt immutanda et a Cardinali Vicario approbanda.

55. Quod vero spectat hospitalia quae in Urbe modo sunt, pluribus privilegiis donata, dum usui vel iuri detrahere nolumus, quo religiosis alicuius Ordinis vel Congregationis animarum cura in aliquibus ex iis piis domibus reservata est, statuimus et praescribimus, ut in posterum nemo religiosus vir a suis Praepositis ad has pias domus in hunc finem mittatur, nisi de consensu et approbatione Cardinalis Vicarii: cui praeterea attribuimus vigilantiam in eos exercere, et, si opus sit, eosdem a munere removere; sicut eidem attribuimus et reservamus vigilantiam in moniales quae ibidem pium caritatis opus praestiturae versantur: sublatis in hac parte privilegiis quibuslibet, etiam peculiarem mentionem merentibus, quae hisce dispositionibus adversentur.

Mandamus itaque ut in posterum moderatores Ordinum et Congregationum, antequam religiosum aliquem suum ad hospitalia mittant, eius nomen proponant Cardinali Vicario, huiusque beneplacitum exspectent, ut licite possit sacrum ministerium ibidem exercere.

56. A secretis huius sectionis officium erit,

a) indicem texere et conservare omnium sodalitatum et archisodalitatum Urbis, nec non consociationum et operum socialium, cum recensione eorum qui praesident, numeri sodalium, loci quo hi conveniunt aut ubi pium opus est situm;

b) interesse conventibus coetuum seu consiliorum, de quibus in *num. 49,* et *num. 53, litt. a),* in regesto conscribere et in tabulario asservare quae gesta aut statuta sint;

c) executioni mandare, si expressis verbis iubeatur a Cardinali Vicario vel ab Adsessore, quae circa consociationes et opera haec decreta sint.

APPENDIX. - *De delegato ad agrum romanum.*

57. Ad aptius consulendum iis qui in romano agro versantur, usque dum praesentes conditiones rerum subsistant, volumus ac decernimus, ut sub Cardinalis et Adsessoris auctoritate ac nutu sacerdos habeatur, qui curam proxime habeat earum rerum omnium quae in eodem agro ad cleri et fidelium salutem ac disciplinam decernenda gerendaque sunt.

Vocabitur delegatus ad agrum romanum; eiusque electio fiet a Cardinali Vicario cum approbatione Summi Pontificis.

CAPUT III.

OFFICIUM TERTIUM.

De iudiciariis negotiis.

58. Ordinarius et unicus iudex primae instantiae in omnibus causis quae apud forum ecclesiasticum Romanae dioecesis agi possunt, quolibet alio tribunali et iurisdictione hucusque vigente suppressis, erit ipse Cardinalis Urbis Vicarius.

59. Qui tamen non ipse per se causas videbit, nisi expressis verbis in aliquo casu ob peculiares rationes sibi id reservaverit; sed per suum *Auditorem,* qui nempe suum locum in re iudiciaria teneat et unum tribunal cum eo constituat, quique ut dioecesanae romanae curiae *Officialis* habebitur.

60. Ipse vero causas iudicandas non assumet, nisi prius de re docuerit Cardinalem Urbis Vicarium. Quo annuente iudicium instituet, et usque ad sententiam definitivam perducet, servatis communis iuris regulis.

61. Ad eum reservatur quoque iudicium de quaestionibus funeraticiis aliisque quae Camerarii cleri hucusque propria erant, cuius proinde officium et iurisdictio suppressa manent.

62. Auditori dabitur adiutor *substitutus,* cuius electio Summo Pontifici reservatur.

63. Si qua causa ex iuris norma non ab uno iudice sit definienda, sed a tribunali collegiali, huius praeses erit ipse Auditor, nisi Cardinalis Vicarius ius praesidendi sibi reservaverit.

64. Electio eorum, qui in tribunali collegiali *coniudicum* officio fungantur, Summo Pontifici reservatur. Inter eos vero

quinam in speciali aliqua et certa causa cum Cardinali Vicario vel Auditore ad iudicandum sedeant, decernere Cardinali Vicario attribuimus.

65. Ad officium de iudiciariis negotiis, hoc est, ad Auditorem et ad officiales eidem subiectos, spectat quoque processus conficere de dispensationibus matrimonialibus, de mandatis liberi status seu *contrahendi,* de correctione fidei nativitatis, matrimonii et similium actorum, de recognitione subscriptionum et documentorum, aliaque huius generis.

Quibus in negotiis pertractandis ac definiendis communis iuris regulae, et his deficientibus, laudabiles ac probati Vicariatus usus erunt servandi.

66. Erunt insuper in hoc officio de iudiciariis negotiis Promotor iustitiae, ac Defensor vinculi, a Cardinali Vicario cum approbatione Summi Pontificis eligendi.

Nil autem vetat quominus haec munera uni eidemque tribuantur, si ille par sit eisdem rite satisfaciendis.

67. Notarii, cancellarius aliique inferiores administri, qui necessarii sint explendis muneribus huius officii propriis, a Cardinali Vicario eligentur, praemisso eorum examine.

0

CAPUT IV.

OFFICIUM QUARTUM.

De administratione oeconomica.

68. Unica erit omnibus Vicariatus officiis administratio oeconomica sub dependentia Cardinalis Vicarii et Praelati eidem administrationi *Praefecti.*

69. Ad eam conferendi sunt reditus universi qui ex rescriptis aliisque titulis quibusvis Vicariatui eiusque variis officiis obveniant. Ipsa aream nummariam et pecuniae capita custodiet, quae Vicariatui et antiquae sacrae Congregationi Visitationis erant propria: ipsa pensiones et renumerationes persolvet, subsidia distribuat (nisi aliter Cardinalis Vicarius in aliquo casu faciendum censuerit), oneribus satisfaciet, expensis occurret sive ordinariis sive extraordinariis, quae a Cardinali Urbis Vicario vel a Praelatis Vicariatus officiis praepositis probatae erunt.

70. Quamvis autem unica sit administratio, sors et reditus ex fundatione, aut ex expressa piorum oblatorum voluntate,

aut ex praescriptione Summi Pontificis alicui officio vel operi attributa, sarta tecta ei servabuntur, et ab huius officii moderatoribus in praescriptum finem erogabuntur.

71. Huius quoque officii erit curam habere de conservatione ei recta gestione bonorum paroecialium, praesertim beneficio vacante, et bonorum ad pias causas pertinentium, maxime si hae piae causae propria ac distincta administratione a canonicis legibus recognita careant.

72. Arca nummaria secundum canonicas normas custodietur.

73. Duo praeterea erunt inferiores administri a Cardinali Vicario cum approbatione Summi Pontificis eligendi, praestita pecuniaria cautione, quae respondeat sorti vel pecuniae, de quibus ipsi possunt aliquando disponere : eisque, si necessitas exigere videatur, dari poterit a Cardinali Vicario cum approbatione Summi Pontificis aliquis adiutor.

74. Alter ipsorum ratiocinatoris munere fungetur : alter vero distributoris et capsarii officium potissimum peraget.

75. Singulis mensibus Praefectus administrationi rationem reddet Cardinali Vicario accepti et expensi.

Quotannis vero epitomen totius administrationis conficiet, approbationi Cardinalis in Urbe Vicarii et Summi Pontificis subiiciendam.

CAPUT V.

De interna officiorum disciplina.

76. Quae normae circa internam disciplinam statutae sunt in sacris Congregationibus aliisque S. Sedis Officiis post constitutionem *Sapienti consilio* eaedem cum proportione serventur in variis Vicariatus officiis.

Praesertim vero custodiantur quae statuta sunt de iureiurando praestando ac de officiorum disciplina.

77. Singula quatuor officia tabularium suum, vulgo *protocollo* habebunt, in quo recensio erit rerum ad illud officium spectantium, et acta et documenta servabuntur, de quibus adhuc quaestio esse poterit: deinde ad archivum mittentur.

78. Tum tabularium tum archivum duplex erit, secretum aliud, aliud non secretum.

79. Ex his autem, etsi non secretis, nullum documentum neque exemplar extrahatur, neque cum ullo communicetur, nisi

de mandato Cardinalis Vicarii, vel Praelatorum ad quorum officium res spectet.

80. Administrorum, quibus tabularii vel archivi cura commissa est, munus erit acta et documenta recensere, custodire, ordinate servare, eorumque exemplar, recepto mandato, conficere et suis quaeque officiis tradere.

81. Archivarius, seu archivo praefectus, a Summo Pontifice eligetur. Suberit autem directe Cardinali Vicario, eoque deficiente vel absente, Commissario Vicariatus, salva tamen dispositione *can. 79,* de quo supra.

82. De tempore quo varii administri in officii aulis esse debent ac de feriis, Cardinalis Vicarius normam Nobis proponat, habita ratione legum quae apud SS. Congregationes obtinent, quasque Nos Ipsi probavimus.

Decernentes praesentes litteras firmas, validas et efficaces semper esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere a die eius promulgationis in Commentario de *Apostolicae Sedis actis;* atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam contigerit attentari, non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuslibet etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis dominicae millesimo nongentesimo duodecimo, Kalendis Ianuariis, festo Circumcisionis D. N. I. C, pontificatus Nostri anno nono.

A. CARDINALTS AGLTARD1
S. B. E. Cancellarius.

C. CARDINALIS DE LAI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Loco Plumbi

VISA
M. RIGGI C. A.. *Not.*

Reg. in Cane. Ap. N. 576.

EPISTOLA.

AD R. P- D. IOANNEM BAPTISTAM CASTRO, ARCHIEPISCOPUM CARACENSEM, DE INSTAURANDA CLERI DISCIPLINA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Sollicitis Nobis et anxiis de statu Ecclesiae Venezuelanae aliquid solatii nuper tuae litterae attulerunt, ex quibus cognovimus, nomiullam iam se ostendere spem rerum aliquanto meliorum. Ac primum omnium gaudemus te, Venerabilis Frater, et collegas tuos Delegati Apostolici consiliis, pro conscientia officii, plurimum tribuere; tum sensu gratae voluntatis afficimur in Reipublicae administros maximeque Praesidem illustrem, quos, pro suo iustitiae studio, bene esse animatos erga Ecclesiam videmus. Ceterum, facultatem relinquentes Ecclesiae sui exsequendi muneris, non modo iuste ii dicendi sunt facere, sed sapienter: nisi enim mores et instituta civium religio temperet, nulla potest civitas, utpote instabili nixa fundamento, diu consistere. - Iam vero, ad afflictas res istius Ecclesiae sublevandas celeriter incumbendum est animoseque instandum, ne forte haec mala evadant, dilatione medicinae, insanabilia. - Hunc sibi laborem sumere omnes quidem debent Episcopi ex ista Republica, sed facile vides tuas partes esse, Venerabilis Frater, ut ceteris contentione studioque antecedas: id a te postulat tuus dignitatis gradus, id ipsum Nos Nobis de tua religione officii spondemus. Novimus iis virtutibus, quae in antistite sacrorum requiruntur, adeo te esse instructum •et ornatum, ut in vitam tuam, tamquam in speculum, inspicere omnibus liceat; nec ignoramus quam indigne feras, tantis incommodis laborare Ecclesiam patriam, cuius es tu quidem studiosissimus. Quare dubium -esse non potest, quin ipsius Ecclesiae saluti, quantum est in te, servire velis. Verumtamen nolimus te rei difficultatibus nimium commoveri easque arbitrari maiores esse, quam ut quidquam evinci posse videatur. Magnae profecto moles molestiarum tibi subeundae sunt, conanti pravitates morum corrigere, praesertim si consuetudine inveteraverunt; sed tu animum cape, divino auxilio confisus, fortiterque contende quoad potes. Si minus tibi contingat ut quaecumque vitiosa sunt emendes, tamen non inanis omnino futurus est labor tuus, et certe consolari te poteris, quod ipse praestiteris omnia, quae debueras. Ad tuam vero diligentiam itemque collegarum tuorum incitandam hoc etiam valeat, quod in eiusmodi causa elaboratis, quae Nobis vobiscum communis est. <et ideo, quidquid consilii ex re ceperitis, omni Nos auctoritate Nostra

vobis suftragabimur. Atque hoc intelligant probe et considerent, quicumque se in catholicis numerari volant, sacrosanctam sibi legem esse factam, ut eos revereantur quos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei; non aliter se posse, tamquam membra, cum Capite Ecclesiae cohaerere, nisi cum Episcopis suis cohaereant; ac propterea neminem contra auctoritatem vestram facere, quin eo ipso contra Vicarium Iesu Christi faciat, seque a catholicae unitatis communicatione segregare velle videatur. - Iam quae sint adhibenda remedia ad tantam varietatem miseriarum, in quibus Venezuelana Ecclesia versatur, vestrum consilium erit: vos populorum vestrorum necessitates videtis et censitis; quid pro tempore et pro re opus sit facto, non difficile reperietis. Unum est, quod Nos, apostolico officio impulsi, vehementer etiam atque etiam vos hortamur, ut nimirum ante omnia curetis disciplinam Cleri; hac enim magnam partem corrupta, non est mirum, si plebis mores declinavere in peius; eadem semel instaurata, non parum iam pro feceritis ad christanae vitae decus vulgo revocandum. Equidem scimus in sacerdotibus vestris non deesse, qui recte vitam agant congruenterque sanctissimo muneri; sed multos ita vivere, ut omnia sacerdotii officia contemnant, gravissime dolemus: eo magis quia non tantum prodesse exemplo suo boni, quantum nocere improbi solent. Narfl* quis persuadeat imperitae multitudini, ut ob expectationem bonorum immortalium haec fluxa et caduca parvipendant, ut domitas habeant virtute cupiditates, ut fraterna caritate inter se diligant, quando qui duces aliis ad bene vivendum debent esse, vitae cursum tenent prorsus contrarium?" Enimvero ferendum vobis diutius non est, tantam in domo Domini perturbationem ordinis insidere, cuius quidem similem nullus paterfamilias intra domesticos parietes toleraret. Admonent vos sacrorum statuta canonum; hortantur et urgent constitutiones illae Concilii Plenarii Americae Latinae, quas quidem numquam obliterari oportebit; stimulos addunt huius Apostolicae Sedis praescripta vel recentia: adeste igitur animis, et sine cunctatione, obsecramus, admovete manus ad medendum. Omnino firmitate et constantia utamini opus est, sed tamen paterna semper caritate comite. Incredibilis enim vis inest in officiis caritatis ad flectendam animorum contumaciam; at siquando lenitatis indulgentiaeque viae nullum exitum habuerint, tum ne dubitetis iustam adhibere severitatem. Atque ad instaurandam Cleri vestri disciplinam magno usui illae erunt litterae, quibus Nostram *ad Clerum catholicum universum Exhortationem* haud ita pridem mandavimus; siquidem normam regulamque tradunt vitae sacerdotalis, atque ordine indicant quibus praesidiis clericos ad sanctimoniam instituti sui niti conveniat. Esto

igitur curae vobis, ut eas litteras sacerdotes vestri omnes singuli habeant attenteque perlegere in animum inducant.*- Interea vero, dum Cleri rationibus consulitis in praesens tempus, necesse est etiam, in futurum prospiciatis. Si vultis enim, uti debetis velle, ut istic Religioni meliora aliquando tempora illueescant, praecipua quaedam pars industriae vestrae insumenda scilicet est in sacram iuventutem, quae quidem spem ecclesiastici ordinis omnem continet. Quare dabitis operam, ut vestra Seminaria talia exsistant, qualia Synodus Tridentina iussit, id est religionis doctrinaeque domicilia, in quibus adolescentes clerici rite ad sacerdotii officia et munia instituantur. In primis igitur, quod ad disciplinam morum attinet, gravis ea et austera, vobis instantibus, ibi dominetur ; alumnique sacrorum iis virtutibus conformentur penitus, quae sacerdotis maxime sunt, pietate, castimonia, animarum sollicitudine, christianaque humilitate, quae ceterarum est fundamentum virtutum. De studiorum autem ratione, qualem in Seminariis vestris vigere oporteat, documentum ex iis potestis capere, quae Nos in universum praescripsimus. Tantum admonemus, ut in philosophiae ac theologiae doctrinis ducem et magistrum Thomam Aquinatem et habendum edicatis et sequendum curetis: huius enim institutis exculti discipuli errores et falladas recentiorum facilius cavebunt. Ac de litteris, plerumque negligi linguae latinae studium, minime gentium probamus. Nostis, quid hac super re sacrum Consilium studiis regundis nuper Episcopis universis mandant, Nostro nomine. Vestrum erit igitur huic Nostrae praescriptioni diligenter curare, ut satisfiat. Denique memineritis, sapienter Tridentinos Patres constituisse, ut Seminariorum et disciplinae et rei oeconomicae tuendae duplex adesset *deputatorum commissio,* quarum altera ex binis canonicis aedis cathedralis, altera ex binis item canonicis atque binis de clero urbis episcopalis constaret. Quoniam hanc sancte inviolateque servari legem, permagni ad rectam Seminariorum administrationem regimenque interest, vos *commissiones* eiusmodi, sicubi non adsunt, quamprimum, uti vestrum officium requirit, instituetis. - Postremo, sinite inculcemus auribus animisque vestris illam Apostoli gravissimam vocem : *nemini cito manus imposueris.* Nam, si, procuratis comparatisque rebus omnibus, quae ad educendos rite alumnos Cleri pertinent, tamen non cavebitis, ut ne aditum detis ad sacerdotium nisi dignis, omnem operam vestram frustra fuisse putatote. Indignum est autem rudem esse aut non satis a doctrina instructum sacerdotem, qui erudire alios ad salutem debeat ; longe vero indignius, qui apud populum magisterium exerceat christianarum virtutum, ipsum haerere in caeno vitiorum. Itaque admittere quemquam in sacros ordines, nisi intra Seminarii septa legitimum stu-

diorum cursum cum laude diligentiae confecerit, scitote vobis non liciturum. Si quis vero, quamvis bene versatus in studiis, tamen non admodum integris esse moribus videatur, hunc initiari! sacris, ipsi intelligitis grande nefas fore. Omnino enim praestat nullum alicubi adesse sacerdotem qui curam animarum gerat, quam adesse eiusmodi, qui vitae perversitate offendens, pestem ac perniciem christianae plebi, pro salute, paret. Haec Nos, memores Nostrarum partium, admonere vos habuimus. Relinquitur, ut vos, quae videtis esse vestri officii, ea naviter exsequamini. Id autem ut prospere eveniat, auspicem divini auxilii, tibi, Venerabilis Frater, tuis istis in episcopatu Collegis et Clero populoque vestro apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII Decembris, in festo D. N. Mariae Immaculatae, MCMX, Pontificatus Nostri anno octavo.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis Sacrae Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

11 decembris 1911. — Cathedrali ecclesiae Sabariensi praefecit sacerdotem Ioannem e comitibus Mikes, dioecesis Transylvaniensis, ibique parochum et archidiaconum foraneum ecclesiae civitatis *Szekelyudvarhely.*

16 decembris. — Cathedrali ecclesiae Armenopolitanae seu Szamòs-Ujvariensis Rumenorum ritus Graeco-Catholici, Revmum Basilium Hossu, hactenus Episcopum Sugosiensem Rumenorum.

20 decembris. — Cathedralibus ecclesiis Recinetensi et Lauretanae Revmum Alphonsum Andreoii, hactenus Episcopum Feretranum.

30 decembris. — Cathedrali ecclesiae S. Ioannis de Cuyo sacerdotem Iosephum Americum Orzali, archidioecesis Bonaërensis, parochum S. Michaelis Archangeli in civitate Bonaerensi.

— Cathedrali ecclesiae Lojanae sacerdotem Carolum Mariam de la Torre, archidioecesis Quitensis, ibique canonicum theologum ecclesiae metropolitanae.

S. CONGREGATIO RITUUM

AUXIMANA.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI BENVENUTI BAMBOZZÍ SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM.

Auximi in Piceno, die °2S Martii anno 1809, ab honestis coniugibus Vincentio et Elisabetha Frontalini ortus est Benvenutus Bambozzi, qui inde a pueritia vitam egit omne laude dignam. Ab ipsa pia genitrice et a familiae curione fidei rudimentis morumque praeceptis sancte instructus, postquam in agrorum cultura et in domesticis negotiis suam opem contulisset, anno aetatis vigesimo secundo, recessus tranquillitate atque intimiore cum Deo coniunctione selecta, ad illius civitatis conventum S. Iosephi a Gupertino, Ordinis Minorum Conventualium, sponte convocavit. Die tertia decembris anno 1832 religionis vestem induit et, tyrocinio laudabiliter peracto, anno subsequenti, die nona eiusdem mensis decembris, sancta gestiens laetitia, solemnia vota professus est. Illico Urbinum mittitur studiorum causa; quo tempore quum quotidianos in virtute ac doctrina faceret profectus, ad minores et maiores Ordines per gradus Usque ad sacerdotium ascendere meruit. Biennio post, Benvenutus iam sacerdos Pisaurum, ex moderatorum voluntate, se confert, ut studio theologiae moralis theoreticae et practicae totus incumberet, itemque artem artium, regimen animarum, melius addisceret. Anno 1837 Cameranum concessit, ubi maximum sui desiderium reliquit cum coenobio Fractae praepositus fuit. Sacro tribunali, concionibus ad populum, infirmis et morientibus sedulam praestitit operam, se enim *hominem populi* dicere solebat. Dum dicto coenobio praeerat, etiam S. Officii Vicarius electus fuit atque huiusmodi munus suavi fortitudine exercuit. Deo per moderatores sic disponente, anno 1844 in patriam reversus, Benvenutus idoneum tyronum magistrum se exhibuit, donec, anno 1861, ob illorum temporum acerbitatem ac tristitiam suppresso coenobio atque expulsis dispersisque sodalibus, ipse solus cum socio Basilicae S. Iosephi rector et custos relictus est. Anno vero 1866 servus Dei eandem sodalium sortem passus et in parva domo hospes ei amicus exceptus, parochis civitatis auxiliator adstitit valde utilis in omnibus sacri ministerii operibus. Tandem, apostolicis laboribus praestans, die vigesima

quarta Martii anno 1875 e vita migravit. Opinio sanctitatis quam Dei Famulus vivens sibi adeptus fuerat, post obitum magis in dies illustris ac diffusa emicuit. Hinc in ecclesiastica Curia Auximana inquisitiones Ordinariae super eiusmodi fama inchoatae atque expletae, Romam ad Sacrorum Rituum Congregationem transmissae sunt. Peracta autem revisione scriptorum Servi Dei, obtentisque a lapsu decennii et ab interventu ac voto Consultorum Apostolicis dispensationibus, quum nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante Rmo Dno Dominico Jaquet, Archiepiscopo tit. Salaminae atque Ordinis Minorum Conventualium Postulatore Generali, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, complurium Rmorum Sacrorum Antistitum ac Praepositorum Ordinum Regularium, Emus et Rmus Dominus Iosephus Calasanctius Cardinalis Vives y Tuto, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda* ***Commixto*** *Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce ac scripto R. P. D. Alexandro Verde, Sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis,rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 5 Septembris 1911.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit ac probavit, simulque propria manu signare dignata est Com. missionem Introductionis Causae Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Benvenuti Bambozzi, sacerdotis professi Ordinis Minorum Conventualium, die 6, eisdem mense et anno.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. $ S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

In S. R. Rota actae sunt sub secreto *sequentes Causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva in sequentem modum :*

I. NICIEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de, turno, scilicet S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, sub die 24 Ian. 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

II. AGRIGENTINA. - *Impedimenti ad matrimonium contrahendum.*

Proposito dubio: *An constet de existentia impedimenti in casu, et locus sit refectioni damnorum in casu; RR. PP.* DD. Auditores de turno, scilicet A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et Fr. Cattani, sub die *°2b* Ian. 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative* ad utramque partem.

III. TUNKINEN. Occm. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet F. Heiner, *Ponens,* I. Prior et A. Sincero, sub die 31 Ian. 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

IV. SUESSANA. - *Remotionis a paroecia.*

Propositis dubiis : ***i**** *An constet de nullitate sententiae a Rma Curia editae, ita ut sive odium* ***plebis*** *sive aliae causae adductae pro remotione, una cum clausula adiecta circa reditum in paroeciam, non sustineantur in casu ; %° An sustineatur provisio circa deputationem Vicarii parochialis in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, sub die 3 Februarii 1911, respondendum censuerunt: Ad 1.um dubium, *Negative;* ad *%nm* *Affirmative.*

V. GNESNEN. - *Iurispatronatus.*

Proposito dubio : *An iure merito institutio Sac. N. N., parochi loci X, in beneficio parochiali alterius loci denegata fuerit a Rma Curia ;* RR. • PP. DD. Auditores de turno, scilicet A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et

F. Cattani, sub die 14 Februarii 1911, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VI. NANNETEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, sub die 25 Februarii 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

VII. PANAMEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, sub die 11 Aprilis 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VIII. ROMANA. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, sub die 12 Maii 1911, respondendum censuerunt: *Negative.*

IX. PARISIEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, sub die 23 Maii 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

X. CINGINNATEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, sub die 9 Iunii 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

XI. CONSTANTINIANA. - *Diffamationis.*

Proposito dubio : *An sententia Rotalis diei 12 Dec. 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu* ; RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, F. Heiner, *Ponens,* Prior et Sincero, sub die 19 Iunii 1911, respondendum, censuerunt: *Sententiam esse infirmandam,* i. e. constare de diffamatione, ita ut sit locus refectioni damnorum in casu.

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XII. PARISIEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, sub die 28 iunii 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

XIII. ORTHONEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Propositis dubiis : 1.° *An sententia Rotalis diei 15 Iunii 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* 2.° *An consilium sit praestandum Domino Papae pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, G. Sebastianeiii, *Ponens,* S. Many et F. Heiner, sub die 15 Iulii 1911, respondendum censuerunt: Ad t.um dubium, *Sententiam esse confirmandam;* ad 2.um *Affirmative, praevia actorum sanatione.*

XIV. GONSTANTIEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, sub die 18 Iulii 1911, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

XV. PANAMEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio: *An sententia Rotalis diei 11 Aprilis 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, F. Heiner, *Ponens,* I. Prior et I. Alberti, sub die 29 Iulii 1911, respondendum censuerunt: *Sententiam esse confirmandam.*

XVI. ROMANA. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, sub die 28 Augusti 1911, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XVII. NICIEN. - *Nullitatis Matrimonii.*

Proposito dubio : *An sententia Rotalis diei 24 Ianuarii 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* RR. PP. DD. Auditores de turno, scilicet, Rmus M. Lega, Decanus, *Ponens,* G. Sebastianeiii et I. Alberti, sub die 30 Augusti 1911, respondendum censuerunt: *Sententiam esse confirmandam.*

Romae, ex Cancellaria S. R. Rotae, die 10 Ian. 1912.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

H.

SALUTI A RUM.

IURIUM.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 2 Septembris 1911, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* « Salutiarum - Iurium » *inter Archipresbyterum Parochum Ecclesiae Parochialis Cathedralis Salutiarum, Iacobum Conte, actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Aloisium Lavitrano, Advocatum, et Capitulum eiusdem Ecclesiae Cathedralis, repraesentatum per legitimos procuratores Vincentium Sacconi et Angelum D Alessandri, Advocatos, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

1. Salutiis, Taurinensis Dioecesis oppMo, iam a remotissima antiquitate insigni admodum et multitudine abundanti, habebatur Ecclesia Parochialis nuncupata Plebania Beatae Mariae.

Anno 1483 Cardinalis Dominicus Della Rovere litteris, die 21 Ianuarii datis, quae incipiunt: « *Per immaculata Salvatoris nostri* », auctoritate Apostolica, qua per litteras Sixti PP. IV fungebatur, praefatam Parochialem Ecclesiam *in Collegiatam* cum Capitulo, Choro, Sigillo, et aliis collegialibus insigniis *de novo erexit,* ac omnibus collegialibus privilegiis, praerogativis, titulis et honoribus insignivit. Et in ea Decanatui», qui inibi principalis Dignitas... nec non Archidiaconatum, Praeposituram, *Archipresbyteratum cui cura immineat animarum...* de novo erexit et instituit.

Iulius vero II, anno 1511, eandem Collegialem Ecclesiam in Cathedralem erexit cum praeeminentiis, honoribus et privilegiis, quibus aliae Cathedrales Ecclesiae de iure vel consuetudine utuntur.

Supra qua facti specie nunc causa inter Archipresbyterum Iacobum Conte et Capitulum Ecclesiae Cathedralis agitatur hisce sub dubiis:

1.° An, quibusque sub limitibus, cura animarum habitualis competat Capitulo vel potius Archipresbytero, in casu;

2.° An Archipresbytero, in casu, competat cura actualis universa, exclusive et independenter a Capitulo exercenda;

3.° An Archipresbyter habendus sit verus Parochus, et Paroeciam exclusive a Capitulo repraesentare possit;

4.° An et quomodo regimen Ecclesiae Cathedralis competat Capitulo vel Archipresbytero in casu;

5.° An Archipresbyter habeat ius residendi in domo Ecclesiae Cathedrali adiacenti, eamque domum ad usum habitationis aptandi suis .sumptibus, et independenter a Capitulo.

I.

2. Primum dubium quod attinet, *curam* nempe *animarum habitualem* et *actualem,* potestas ea peragendi, quae pertinent ad Sacramentorum ministrationem et alia huiusmodi, quae antiquitus ab ipsis Episcopis ut plurimum, aut a cathedralium archipresbyteris praestabatur, appellata est posterius a decretalibus *cura animarum,,* Marius Lupus, *De Paroeciis ante annum 1000, disert. 2, cap. 10;* Bouix, *De Parocho, Part. I, Gap. V, § IV,* et nunc a parocho exercetur, qui communiter intelligitur presbyter legitime deputatus, cui *ex officio* competit *obligatio* et *ius nomine proprio* rite et independenter et plene exercendi propriam curam animarum certi numeri fidelium regulariter intra determinatum territorium dioecesis degentium, qui vicissim ab eodem presbytero sacra recipere aliquatenus tenentur. Wernz, *Ius Decret., Tom. II, Tit. XXXIX, n. 821, I;* Bouix, *cit. Pars I, Gap. IX, § Il et III*

3. Cura animarum, hoc stricto et proprio sensu accepta « pro cura « poenitentiali, quae exercetur in foro animae », Barbosa, *De officio et potestate Parochi, Pars I, cap. 1. num. 47,* « in duplici est differentia, « alia nempe dicitur *actualis,* alia vero appellatur *habitualis.* Actualis « cura, (ex eodem. Barbosa, *ibid., num. 48),* illa est, quam quis actua- « uter, id est actu per se gerere tenetur in populum ex necessitate officii « ratione parochialis vel beneficii curati in quo est canonice intituiatus « et institutus. Habitualis vero ab actuali distincta illa dicitur, quae « penes aliquem ratione alicuius beneficii in fieri est, sed non in facto, « quia is executionem potestatis non habet, vel defectu tituli spiritualis « per unionem accessorie factam extincti, aut quia parochiani recesserunt « ex causis relatis per Azor, *Inst. mor. I. 3, cap. 12, quaest. 6,* vel quia ex « privilegio seu consuetudine levatus fuit onere exercendi actu ».

4. Sed est et alia inter animarum curam habitualem et actualem distinctio seu differentia communior et usitatior. Ille dicitur ex Bouix, *cit. Pars I, Sect. III, Cap. I, n. 2, habitualem* dumtaxat curam habere, qui de facto illam non exercet, nec exercere valet, sed tantummodo aliquatenus potest et debet providere ut per aliquem, sub vicarii nomine, exerceatur. Tale est verbi gratia capitulum cathedrale, quando ipsi adnexa est cura animarum. E contra ille *actualem* curam habere dicitur, qui de facto eam exercendam habet. Vel, ut accuratius definit Wernz, *cit. n. 821, II,* parocho habituali cura animarum nec de *facto* nec de

iure exercenda competit, sed tantum potest et debet *providere* ut per aliquem vicarium exerceatur; quare verus parochus non est, sed iste titulus parochi habitu tantum inservit ad certa iura praeservanda ; actualis vero parochus est qui *de facto* et *de iure* actu exercet saltem curam animarum. De hoc posteriori differentiae genere quaestio plerumque esse potest, praesertim in capitulis Italiae, Friedberg-Ruffini, *Tratt. dei Diritt. eccles., § 71, not. 12.*

5. Verum, quod maximi interest in re nostra, hoc posterius et usitatius differentiae genus ortum tantum duxit post Tridentinam Synodum. Bouix, *loc. cit. et ib., Gap. II, § III, Praen.;* Ri varólo, *Governo della Parrocchia, Part. III, Cap. VII, II;* Rota coram Sebastianeiii, *Faesulana-Iurium, 16 Februarii 1911.*

Conc. enim Trident. *Sess. VII, De Reform., c. 5; Sess. XXV, De Reform, c. 16,* et praesertim *dict. Sess. VII, c. 7,* statuit ut beneficia ecclesiastica curata, quae cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis aut piis locis quibuscumque perpetuo unita et adnexa reperiebantur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui sollicite providere procurent ut per *idoneos vicarios,* etiam *perpetuos,* nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis... ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur.

6. Nunc autem, ad quaestionem cuinam competat animarum cura habitualis in casu, Capitulo ne, an Archipresbytero, id potissimum et in primis dirimendum est ex documento erectionis ecclesiae Parochialis Salutiarum in Collegiatam, quod unice attendendum est, ut notat Rebuf. in *prax. benefic. tit. de Vicar. perpet., num. 2 in fine, et n. 6 in fine,* et dixit Rota coram Goccino, *decis. 1208, n. 3;* et coram Guaxardo in *Melevitana parochialis, decis. 400, p. XVIII, t. 1, n. 2-5;* et coram Celso in *Romana-Iurium, par. 4, dec. 1651, decis. 204, p. XI, num. 1 rec.* Et nonnisi, ubi non constet de erectionis initio, ad coniecturas et indicia et praesumptiones confugiendum est. Arg. ex Innoc, in *cap. postulasti, de iurepatron.;* Ioan. Andrea et aliis in *cap. nobis eod. tit.;* Alex., *cons. 6, n. 1 et 2, lib. II;* Barbosa, *De Canonicis et Dignitat. Ecclesiar. Cathedral. et Collegiata Cap. II, n. 9.*

7. Iamvero Parochialis Ecclesia Salutiarum erecta fuit in Collegiatam anno 1483 Litteris die 21 Ianuarii eiusdem anni datis; non igitur *post,* sed *ante* Concilium Tridentinum.

Quum igitur *ante* Tridentinam Synodum capitula seu collegia possent de facto et de iure per se exercere animarum curam, et de facto plurima capitula curam illam exercerent, omnibus ad id operam na-

vantibus canonicis, Bouix, *I. c, Part. I, Sect. III, c. II, § c, Praen. 1 et 2;* quum nempe tantum post Tridentinam Synodum nequiverint, regulariter saltem, collegia exercere per se curam animarum, quae perpetuo unita et adnexa eisdem reperiebatur, sed eadem per idoneos vicarios ab Ordinariis deputandos exercenda de facto et de iure esset; quum uno verbo tantum post Tridentinum Concilium, et ab ipso ortum duxerint posterioris illius, de qua supra, inter curam habitualem et actualem distinctionis non tantum nomen et termini, sed res ipsa, seu substantia et conceptus, iuridicum nempe ut nunc vocatur institutum, iam patet curam illam animarum, quae in litteris erectionis imminere dicitur Archipresbyteratui non posse intelligi de cura quae exercenda sit ab archipresbytero de facto et de iure ut *vicario, sive amovibili sive perpetuo,* ad terminos ipsius Tridentinae Synodi.

8. Sed nunc ad quaestionem intimius penetrandam et quaquaversus definiendam in casu, ulterius animadvertendum est curam habitualem, ab actuali distinctam, *duplici ratione* competere posse capitulo sive collegiatae, sive cathedrali, *translativo* nempe *iure,* vel *nativo;* Rota coram Muto, *Vicen.-Hebdomadariae, 4 Iul. 1698, n. 13. Translativo iure,* cum ecclesia parochialis vel beneficium ecclesiasticum curatum unita fuerint et perpetuo adnexa capitulo, Concil. Trid., *cit.* seu pleno iure incorporata, Pirhing, *Ius Can., Lib. III Decr., Tit. V, n. 218;* Schmalzgr., *Ius eccles., Tom. III, Part. I, Tit. V, n. 194-198.* Tunc enim cura antea fuit penes ecclesiam parochialem vel penes beneficium curatum, et postea transfertur in capitulum, Rota coram Muto, *cit. Nativo iure,* si ecclesia collegiata vel cathedralis erecta fuerit cum cura animarum, seu parochialis vel curata, et in ea detur vicarius collegiatae curam habenti, Rota *Bomana-Vicariae* coram Coccino, *8 Nov. 1621, decis. 316, p. IV, t. II, n. 1-2.* Media quodammodo inter utramque via est, si ecclesia parochialis erigatur in collegiatam, in qua institutus sit archipresbyteratus *prima dignitas* et archipresbyter curam animarum per seipsum exercere debeat; Pignatelli, *Consult. Canon., Tom. IX, Consult. 150 et 169,* seu in qua, ut accuratius explicat Pitonius, *Discept, eccles., Pars II, discept. XL V,* cura animarum exerceatur ab archipresbytero, vel a prima dignitate, ut *collegii capite.*

9. De translativo iure proprie dicto nobis non est agendum in casu, sed nec de nativo iure proprie dicto, ut patet.

Non enim ecclesia parochialis seu Plebania Beatae Mariae incorporata fuit Capitulo collegiatae, quippe quod nondum existebat; nec item ecclesiae collegiatae iam curam animarum habenti datus est vicarius, vel in ea erecta est vicaria perpetua; sed Ecclesia ipsa Paro-

chialis creata fuit in Collegiatam. De tertia igitur tantum forma, seu ratione, quaestio esse potest in casu nostro.

10. Qua in re probe notandum est, rationem, cur Pignatelli statuit atque iudicat eo ipso quod ecclesia curata est collegialis, eiusmodi curam pertinere de iure ad capitulum, docetque esse regulam, quod cura annexa collegiatae habitu spectet ad ipsam, actu vero ad personam quae illius exercitio praeficitur, eam esse definite, quod in istis ecclesiis collegiatis, in quibus presbyteri divina ministrantes faciunt collegium, « archipre- « sbyter, prior, sive decanus, aliusve est non uti parochus, sed uti « *collegii caput* », Pignatelli, *cons., 150, n. 3;* ubi citat Bald., *consil. 74, n. 4, lib. IV,* ac Rotam, coram Cavaler., *decis.^274, n. 4.* Accuratius id explicat Pitonius, *cit., n. 4* docens: «Nihilominus mihi videtur verior « sententia, quod in ecclesia collegiata de iure regulariter cura habi- « tualis resideat penes capitulum seu collegium, *ea ratione* quod *archi- « presbyter in collegiata est uti caput collegii* et non uti parochus, et « exercet curam nomine collegii, *tamquam ipsius caput,* cum nequeat « universitas, seu corpus collegii exercere curam actualem de per se, « sed debeat eam explicare per unum qui repraesentet vices universi- tatis, ut est decanus, prior, seu archipresbyter, ut notat Pignatelli, « *dict. Consult. 150, n. 3,* ad differentiam archipresbyteri in cathedrali, «ad quem spectat exercitium curae eiusdem cathedralis, et sic paro- « chus ibi censetur, iuxta *Text. in cap. 1 et cap. Officium de off. de Ar- « chipresbytero;* Merlino, *decis. 480, n. 5;* et firmavit S. Congr. in *Fir- « mana, 4 Iulii 1654,* apud Pignatelli, *ubi proxime, n. 16* ».

11. Et hinc est quod Pignatelli, *Consult. 169, n. 9,* probat curam habitualem residere penes collegium ex ipsa erectione parochialis ecclesiae in collegiatam, in qua fuerunt instituti unus archipresbyter, *principalis dignitas,* qui curam animarum per seipsum exercere deberet; ex hoc enim quod archipresbyter est *principalis dignitas,* curam animarum exercet ut *caput collegii. Cons., 150, n. 3,* vel uti *minister capituli et collegii. Cons. 169, cit., n. 10.*

12. Iamvero litterae erectionis Ecclesiae Parochialis Salutiarum in Collegiatam nullam omnino curam tribuunt Collegio seu Capitulo, quippe quae de eo, quoad curam animarum, ne mentionem quidem faciant. Curam animarum imminere statuerunt profecto Archipresbyteratui, sed inibi, seu in Capitulo Collegiata Salutiarum de novo erecto. Archipresbyter non est *principalis* seu *prima* dignitas, sed quarta, nempe post *Decanatum, Archidiaconatum* et *Praeposituram;* quare hanc curam Archipresbyter *de per se,* ut cum Pitonio loquamur, exercet, non vero vice collegii.

13. Tum igitur quia instrumentum erectionis nullam omnino curam tribuit Capitulo seu Collegio, et tamen, utpote ante Concilium Tridentinum, omnimodam et totalem curam eidem tribuere equidem potuisset; tum quia curam tribuit Archipresbyteratui, et Archipresbyter ibi non est prima seu principalis dignitas, concludendum est habitualem curam animarum non competere Capitulo Salutiarum, sed utramque, habitualem et actualem, pertinere Archipresbytero.

14. Hinc statim apparet fundamento destituías esse tot praesumptiones et auctoritates in favorem Capituli adductas ab eiusdem Patronis.

Regula enim ex Pignatellio et Pitonio allata quod in ecclesiis collegiatis cura habitualis de iure spectat ad capitulum et solum actualis ab archipresbytero exercetur vel est tantum quaedam praesumptio, Scarfant., *Lucub. Canonie.,'L. III, Tit. III, n. 32,* quae cedere debet veritati, et non habet locum ubi ex fundationis initio contrarium aperte constat, Barbosa, *cit., De Canonie,* vel in allatis Doctoribus procedit ex eo quod, ut vidimus, archipresbyter est uti *caput collegii,* Pignatel., *cit. cons., 150, n. 3,* est *prima* dignitas, Pignatel., *cit., cons. 169 in facti specie,* seu principalis dignitas, *ib., n. 9;* ex eo nempe quod archipresbyter in collegiata est uti *caput collegii,* qui *repraesentet vices universitatis.* Piton., *cit., n. 4.*

Tam quoque longe abest quin causa vel casus consideratus a Pignatello, *consult. 169,* sit nostro persimilis, ut potius sit, quoad punctum iuris, plane diversus.

Hinc quoque explicatur cur Sacra Congregatio Concilii in *Mazarien.,* diei 12 Ianuarii 1743, decreverit, spectare curam habitualem Capitulo; nam ibi cura animarum imminebat « cantoratui qui principalis, « et decanatui qui secunda dignitas» existebat; curam igitur exercere ut *Collegii caput* censendi erant.

15. Nec probat contra Archipresbyterum auctoritas Rotae in *Romana-Vicariae,* coram Coccino, *cit.,* cuius decisionis summarii fragmentum adducitur a Capituli Patronis. Nam ibi in corpore decisionis, *n. 1-2 :* « Domini censuerunt curam actualem omnimodam esse penes dictum « vicarium, habitualem vero penes capitulum ; ratio decisionis fuit quia « certum est quod *cum ista ecclesia collegiata sit parochialis ante ere- « ctionem dicti vicariatus,* cura residebat penes capitulum... et propterea « Papa *erigendo vicariam perpetuam* et in *vicarium* transferendo cu- « ram, nihil aliud fecit quam constituere illum actu rectorem curae « animarum, licet proprie non sit rector ecclesiae... auferendo curam a « capitulo... firma tamen remanente cura habituali penes capitulum... ». Non igitur ex ratione collegialitatis Rota deducit curam habitualem in

capitulo, sed ex eo quod ecclesia collegiata iam erat parochialis ante erectionem vicariatus ; qui non sunt termini quaestionis nostrae.

16. Item non pro Capitulo, sed contra ipsum probat auctoritas Rotae, in *Melevitanae parochialis, cit.,* cuius iterum fragmentum tantum adducunt Patroni Capituli ; haec enim habet Rota : « Licet regula sit « in ecclesia collegiata curam habitualem residere penes collegium, « actualem tantum penes vicarium... attamen *ea quae admittitur vel « quando datur vicarius collegiatae curam habenti, vel quando eidem « fit unio parochialis cum omnibus suis iuribus et redditibus, non appli- « catur... ».*

17. Eoque minus relevat auctoritas Viviani, *Prax. iurispr., T. II, Cap. VII,* § *31:* nam nullum dubium est vicarium habere tantum curam actualem, si totum capitulum mandat exercitium curae huic vicario ad hoc approbato. Sed neque isti sunt quaestionis nostrae termini.

18. Nec iuvat Capitulo ea interpretatio formulae « cui immineat « cura animarum » allata a suis Procuratoribus. Tam enini Rota quam canonistae eam curam interpretantur de actuali cura, non ex praesumptione quod ecclesia collegiata, eo ipso quod est collegiata, habeat curam habitualem, sed ex eo quod aliunde, seu sive ex terminis fundationis et erectionis collegiatae, sive ex terminis erectionis vicariae in collegiata iam curam habente, constet et certum sit capitulo spectare curam habitualem.

Docet enim Rota in *Romana iurium parochorum Celso, á Decembris 1651, n. 1:* « Domini non revocaverunt in dubium quod cura habi- « tiialis... sit penes canonicos et capitulum... idque deducebant tum ex «Bulla Innocentii VIII tum etiam ex alia Bulla Leonis X... et exinde *« n. 12,* iidem Patres censuerunt non urgere quod archipresbyter in lit- « teris Apostolicis fuerit pro visus de archipresbyteratu cum assertione « quod illi immineat cura animarum ».

Idem dicendum de *Panimollo,* quem Capitulum seu eius Patroni Archipresbytero opponunt; nam ex Pignatello, *cit., consult. 169, n. lá:* « Ne quidem relevaret si in provisionibus obtentis a Sede Apostolica « huiusmodi archipresbyteratus, legatur archipresbyteratui imminere « curam animarum. Quia est narrativa provisionum quae non debet *« praeiudicare capitulo... ».*

Sensus igitur est, quod si ex terminis erectionis constet de cura habituali penes capitulum, termini provisionis factae archipresbyteratui praeiudicare non debent iuribus capituli, ideoque trahendi sunt ad terminos erectionis et iuxta illos interpretandi. Nostro autem in casu termini erectionis resistunt curae habituali Capituli; quare verba illa

Bullae erectionis « cui immineat cura animarum », neque ex subiecta materia, neque ex iure communi, intelligi possunt aut debent de cura actuali tantum.

Eadem docet Rota in *Romana- Vicariae,* coram Goccino, 8 novembris 1621, *cit.*, cuius fragmentum opponitur Archipresbytero; nam ibi *n. 8,* termini decisionis fuerunt de erectione vicarii perpetui in *collegiata curata,* et ideo recte deducit Rota, *ib., n. 12:* « quod cum Papa « voluerit vicarium gerere debere curam animarum Ecclesiae incum« bentem, quia ista verba recipiunt interpretationem a Iure et intelli« genda sint quoad actualem, non autem quoad habitualem, cum talis « sit *natura vicarii perpetui, qui recipit de manu rectoris... ».*

Iamvero nullum dubium quod si dicatur cura incumbere *vicario* perpetuo in ecclesia iam *collegiata curata,* illa verba a Iure intelligenda sunt de cura actuali, cum talis sit *natura vicarii perpetui,* ut optime addit Rota.

At in casu nostro Bulla erectionis minime dicit curam incumbere Vicario perpetuo, sed Archipresbiteratui.

19. Item non iuvat ea interpretationis ratio, quam Patroni Capituli optimam censent et afferunt ex Rota in *Barchinonen.- Vicariae* coram Merlino, 12 Maii 1624, quod nempe etiam vicarius, qui habet simplex curae exercitium, curam recte dicatur habere; nam ibi Patres postquam, *n. 3-4,* docuerint quod « in hac *unione* fuit *aperte* disposi**te** tum quod *vicarius* praesentari deberet ab archidiacono et institui ab « Ordinario, quod manifeste excludit concursum et *apertissime* arguit « curam ipsam quoad exercitium tantum fuisse translatam, quoad habi« tum vero remansisse penes archidiaconum » exinde concludunt minime obesse iuribus archidiaconi quod vicarius dicatur habere curam, cum etiam vicarius, qui habet simplex curae exercitium, curam recte dicatur habere.

Sed inde absonum esset deducere quod-qui curam habere dicitur, eam habet tantum in actu, vel ut vicarius: haec enim non convertuntur.

20. Eoque minus iuvat propria verborum significatio, quam Capituli Patroni deducunt ex Barbosa, *De Par., part. I, c. I, n. 76-77,* cuius verba velut mutilata afferunt. Docet enim Barbosa, *ib., n. 76:* « cum ha« bemus verba actum denotantia non sufficit habitus, nisi etiam subsit « actus ». Unde verba Barbosae accipienda sunt affirmative quoad actum, non vero privative quoad habitum, et sensus est in casu nostro non sufficere quod Archipresbyter, qui dicitur habere curam, eam habeat habitu.

21. Inefficax autem et a iure alienum est argumentum in favorem

Capituli adductum, ex eo quod cura animarum, quae prius erat in proprietate penes ecclesiam parochialem, postea velut hereditate transiit in ecclesiam collegiatam ex ea erectam. Non enim analogiae trahendae sunt in absurda, quale esset fingere quod cura animarum sit velut bonum in proprietate seu patrimonio existens, quod velut ex hereditate transeat in successorem. Caeterum non satis advertere Patroni Capituli quod requisita ad probandum aliquam ecclesiam esse parochialem accipienda sunt in oppositione ad alias ecclesias inferiores seu capellas, non vero in oppositione ad munus seu officium parochi. Barbosa, *cit., De off. et pot. Par., P. 1, c. 1, n. 26-31, coll.,* Aichner, *Ius eccles., § 76 et § 126, 2;* Wernz, *cit., II, n. 821.* &•

•22. Quoad argumentum autem seu potius indicium allatum in favorem curae habitualis Capituli ex ratione nominandi Archipresbyterum tribus fere prioribus saeculis, notandum est eum fuisse nominatum non ut vicarium, sed ut Archipresbyterum, cui ex terminis erectionis imminebat cura animarum.

23. Indicium vero quod spectat, in favorem curae habitualis Capituli, ex decimarum et funeraticiae stipis perceptione, notandum est cum Barbosa, *cit., n. 31-35,* quod licet quandoque ex perceptione decimarum, idemque dicendum de perceptione funeraticiae stipis, arguatur cura apud recipientem, ut in *Decisionibus citatis,* per Rotam, *decis. 489, n. 3 in fin., p. 1, recentiss.;* non tamen semper nec necessario ea argui potest. Sicut enim decimae possunt etiam acquiri ecclesiae non parochiali ex aliquo alio titulo, quam ex iure divino ex quo ecclesiae parochiali debentur, *Exod.* c. *20 in fine,* et habetur in *cap. 1,* et in *cap. cum homines,* et in *cap. pastoralis, de decim.;* possunt enim et aliis ecclesiis acquiri alio titulo, puta praescriptione, *cap. cum contingat, cap. cum in sua, eod. tit. cap. 1, de praescription in 6;* Rebufï., *de decim., q. 23, n. 6;* Abbas, *cons. 94, n. 2, vol. 1;* Covarr., *lib. I, var. c. 17, n. 6,* et fuit consideratum in *Florentina Parochialis, 22 Maii 1630,* coram Coccino, ita etiam decimae potuerunt acquiri Capitulo Salutiarum alio titulo, praescriptionis nempe, vel translationis vel alio huiusmodi, et de facto acquisitas fuisse in casu non diffitemur; at non necessario acquirendae fuerunt titulo curae habitualis.

Scilicet ius percipiendi decimas et alia huiusmodi, in genere non est nisi praesumptio iuris, Pichler, *Ius Decr., L. II, Tit. XXIII, n. 5;* in specie autem hoc et alia signa, ut si Capitulum participet de emolumentis curae, licet alioquin magni ponderis, possunt aliquando esse aequivoca. Scarfantonius, *Lucubrat. canonie, Lib. III, Tit. III, n. 39.*

24. Idem prorsus dicendum de assertionibus Episcoporum emissis

in visitationibus, vel de aliis similibus actibus affirmantibus pertinentiam curae habitualis penes Capitulum. Scarfant., *cit., n. 31.* Nam non sunt nisi indicia et praesumptiones.

Iamvero quoad haec et omnia alia signa, seu praesumptiones allatas a Patronis Capituli, primo quidem non est confugiendum ad signa, indicia seu praesumptiones, nisi quando non constat de fundationis initio; secundo vero praesumptiones cedere debent veritati, quae in casu nostro manifestatur et aperte demonstratur ex Litteris erectionis, ut supra firmatum est.

Curam igitur habitualem competere non Capitulo sed Archipresbytero in casu, omnino iudicandum est.

25. Neque opponatur curam habitualem non posse competere Archipresbyteratui vel Archipresbytero, quia tunc eam de iure et de facto exercere deberet per vicarium ; nam hoc verificatur in casu unionis seu incorporationis ecclesiae parochialis seu beneficii curati, Aichner, *cit., § 79, n. 2,* non vero in casu nostro, Piton., *cit., n. 1, 3 et 4;* Gennari, *Questioni Canoniche, n. 379, pag. 459.*

II.

26. Archipresbytero in casu competere curam animarum actualem in dubium revocatum non est, nec revocari potest.

Quaesitum tantum est num ei competat cura universa exclusive et independenter a Capitulo exercenda.

27. Qua in re minime est dubium Archipresbyterum, eo vel magis quod non tantum curam actualem sed et habitualem habeat, habere intentionem fundatam in iure quoad curam universam, Scarfant., *cit., vol. I, Décision., pag. 257, n. 3, et pag. 15, n. 16, et Lib. IV, Tit. X, n. 16;* Piton., *cit., n. 1,* eamque exclusive et independenter a Capitulo exercendam.

28. Equidem Capituli Patroni contendunt Capitulum quibusdam iuribus potiri, quae ad actualem curam animarum manifeste pertinent, censentque insuper exinde etiam curam habitualem Capituli probari et confirmari.

Verum ante omnia observandum est curam habitualem *de per se* ex hisce minime necessario sequi; dein vero haec iura, ut iam supra dictum est, potuerunt acquiri Capitulo titulo tantum praescriptionis, seu usucapionis, de qua nunc videndum est, num fuerit legitima atque valeat.

29. Factum quod attinet, Patroni Capituli afferunt immemorabilem possessionem, et perantiquam consuetudinem ante hominum memoriam,

qua Capitulum plura obit munera, quae ex communi disciplina stricte parochialia habentur.

In iure quaevis usucapió ex possessione initium et statum capit, D'Annibal., *Theol. Moral., II, n. 145;* in casu autem, possessio innixa fuit titulo inhabili et vitioso.

Indubium enim est iam a primo tempore, quo erecta fuit Parochialis Ecclesia in Collegiatam, intercessisse conventionem seu remissionem curae, seu « super officio curae animarum », inter Archipresbyterum Bartholomaeum De Vaccis et Capitulum.

At anno 1493 Archipresbyter Antonius De Vaccis, frater et successor Bartholomaei, in conventu capitulari habito die 14 Decembris edoctus de dicta remissione, illam approbavit et amplexus fuit, beneplacito semper Sedis Apostolicae et alterius superioris salvo, immo et ex tunc remisit dictam curam, suam exonerando et conscientiam Capituli onerando, huiusmodi tamen conditione adiecta, quatenus Capitulum faceret cum effectu quod in annum proxime sequentem Sancta Sedes Apostolica remissionem praesentem admittat. Et casu quo hoc non obtineretur a Sancta Sede et non liberaretur ipse Dominus Archipresbyter ab onere dictae curae, transacto dicto anno, sint partes et quaelibet earum in terminis primaevis, prout erant ante praesentem conventionem et remissionem.

Haec conventio seu remissio curam animarum respiciebat, ut patet. At beneplacitum Apostolicum obtentum non fuit: non solum de illo obtento non constat, sed nec Archipresbyter exoneratus de facto fuit cura animarum. Quod si Capitulum perseveravit in cura animarum, saltem ex parte exercenda, ut patet ex documentis iam ab anno 1486 et 1506 existentibus, omnino censendum est eam exercuisse titulo illius conventionis seu remissionis, illegitimae prorsus et nullius valoris, ideoque precario velut exercuisse, atque possessionem titulo non solum inhabili sed et vitioso incoepisse. Cum autem ex una parte nemo sibi causam possessionis mutare possit, et ex alia praescriptio immemorialis non faciat praesumere titulum meliorem de mundo, quando constat, ut in casu, de titulo inhabili et vitioso, a quo initium sumpsit, concludendum est hanc usucapionem, sive praescriptionem vel consuetudinem nullius valoris esse.

30. Dein, ut praetermittamus hanc possessionem non fuisse semper continuam et pacificam, ea vel fuit aequivoca, vel non fuisse talem non probatur.

Nam si ex actis sufficienter probatur quidem haec iura exercita fuisse a Capitulo invitis et reluctantibus tertiis, non probatur tamen ea

exercita fuisse invito Archipresbytero : potuerunt enim eadem iura exerceri concessione Archipresbyteri vel expressa, ut circa aliqua munia parochialia constat, vel tacita. Quare sententiandum est curam actualem universam, exclusive et independenter a Capitulo exercendam, Archipresbytero competere.

III.

31. Ex hisce plane sequitur Archipresbyterum habendam esse ut Parochum verum et absolutum, Piton., *Discept, eccles., cit., n. 1,* et Paroeciam exclusive a Capitulo repraesentare posse, arg. ex Pichler, *Lib. I, Decret., Tit. XXVIII, § 3, n. 15;* et omnino evidens est.

IV.

32. Quoad regimen Ecclesiae Cathedralis notandum est cum De Luca, *De Iurisd. discep.;* Card. Albitii, *n. 104,* non esse monstrum quod in una Ecclesia duo sint capita, diversis tamen sub respectibus, ut consideravit Rota in *decis. Montis Regalis - Iurisdictionis 69 et 121, Part. 1, recent.*

Quinam sint hi respectus, distinguendum est eum Rota coram Guaxardo, *Melevitan.-Parochialis,* 19 Februarii 1680, *num. 32-33,* inter functiones' ecclesiasticas, quae respiciunt curae exercitium et administrationem Sacramentorum, per parochos fieri solitas, et alias quae de iure et consuetudine in ecclesiis cathedralibus per dignitates et canonicos in choro et collegialiter exerceri debent. Distinguendum nempe est inter functiones capitulares et parochiales; et quoad illas regimen ecclesiae cathedralis competere Capitulo, quoad has competere Archipresbytero planum est, nam Archipresbyter in casu verus et absolutus parochus est ecclesiae Parochialis Cathedralis Salutiarum.

V.

Quoad ius Archipresbyteri residendi in domo Ecclesiae Cathedrali adiacenti, eamque ad usum habitationis aptandi suis sumptibus et independenter a Capitulo, notandum est ex una parte hanc domum non esse in proprietate Capituli, quippe quae veluti unum faciat cum Ecclesia, et res ecclesiasticas ad cultum divinum inservire debere ; ex alia vero parte parochis residendum esse intra fines parochiae, in domo parochiali, ad effectum servitii personalis, atque domum parochialem quam nunc Archipresbyter possidet, ob non contiguitatem, immo et distantiam ab Ecclesia Cathedrali, valde incommodam et incongruam esse curae animarum et servitio parochiali.

Quare, saltem ex aequitate, Patres iudicarunt tribuendum esse Archipresbytero ut resideat in domo Ecclesiae Cathedrali adiacenti eamque ad usum habitationis aptet suis sumptibus quidem, et independenter a Capitulo, sub dependentia tamen ab Ordinario, et refectis damnis, quae forte Capitulo exinde obvenire possint.

Hisce igitur rite diligenterque perpensis, Nos infrascripta Auditores de Turno pro Tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, propositis dubiis respondemus:

Ad 1.um *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam;*

Ad 2.um *Affirmative ;*

Ad 3.um *Affirmative;*

Ad 4.um *Affirmative ad primam partem, quoad functiones capitulares; affirmative ad secundam, quoad functiones parochiales ;*

Ad 5.um *Affirmative, saltem ex aequitate, sub dependentia tamen Ordinarii, et refectis damnis, quae Capitulo obvenire possint.*

Ita decernimus, declaramus et sententiamus, statuentes etiam expensas esse compensandas inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV De reform.* Concil. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, 9 Septembris 1911.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Sac. T. Tani, *Notarius S. R. Rotae.*

N. B. **Contra hanc sententiam Capitulum appellavit.**

Aloisius Sincero, *Ponens.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD R. P. D. ALOISIUM ERNESTUM DUBOIS, BITURICENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE NECESSITATE REDEUNDI AD PHILOSOPHIAM SCHOLASTICAM.

Monseigneur,

Le Saint-Père Pie X a accueilli avec une particulière satisfaction le projet que Votre Grandeur m'a prié de Lui soumettre relativement à la nécessité du retour à la Philosophie Scolastique, spécialement dans le clergé.

Vous exposez très opportunément, Monseigneur, qu'à la base des sciences sacrées il doit y avoir nécessairement une philosophie *scolastique* par ses principes et par ses méthodes, une philosophie fondée sur la croyance à la puissance de la raison et au caractère absolu de la vérité. Le Saint-Siège Fa rappelé bien souvent et en des circonstances solennelles.

L'Église est loin d'avoir jamais condamné les méthodes par lesquelles les sciences naturelles se sont constituées et ont pris de si merveilleux développements. Ce qu'Elle repousse, ce sont certains principes de la philosophie moderne, aussi contraires à la droite raison qu'à la vérité révélée.

Le Saint-Père bénit Vos généreux efforts et Vous félicite de trouver au milieu des soins multiples du ministère pastoral, le temps de dissiper des équivoques et des confusions qui troublent les âmes.

Je saisis avec plaisir cette occasion de Vous renouveler, Monseigneur, les assurances de mon entier dévouement en Notre Seigneur.

Le 13 Décembre 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno **19** Décembre **1911,** presso l'Emo e Revmo Sig. Cardinale Ponente, Girolamo Gotti, si tenne la Congregazione Antipreparatoria dei Sacri Riti, nella quale i Rmi Prelati Officiali e Consultori Teologi hanno discusso e dato il loro voto sopra i miracoli della Ven. Serva di Dio Suor Anna di S. Bartolomeo, monaca Professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Il Santo Padre con biglietti della Segreteria di Stato si è degnato di nominare :

16** Décembre **1911. — 11 Rev. Don Giovanni Battista Rosa, Sostituto della Sacra Congregazione Concistoriale.

***21** Décembre.* — Gli Emi Signori Cardinali Giovanni Battista Lugari e Guglielmo Van Rossum, fra i membri della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.

***23** Décembre.* — Mons. Carlo Perosi, Consultore della Sacra Congregazione Concistoriale.

3** Gennaio **1912. — L'Emo Signor Cardinale Diomede Falconio, Protettore della Chiesa e del Capitolo di Troia.

***5** Gennaio.* — L'Emo Signor Cardinale Basilio Pompilj, Protettore dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora della Compassione di Marsiglia.

***9** Gennaio.* — L'Emo Signor Cardinale Basilio Pompilj, fra gli Eminentissimi Porporati componenti il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

***10** Gennaio.* — L'Illmo e Rmo Mons. Tommaso Boggiani, Arcivescovo titolare di Edessa a Delegato Apostolico del Messico.

***13** Gennaio.* — L'Emo Signor Cardinale Pietro Gasparri, Protettore della « Alliance des Maisons d'Éducation Chrétienne » di Dax.

Il Santo Padre con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

Vescovo Assistente al Soglio Pontificio :

5** Gennaio **1912. — Mons. Alfonso Andreoli, traslato dalla Sede Vescovile di Montefeltro alle Chiese riunite di Recanati e Loreto.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

12** Dicembre **1911. — Mons. Teodoro Morel, delFarchidiocesi di Lione.

***18** Dicembre.* — Il Rev. Patrizio Phelan, delFarchidiocesi di Melbourne in Australia.

Prelati domestici di S. S.:

*o Dicembre **1911.*** — Il Rev. Stanislao Carrillo, Parroco e Vicario Foraneo nella diocesi di Mèri da (Venezuela).

***9** Dicembre.* — II Rev. Canonico Michele Marin, Curato-Arciprete della Metropolitana di Chambéry.

***13** Dicembre.* — Il Rev. Canonico 0. Giovanni Gardey, Vicario Generale Onorario di Parigi.

***16** Dicembre.* — Il Rev. Prof. Ferdinando Pellegrini, aiutante di studio nella Segreteria dei Brevi ai Principi.

***19** Dicembre.* — Il Rev. Canonico Dr. Emanuele Alves de Cunha, Decano della Cattedrale e Vicario Generale della diocesi di Angola e Congo.

3** Gennaio **1912. — Il Rev. Francesco Saverio Musi, Parroco a Napoli.

4 Gennaio. — Il Rev. Domenico Cantatore, Canonico Cantore della Cattedrale di Cerignola.

***5** Gennaio.* — Il Rev. Francesco Signore, già Arciprete di Monteroni nella diocesi di Lecce.

Missionario Apostolico :

19** Dicembre **1911. — Il Rev. P. Giovanni Vicedomini 0. FF. MM., della provincia di Napoli.

ONORIFICENZE

Sua Santità con biglietto e con Breve della Segreteria di Stato, si è degnata di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, ci. civile :

29** Dicembre **19il. — Al Sig. Barone Felice Uberto Röder de Diersburg, delFarchidiocesi di Friburgo.

3 *Gennaio **1912.*** — Al Sig. Filippo Heineken, Presidente della Società di Navigazione « Norddeutscher Lloyd » di Brema.

***5** Gennaio.* — Al Sig. Giuseppe Etrich, della diocesi di Königgratz.

La Placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno :

13** Dicembre **1911. — Al Sig. Comm. Giulio Rostand, di Parigi.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13** Dicembre **1911. — Al Sig. Avv. Cav. Giorgio Féragus, Segretario dei-Opera di S. Francesco di Sales a Parigi.

***16** Dicembre.* — Al Sig. Emanuele Barone Ringhoffer, di Praga.

— Al Sig. Enrico de Mattoni, di Gieshübel presso Karlsbad.

20 Dicembre. — Al Sig. Dott. Enrico Heidìmair, Consigliere dell'I, e R. Ministero dei Culti e della Pubblica Istruzione, a Vienna.

3 Gennaio 1912. — Al Sig. Conte Clemente de Westphalen, della diocesi di Paderborn.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

3 Gennaio 1912. — Al Sig. Giuseppe Anniser, della diocesi di Friburgo, Capo dell' ufficio della Società di Navigazione « Norddeutscher Lloyd » di Brema a Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 Dicembre 1911. — Al Sig. Marcello Lecoq, di Parigi.

16 Dicembre. — Al Sig. Dottor Manuel Dias de Aquino e Castro, Magistrato Civile Federale del Brasile.

2 Gennaio 1912. — Al Sig. Giovanni Kazazzian, della diocesi di Diarbekir.

3 Gennaio. — Al Sig. Paolo Hopfner, dell'archidiocesi di Vienna.

Il Cavalierato delV Ordine di S. Silvestro Papa :

13 Dicembre 1911. — Al Sig. Mario Riggi, Notaro Segretario ed Archivista della Cancelleria Apostolica.

14 Dicembre. — Al Sig. Ignazio Massaruti, già computista della S. Congregazione Concistoriale.

Il Santo Padre con biglietti della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari :

9 Gennaio 1912. — Mons. Oreste Gurini, della diocesi di Recanati.

— Mons. Giuseppe Sorbellini, della diocesi di Loreto.

13 Gennaio. — Mons. Francesco Saverio Montz, dell'archidiocesi di Colonia.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario :

8 Gennaio 1912. — Il Sig. Colonnello Orazio Walpole, della diocesi di Portsmouth.

NECROLOGIO

25 Décembre 1911. — Mons. Edoardo Pulciano, Arcivescovo di Genova.

2 Gennaio 1912. — Mons. Giuseppe Lang, Vescovo titolare di Paralaide, Vicario Apostolico della Costa di Benin (Africa).

8 Gennaio. — Mons. Dario Mattei-Gentili, già Arcivescovo di Perugia.

Gennaio. — Mons. Francesco Bonne, Arcivescovo di Tokio.

Annus IV. - Vol. IV. Die 31 Ianuarii 1912. Num. 2.

¡CTA^PTOOGAEIEIÍ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

I.

ERECTIO PIAE UNIONIS PRO COMMUNIONE PRIMA PUERORUM AD S. CLAUDII DE URBE IN PRIMARIAM UNIONEM, CUM FACULTATE AGGREGANDI IN UNIVERSO TERRARUM ORBE.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Sublimem Divi Petri Cathedram Nobis divinitus obtinentibus in terris, ob singulare studium quo erga Sacramentum amoris ducimur, nihil antiquius est, quam ut pueri obsitum periculis vitae iter suscipientes, puro corde ad Eucharisticas dapes se sistant, ac tempestive, antequam mundi sordes innocentiae speculum obtegant, tanti mysterii gratia muniantur. Hac provida mente de aetate admittendorum ad primam communionem eucharisticam decretum edidimus, quod incipit verbis « Quam singulari », et non sine magna animi Nostri laetitia comperimus in hac Alma Urbe ad S. Claudii a Dilecto Filio Nostro Cardinali Vicario in spiritualibus Generali canonice erectam fuisse piam Unionem cui titulus a Prima Communione Puerorum. Haec enim Unio frugiferum ad finem intendit tum propagandi inter populos illius Decreti cognitionem et implementum, tum instituendi pueros ad normam superenunciati Decreti, ut rite instructi et apparati ad Sacram Synaxim prima vice accedant, ac durante pueritia Angelorum Pane se frequenter reficiant. Nunc autem cum hodiernus Procurator Generalis Congregationis a SSmo Sacramento Nos enixis precibus flagitet, ut ipsam piam Unionem ad Primariae gradum pro universo Catholico Orbe evehere de benignitate Nostra dignemur; Nos tam frugiferae Societatis coeptis ultro libenterque faventes, ut uberiora in dies incre-

menta capiat et in Catholici nominis bonum atque emolumentum eadem, favente Deo, magis magisque succrescat, optatis his annuendum propensa voluntate existimamus. Quare his Litteris, auctoritate Nostra, piam Unionem a prima Communione Puerorum hac in Alma Urbe ad S. Claudii canonice erectam in Primariam pro universo Catholico Orbe perpetuum in modum erigimus atque instituimus, illique privilegia omnia et praerogativas tribuimus, quae Primariis Unionibus de iure competunt. Porro piae Unionis eiusdem sic in Primariam per Nos erectae Moderatori atque Officialibus praesentibus et futuris, Apostolica similiter Nostra Auctoritate, per praesentes concedimus, ut ipsi, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII rec. me. Decessoris Nostri aliisque Apostolicis Constitutionibus atque ordinationibus desuper editis, alias omnes eiusdem tituli atque instituti pias Uniones canonice ubique terrarum, sive erectas in praesens sive erigendas in posterum, vel etiam ubique singillatim fideles, sibi aggregare queant; et cum illis indulgentias omnes ipsi Primariae Unioni a Sede Apostolica concessas, quae cum aliis communicari valeant, communicare licite etiam possint. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper extare ac fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque et inane fieri, si secus quidquam super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die iv Ianuarii MDCCCCXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. £g S. *a Secretis Status.*

IL

TITULUS BASILICAE MINORIS PRO VETUSTISSIMO TEMPLO PAROCHIALI DEO DICATO IN HONOREM S. PATRIARCHAE IOSEPH, DEIPARAE VIRGINIS SPONSI, IN CIVITATE BONAERENSI.

PIUS PP. **x.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Catholici Orbis praestantiora templa, quae vel molis amplitudine et insignibus artis monumentis, vel Sanctorum exuviis et antiqua fidelium religione praefulgeant, Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis haerentes, singularibus titulis ac privilegiis cohonestare solemus. Iam vero constat apprime vetustis-

simum templum in honorem SSmi Patriarchae Ioseph, Deiparae Virginis Sponsi, in Bonaerensi Civitate dicatum, iure inter potiores sacras aedes esse accensendum, quibus Bonaërensis Archidioecesis nobilitatur: ipsum enim templum tum ingenti structura, tum conspicuae omnigenae artis operibus renidet. Cum itaque Venerabilis Frater Marianus Antonius Espinosa Archiepiscopus Bonaërensium Nobis significet, et sibi et clero qui divinis muniis ipsa in paroecia naviter fungitur, et fidelibus etiam universis, qui ferventissimo erga Virginis Immaculatae Purissimum Sponsum devotionis studio ducti, sacram eandem aedem non intermisso celebrant concursu, gratissimum maximeque acceptum fore, si per Nos praecipuum ipsi templo decus et peculiaris honoris titulus accedat; Nos votis his annuendum propensa quidem voluntate existimamus. Quapropter, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, Ecclesiam parochialem sub invocatione Patriarchae S. Iosephi, Bonaërensis civitatis, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, eique privilegia omnia tribuimus, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper extare, suosque plenarios atque integros effectus sortiri, obtinere, illisque ad quos spectant, vel spectare poterunt in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse et definiendum', irritumque et inane fieri, si secus quidquam super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xv Ianuarii MDCCCCXII Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. jjj S.

EPISTOLA.

AD R. P. IOSEPHUM NOVAL, SODALEM DOMINICANUM, RECTOREM PONTIFICIAE STUDIORUM UNIVERSITATIS MANILENSIS A SANCTO THOMA NUNCUPATAE, OCCASIONE TERTII EXEUNTIS SAECULI EX QUO IPSA UNIVERSITAS CONDITA FUIT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Manilensem studiorum Universitatem, vetustam ac nobilem doctrinarum sedem, sollemnia parare ob conditum tertium saeculum ex quo esse coepit, libenter quidem accepimus. Retulit id Nobis Apostolicus Delegatus in Philippinis Insulis, illud praeterea adiiciens, quod pergratum habuimus, indicta nimi-

rum sollemnia ita instrui ut externa pompa et bonis litterarum fructibus proposito sint paria, teque etsi brevi abhinc tempore praefatae Universitati praepositum, ita tamen egregie de eadem meruisse, ut laudatum christianae sapientiae domicilium navitati tuae accepta referat non exigua dignitatis incrementa. - " v

Quibus sane incrementis et Nos, d/ilfecte fili, studemus quum, in partem vocati laetitiae vestrae, haud inviti cojniinùnibus votis annuimus, rati societatem Nostram periucundam catholicis fore, et Academiam celebrantibus acriora praebitura incitamenta ad coepta optima, uberiore cum fructu, persequenda. Quod ipsum, ut bene nosti, spectarunt Romani : Pontifices Decessores Nostri atque etiam catholici Hispaniae Reges, quum perillustre Athenaeum vestrum tot cumularunt beneficiis ac privilegiis, quot idem condecorant vosque gratis tenetis animis. Sed illud quoque memorare oportet, sollertiam accipientium beneficia, conferendum expectationi respondisse. Manilense siquidem Institutum, per varios casus fortunaeque vicissitudines, ea semper floruit doctrinae integritate atque elegantia, ut longe lateque vim diffuderit religioni reique litterariae frugiferam ac salutarem. Et re quidem vera, memoria vetera repetenti frequentes occurrunt Religiosi viri, pietate insignes ac doctrina, quos olim alma ista studiorum sedes aut excoluit alumnos, aut doctores fovit sibique adiunxit, gloriosi laboris consortes. Quorum in numero neque ii desunt qui ad episcopalem amplioremque dignitatem fuerint ob merita evecti, neque ipsi christianae legis praecones qui *in admirabile lumen Christi* et una simul ad civilem cultum mitesque mores vocaverint et traducere conati fuerint quos, Evangelii luce adhuc expertes, Sinae ac laponiae continent fines, fide catholica haud semel cruento testimonio confirmata. Ex laicis etiam viris vix quemquam reperies ex Philippinis doctrina, gratia, auctoritate praestantem qui Manilensem Universitatem adolescens olim non celebraverit.

Iure igitur penes vos civium omnium gestiunt animi rei auspicatissimae memoriam studio recolere. Ceteris vero plane addecet anteire Sodales Dominicianos, quum ab iis, supremae voluntati obsequentibus perillustris sodalis fratris Michaelis de Bonavides, Manilensis Archiepiscopi, Lyceum istud ortum habuerit et continenter auctus, usque adeo ut merito popularibus vestris sanctius sit ex catholicis institutis. - Qua in recordatione memoriae valde velimus illud in primis vestrates prae se ferant atque efferant quod iisdem omnibus alta mente repositum esse debet: maternam, dicimus, catholicae Ecclesiae providentiam, cuius auspiciis tria iam saecula Manilae patet Institutum ex quo tanta eifluxit humanitatis copia, quanta vestram honestat civitatem.

Faxit Deus ut laudati Athenaei decus, fructu exquisitioris doctrinae ac disciplinae arctioris, magis magisque augeatur; fiet profecto, quod vehementer cupimus, ut iuventus quae inibi in Ecclesiae ac civitatis spem succrescit,' ita instituatur ut, quam utrique concitat expectationem perpetuo sustineat ac tueatur.

Quod ut e sententia cedat, tibi, dilecte fili, Religiosis Sodalibus tuis, quorum elucent studia ut opinionem Instituto concilient in dies maiorem, coelestia munera adprecantes, nec non ceteris omnibus qui apparandis saecularibus sollemnibus dant operam, omnique demum Universitati, Apostolicam Benedictionem libenti animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi Octobris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

3 ianuarii 1912. — Titulari ecclesiae episcopali Thebanae praefecit Rmum Vincentium Pisani, iam Episcopum Anglonensem et Tursiensem.

4 ianuarii 1912. — Cathedralibus ecclesiis Melphiensi et Rapollensi sac. Albertum Costa, dioecesis Burgi S. Domnini, ibidem vicarium generalem et canonicum ecclesiae cathedralis.

9 ianuarii 1912. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Edessenae Rmum Thomam Pium Boggiani, hactenus Episcopum Adriensem.

— Titulari ecclesiae archiepiscopali Anazarbensi Rmum Claudium Iosephum Gonzalves Ponce de Leão, hactenus Archiepiscopum Portalegrensem in Brasilia.

12 ianuarii 1912. — Metropolitanae ecclesiae Senonensi Rmum Ioannem Victorem Aemilium Chesnelong, hactenus Episcopum Valentinensem.

15 ianuarii 1912. — Titulari ecclesiae episcopali Therm ensi sac. Iosephum Métreau, civitatis Burdigalensis, ibique archipresbyterum ecclesiae S. Michaelis Archangeli, quem costituit Auxiliarem Rmi Renati Francisci Renou, Archiepiscopi Turonensis.

19 ianuarii 1912. — Cathedrali ecclesiae Richmondiensi Rmum Dionysium O'Connell, hactenus Episcopum titularis ecclesiae Sebastensis.

— Cathedrali ecclesiae Cheyennensi sac. Patritium Aloisium Mae Govern, dioecesis Omahensis, ibique rectorem ecclesiae cathedralis.

— Cathedrali ecclesiae Guayaquilensi Rmum Ioannem Mariam Riera, hactenus Episcopum Portus Veteris, atque cum indulto retinendi administrationem eiusdem dioecesis Portus Veteris ad S. Sedis nutum.

20 ianuarii 1912. — Titulari ecclesiae episcopali Sebastensi sac. Adulphum David, dioecesis Montis Pessulani, ibique vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Francisci Mariae Anatolii de Rovérié de C abrieres, Episcopi Montis Pessulani.

23 ianuarii 1912. — Cathedrali ecclesiae Pastopolitanae sac. Leonidam Medina, canonicum ecclesiae metropolitanae Bogotensis in Columbia.

S. CONGREGATIO CONCILII

DUBIUM CIRCA INTERPRETATIONEM EORUM QUAE MOTU PROPRIO « SUPREMI DISCIPLINAE» DE DIEBUS FESTIS, DIE II IULII ANNO 1911 EDITO, STATUTA SUNT.

S. Congregationi Concilii a nonnullis Hispaniae Episcopis dubium quod sequitur propositum est: « Quum hoc anno verificetur quod vigilia « Nativitatis D. N. I. C, coincidat cum Dominica, quae semper manet « exclusa a lege ieiunii et abstinentiae, nonnulli Moralistae interpre- « tantur dispositiones Motus Proprii " De diebus festis ", retinentes et «publicantes in ephemeridibus, quod die 23 Decembris, scilicet sab- « bato, vigeat obligatio simplicis ieiunii ratione temporis sacri Adventus, « non vero obligatio abstinentiae a carnibus uti fieri solebat in vigilia « aut antivigilia eiusdem Nativitatis Domini. Quaeritur itaque ut explicite « declaretur an praedicta interpretatio sustineri possit ».

S. C. Concilii respondendum censuit: *Negative.*

Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii, die 15 Dec. 1911.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

DECRETUM DIVISIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE UELLENSIS.

Quo uberior evadat in Uellensi Apostolica Praefectura divini nominis praedicatio, Emi Patres S. huius Congregationis Fidei Propagandae, in plenariis comitiis die xi vertentis mensis habitis, statuerunt ut praedictum territorium per xxvi semis gradum longitudinis orientalis (26° 30'Est Greenwich) in duas partes divideretur. Quarum prima, curis Canonicorum Regularium Praemonstratensium Abbatiae Tongerloënsis credita, ut novum de Uellè Occidentali nomen acciperet, censuerunt; altera vero, de Uellè Orientali nuncupanda, in separatam atque independentem Praefecturam Apostolicam erigeretur, fratribus Ordinis Praedicatorum Belgicae provinciae concredendam.

Quam Emorum Patrum sententiam ab infrascripto praedictae S. Congregationis Secretario SSmo Domino Nostro Pio div. prov. Pp. X in audientia eiusdem diei relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, atque praesens ea de re decretum confici mandavit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 18 Decembris anno 1911.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. £ß S. . C. Laurenti, *Secretarius.*

IL

NOMINATIO EPISCOPI

Brevi Apostolico nominatus est:

13 decembris 1911. — R. P. Franciscus Aguirre, ex Ordine Praedicatorum, Episcopus titularis Botryensis et Vicarius Apostolicus Fokiensis in Sinis.

III.

NOMINATIONES PRAEFECTORUM APOSTOLICORUM.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt :

16 ianuarii 1912. — R. D. Petrus Maria Kernivinen, e Seminario Lugdunensi pro Missionibus Africae, Praefectus Apostolicus de Korogo, in Littore eburneo.

— R. P. Fr. Reginaldus Van Schoote, ex Ordine Praedicatorum, Praefectus Apostolicus de Uellé Orientali, in Congo Belgico.

S. CONGREGATIO INDICIS

DECRETUM

Feria IL die 22 Ianuarii 1912.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino Nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 22 Ianuarii 1912, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

L. DUCHESNE, *Histoire ancienne de l'Église. Paris.*

ABBÉ DOLONNE, *Le Clergé contemporain et le Célibat. Paris, s. a.*

LETTERS TO HIS HOLINESS POPE PIUS X. *By a Modemist. Chicago 1910.*

THE PRIEST. *A Tale of Modernism in New England. By the authof of* Letters to H. H. P. Pius X. *Boston 1911.*

ADVENIAT REGNUM TUUM, *1. Letture e Preghiere cristiane. - 2. Rituale del Cristiano. - 3. L'anno cristiano. Roma 1904-5.*

VENANCIO GONZALEZ Y SANZ, *La bancarrota del Protestantismo; estudio historico-sociológico-critico. Madrid 1910.*

L. CHOUILLY, *Carnet du petit Citoyen. Résumés d'instruction morale et civiqu?. - Cours moyen et supérieur. Verdun 1910.*

TOMMASO GALLARATI SCOTTI, *Storia dell'amore sacro e dell'amore profano. Milano 1911.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

ZENNER-WIESMANN, W. KOCH et O. WECKER, AUG. HUMBERT, OTTOCARUS PROHASZKA et auctor (P. A. S.) operis inscripti *Catechismo di storia sacra,* decretis S. Congregationis, editis diebus 8 Maii et 5 Iunii 1911, quibus quidam libri ab eis conscripti notati et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, laudabiliter se subiecerunt.

Quibus SSmo Domino Nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 24 Ianuarii 1912.

F. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. **83** S. Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i

URBIS ET ORBIS.

Quum ob reductionem Festorum ad tramitem Motu proprio de Diebus Festis et Decretorum Sacrae Rituum Congregationis diebus 24 et 28 Iulii anno 1911 editorum, attenta etiam Constitutione Apostolica « Divino afflatu », ne oriatur confusio, necesse sit nonnullas speciales Breviarii et Missalis rubricas novis dispositionibus aptari; Sacra Rituum Congregatio, firmis manentibus quae decreta sunt in Praescriptionibus Temporariis N. IV, ad calcem Rubricarum iuxta memoratam Constitutionem adiectis, quoad Rubricas Generales; quae sequuntur in novis Breviarii et Missalis editionibus imprimendis inserenda censuit, si tamen Sanctissimo Domino Nostro placuerit.

MUTATIONES IN BREVIARIO ET MISSALI ROMANO FACIENDAE AD NORMAM MOTU PROPRIO DE DIEBUS FESTIS, DECRETORUM S. R. C. 24 ET 28 IULII 1911, ET CONSTITUTIONIS APOSTOLICAE « DIVINO AFFLATU ».

IN BREVIARIO.

In principio Breviarii.

Post Bullas Pii V, Clementis VIII et Urbani VIII, inseratur Bulla Divino afflatu *SSmi Domini Nostri Pii Papae X.*

Expungantur quatuor Decreta S. Bituum Congregationis.

In Kalendario Breviarii.

13 Januarii. - Octava Epiphaniae, *dupl. maj.*

19 Martii. - COMMEMORATIO SOLEMNIS S. JOSEPH, Sponsi B. M. V., Conf. *dupl. I. class.*

In fine Aprilis. - Dom. III. post Pascha. - SOLEMNITAS S. JOSEPH, Sponsi B. M. V. et Eccl. Univers. Patroni, Conf. *dupl. I class, cum Octava.* Com. Dom.

In fime Maii. - Fer. VI. post Octavam Commem. Solemnis SSmi Corporis D. N. J. C. - SACRATISSIMI CORDIS JESU. *dupl. I. class.*

23 Junii. -

24 » -

25 » - S. Gulielmi Abb. *dupl.*

26 » - Ss. Joannis et Pauli, Mart. *dupl.*

27 » -

28 » - S. Leonis II. Papae Conf. *semidupl.* Com. Vigiliae.

29 » - Ss. PETRI ET PAULI APP. *dupl. I. class, cum Octava.*

30 » - Commemoratio S. Pauli Apost. *dupl. maj.* Com. S. Petri Apost.

Sabbato ante Dom. IV Junii. - Vigilia.

Dom. IV. Junii. - NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTAE, *dupl. I. class, cum Octava.*

1 Julii. - De Octava Ss. Apost, *semidupl:*

6 » - Octava Ss. Petri et Pauli Apost. *dupl. maj.*

6 Augusti. - Transfigurado D. N. J. C. *dupl. 2 class.* Com. Ss. Xysti II. Papae, Felicissimi et Agapiti Mart. '

22 Augusti - Octava Assumptionis B. M. V. *dupl. maj.* Com. Ss. Timothei et Soc. Mm.

Post diem 8 Septembris supprimatur: Dom. infra Oct. Nativit. *etc.*

12 Septembris. - SSmi Nominis Mariae, *dupl. maj.*

2 Novembris. - Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum. *dupl.*

8 Novembris. - Octava Omnium Sanctorum, *dupl. maj.* Com. Ss. Quatuor Coronatorum Mart.

9 Novembris. - Dedicatio Archibasilicae SS. Salvatoris, *dupl. 2 class.* Com. S. Theodori Mart.

15 Decembris. - Octava Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, *dupl. maj.*

Post Rubricas Generales Breviarii inserantur Novae Rubricae, *suppressis* Praescriptionibus Temporariis.

Deinde suppressis omnibus quae nunc habentur in Breviario usque ad Psalterium, inserantur sequentia:

Tres Tabellae

EX RUBRICIS GENERALIBUS BREVIARII ET EX RUBRICIS IUXTA CONSTITUTIONEM « DIVINO AFFLATU » REFORMATIS EXCERPTAE.

In quarum prima statim videri poterit de quo celebrandum erit Officium, si plura eodem die Festa perpetuo occurrant; in secunda vero, si accidentaliter similiter occurrant; in tertia autem quomodo Officium praecedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis diei.

In quavis ex tribus Tabellis hoc ordine reperietur quod quaeritur :

Primum inveniatur numerus positus in quadrangulo illo, in quo Festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurrunt; deinde legatur regula juxta dictum numerum descripta, et ex ea clare videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia: Quadrangulum, in quo sibi invicem occurrunt, in prima Tabella, Duplex primae classis et Simplex, erit quod invenitur primo loco in eadem linea in qua inscribitur Duplex primae classis, in quo signatus est numerus 1, quia si ad ipsum quadrangulum tam Duplex primae classis quam Simplex ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi invicem occurrerent. Regula autem juxta dictum numerum 1 apposita sic habet:

1. *Officium de primo, nihil de secundo.* Id est officium fiat de Duplici primae classis, et nihil de Simplici : quia cum in his regulis dicitur de primo, seu praecedenti, intelligitur de Festo in superiori parte Tabellae apposito, ut Duplex praedictum: cum de secundo, vel sequenti, de Festo in inferiori parte sub numeris apposito, ut Simplex praedictum.

In aliquibus autem quadrangulis positus est O, quia nullus occur-

sus aut concursus esse potest inter Festa simul ad idem quadrangulum occurrentia.

Scire tamen oportet quae sint Dominicae et Feriae maiores, et quae Duplicia primae et secundae classis et majora per annum, sicut et alia Officia Duplicia vel Semiduplicia, quae uti Primaria vel Secundaria sint retinenda.

Dominicae Majores dividuntur in duas classes:

DOMINICAE PRIMAE CLASSIS:

Prima Adventus,
Prima Quadragesimae,
Passionis,
Palmarum,
Paschatis,
In Albis,
Pentecostes,
Trinitatis.

DOMINICAE SECUNDAE CLASSIS:

Secunda Adventus,
Tertia Adventus,
Quarta Adventus,
Septuagesimae,
Sexagesimae,
Quinquagesimae,
Secunda Quadragesimae,
Tertia Quadragesimae,
Quarta Quadragesimae.

Feriae Maiores dividuntur in duas classes:

FERIAE PRIVILEGIATAE.

Quarta Cinerum,
Secunda Majoris Hebdomadae,
Tertia » »
Quarta » »

FERIAE NON PRIVILEG-IATAE.

Adventus,
Quadragesimae,
Quatuor Temporum,
Secunda Rogationum.

DUPLICIA PRIMAE CLASSIS PRIMARIA.

Nativitas Domini,
Epiphania Domini,
Pascha Resurrectionis cum tribus antecedentibus et duobus sequentibus diebus,
Ascensio Domini,
Pentecostes cum duobus sequentibus diebus,
Festum SS. Trinitatis,
Commemoratio solemnis Sanctissimi Corporis D. N. J. C,
Immaculata Conceptio B. M. V.,
Annuntiatio B. M. V.,
Assumptio B. M. V.,
Nativitas S. Joannis Baptistae,
Commemoratio solemnis S. Joseph, Sponsi B. M. V., Conf.,
Solemnitas S. Joseph, Sponsi B. M. V. et Eccl. Univ. Patroni, Conf.,

Festum Ss. Petri et Pauli Apostolorum,
Festum Omnium Sanctorum,
Dedicatio Ecclesiae propriae, ejusque Anniversarium,
Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis,
Titulus propriae Ecclesiae,
Titulus Ecclesiae Cathedralis,
Patronus principalis Oppidi, vel Civitatis, vel Dioecesis, vel Provinciae, vel Nationis,
Titularis et Sanctus Fundator Ordinis seu Congregationis.

DUPLEX PRIMAE CLASSIS SECUNDARIUM.

Festum Sacratissimi Cordis Jesu.

DUPLICIA SECUNDAE CLASSIS PRIMARIA.

Circumcisio Domini,
Transfiguratio Domini,
Dedicatio Archibasilicae SS. Salvatoris,
Purificatio B. M. V.,
Visitatio B. M. V.,
Nativitas B. M. V.,
Dedicatio S. Michaelis Archangeli,
Natalitia undecim Apostolorum,
Festum S. Marci Evangelistae,
Festum S. Lucae Evangelistae,
Festum S. Stephani Protomartyris,
Festum Ss. Innocentium Martyrum,
Festum S. Laurentii Martyris,
Festum S. Joachim, Patris B. M. V.,
Festum S. Annae, Matris B. M. V.

. DUPLICIA SECUNDAE CLASSIS SECUNDARIA.

Festum SS. Nominis Jesu,
Festum Inventionis S. Crucis,
F'estum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C,
Festum Septem Dolorum B. M. V. mense Septembri,
Solemnitas SS. Rosarii B. M. V.

DUPLICIA MAJORA PRIMARIA.

Dies Octava cujuslibet Duplicis primae classis Primarii,
Dedicatio Basilicarum Ss. Apostolorum Petri et Pauli,
Dedicatio S. Mariae ad Nives,

Praesentatio B. M. V.,
Festum Ss. Angelorum Custodum,
Decollatio S. Joannis Baptistae,
Festum S. Barnabae Apostoli,
Festum S. Benedicti Abbatis,
Festum S. Dominici Confessoris,
Festum S. Francisci Assisiensis Confessoris,
Festum S. Francisci Xaverii Confessoris,
Festa Patronorum minus principalium.

DUPLICIA MAJORA SECUNDARIA.

Dies Octava cuiuslibet Duplicis primae classis Secundarii,
Exaltatio S. Crucis,
Apparitio B. M. V. Immaculatae,
Festum Septem Dolorum B. M. V. tempore Quadragesimae,
Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo,
Festum SS. Nominis B. M. V.,
Festum B. M. V. de Mercede,
Apparitio S. Michaelis Archangeli,
Cathedra S. Petri Apostoli Romae,
Cathedra S. Petri Apostoli Antiochiae,
Festum ejusdem ad Vincula,
Conversio S. Pauli Apostoli,
Commemoratio S. Pauli Apostoli,
Festum S. Joannis Apostoli ante Portam Latinam.

ALIA DUPLICIA VEL SEMIDUPLICIA PRIMARIA.

Dies Octava cuiuslibet Duplicis secundae classis Primarii,
Dies Natalitia, vel quasi-Natalitia, cuiuscumque Sancti.

ALIA DUPLICIA VEL SEMIDUPLICIA SECUNDARIA.

Dies Octava cujuslibet Duplicis secundae classis Secundarii,
Impressio Sacrorum Stigmatum S. Francisci Conf.,
Inventio S. Stephani Protomartyris,

Festa sive Domini, sive B. M. V. sub aliquo peculiari titulo , sive Sanctorum, praeter eorumdem Natalem diem, uti Inventionis, Translationis, Patrocinii et hisce similia.

Si occurrat eodem die perpetuo.

	1	3	3	1	3	3	5	5	5	1	1	6	6	5	8	8	0
	3	3	3	1	3	6	5	5	5	3	3	6	6	8	6	3	0
Dies Octava duplex majus . . .	3	3	0	3	0	0	5	5	5	3	7	0	0	4	2	4	4
Dies Octava duplex minus . . .	3	3	0	3	0	0	5	5	4	7	4	0	0	4	2	4	4
	3	3	3	3	3	6	5	5	8	3	6	6	6	6	6	0	0
	3	3	3	3	3	6	5	8	6	6	6	6	6	6	6	0	0
	3	3	6	3	3	6	8	6	6	6	6	6	6	6	6	0	0
	3	3	0	7	4	4	4	4	4	4	4	4	.0	2	2	4	4
	8	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	2	0	0
	3	2	0	4	0	0	4	4	4	4	4	0	0	4	2	0	0
1. Officium de 1, nihil de 2.							[illegible]								[illegible]		[illegible]
2. Officium de 2, nihil de 1. 3. Officium de 1, commemoratio de 2. 4. Officium de 2. commemoratio de 1. 5. Officium de 1, repositio de 2. 6. Officium de 2, repositio de 1. 7. Officium de nobiliori, commemoratio de alio. 8. Officium de nobiliori, repositio de alio.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

Si occurrat eodem die accidentaliter.

Duplex 1 Classis	0	3	6	1	3	6	i	1	1	1	[illegible]	6	5	8	8	8	6
Duplex 2 Classis	0	3	6	1	6	6	3	3	3	3	3	6	8	6	3	6	6
Dies Octava duplex majus . . .	0	-3	0	3	4	0	3	3	3	3	7	0	4	2	4	4	4
Dies Octava duplex minus . . .	0	3	0	3	4	0	3	3	4	7	4	0	4	2	4	4	4
	0	3	4	3	4	4	3	3	7	3	4	4	4	2	4	4	4
Duplex minus	0	3	4	3	4	4	3	7	4	4	4	4	4	2	4	4	, 4
Semiduplex	0	3	4	3	4	4	7	4	4	4	4	4	4	2	4	4	4
Dies infra Octavam	0	3	0	7	4	0	4	4	4	4	4	4	2	2	4	4	4
	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4	4,	4	2	4	4	4
	0	2	2	4	4	0	4	4	4	4	4	4,"	[illegible]	...2	0	0	0
1. Officium de 1, nihil de 2.	*	v										*			*	[illegible]	[illegible]
2. Officium de 2, nihil de 1. 3. Officium de 1, commemoratio de 4. Officium de 2, commemoratio de 1. 5. Officium de 1, translatio de 2. 6. Officium de 2, translatio de 1.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
7. Officium de nobiliori, commemoratio de alio.			[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]				[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]				
Officium de nobiliori, translatio de alio.				[illegible]	[illegible]	[illegible]											

Quando concurrí!

	4	0	4	4	4	4	4	4	[illegible]	3	0
	2	2	2	4	4	4	4	4	4	5	4
	4	4	4	4	4	4	4	4	5	3	4
	4	4	4	4	4	4	4	5	3	1	3
	4	4	4	4	4	3	5	3	3	1	3
	4	4	4	4	4	5	4	3	3	1	3
	4	4	4	4	5	3	3	3	3	1	3
	4	4	4	5	3	3	3	3	1	1	3
	4	0	2	3	3	3	3	3	1	1	3
1. Totum de sequenti nihil de praecedenti. 2. Totum de praecedenti nihil de sequenti. 3. Totum de sequenti commemoratio de praecedenti. 4. Totum de praecedenti commemoratio de sequenti. 5. Totum de nohiliori, commemoratio de alio; in paritate a capitulo de sequenti commemoratio de praecedenti.	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

NOTANDA IN PRAECEDENTIBUS TABELLIS.

1. Quando in regulis cujusvis Tabellae invenitur Officium de *Nobilioris* vel Totum de *Nobiliori,* intelligi debet de illo ex duobus occurrentibus aut concurrentibus Festis vel Officiis, quod, sive ratione qualitatis Primarii, sive ratione Dignitatis personalis, aut Solemnitatis externae, aut Proprietatis (haec tamen in concurrentia non attenditur), alteri praeferri debeat.

% Festa Duplicia L classis primaria universalis Ecclesiae praeferuntur cuilibet Festo, tam in occurrentia quam in concurrentia. Item Festa Dedicationis et Tituli propriae Ecclesiae, et Patroni loci, cedunt tantummodo praedictis^ Duplicibus I. classis primariis universalis Ecclesiae.

3. Octavae inter se praeferuntur eadem lege, qua Festa ipsa, ad quae spectant.

4. In die Octava Gommemorationis Solemnis Corporis Christi, non fit de aliquo Festo, etiam Duplici I. classis, nisi de occurrenti Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, cum commemoratione diei Octavae; quae autem omittitur in II. Vesperis, ob concurrentiam Festi SS. Cordis Jesu.

5. Festa Domini eorumque Dies Octavae cujusvis ritus in occurrentia, tam accidentali quam perpetua, et in concurrentia, Dominicae minori praeferuntur.

6. De O ctavis Privilegiatis Nativitatis, Epiphaniae et Corporis Christi, fit semper commemoratio in quolibet Officio etiam Duplici I. classis.

7. Quando Festa universalis Ecclesiae, quae cum Octava celebrantur, ob impedimentum perpetuum in die proxime sequenti, juxta Rubricas, sint reponenda, non ideo reponitur eorum dies Octava, quae in universa Ecclesia die sua recoli debet.

Idem dicendum de die Octava alicujus Festi Dioecesis vel Ordinis, quod in aliqua particulari Ecclesia alia die sit reponendum.

Idem servetur de die Octava cujuslibet Festi, quod, ut supra, transferri debeat ob impedimentum accidentale.

8. Quando dies Octava, quae ad Festum Domini non pertineat, incidit in Dominicam, fit de Dominica cum commemoratione diei Octavae; attamen, si in Sabbato praecedenti celebratum fuerit aliquod Festum Duplex majus vel minus, aut Semiduplex, in Vesperis fit commemoratio ipsius Festi, et postea diei Octavae, per Antiphonam et Versum e I. Vesperis Festi; quod si in eodem Sabbato actum fuerit Officium de die VII. infra Octavam, tunc in Vesperis fit commemoratio ipsius diei VII. per Antiphonam et Versum e II. Vesperis Festi, nil vero de die Octava.

9. Quando occurrunt accidentaliter duo Festa, vel duae Octavae, in honorem ejusdem Personae, fit Officium de Festo, vel de Octava nobiliori, sine commemoratione alterius, nisi agatur de mysteriis Domini diversis. Similiter si infra Octavam aliquam non privilegiatam occurrat sive accidentaliter, sive perpetuo, Festum de eadem Persona, fit Officium de Festo sine commemoratione Octavae, dummodo non agatur, ut supra dictum est, de diversis Domini mysteriis; uti si infra Octavam Dedicationis Ecclesiae occurrat aliquod Festum particulare D. N. J. C, Duplex majus; hoc enim in casu fit de Festo cum commemoratione Octavae.

10. E contra si in die Octava non privilegiata occurrat Festum ejusdem Personae, et ejusdem ritus, diversi tamen mysterii ut supra, in occurrentia accidentali fit de Festo cum commemoratione Octavae, in occurrentia vero perpetua, fit de die Octava, et Festum alia die juxta Rubricas reponitur.

11. Si autem duo Officia ejusdem Personae, simul concurrant (nisi agatur de mysteriis Domini diversis, ut supra), si sint diversi ritus aut nobilitatis, fit totum de nobiliori, sine commemoratione alterius; in paritate autem ritus et nobilitatis fit totum de praecedenti, sine commemoratione sequentis. Attamen in die Octava Corporis Christi, II. Vesperae sunt de ipsa Octava, sine commemoratione sequentis Festi SS. Cordis Jesu.

12. Si Patronus loci praecipuus vel secundarius, aut Titularis Ecclesiae, vel etiam Sanctus cujus in Ecclesia habeatur insignis reliquia,

descriptus sit in Calendario cum aliis Sanctis, quibus est ex natura sua conjunctus, scilicet quando inter eos necessaria consanguinitatis aut affinitatis ratio intercedit, non est a Sociis separandus. Si vero illis conjunctus est ex occasione tantum, quia scilicet eadem die obierint, tunc a Sociis separatur, et de eo agitur Festum sub ritu competenti.

Si agatur Festum de Patrono praecipuo vel de Titulari, et Socii sint cum eo descripti in Calendario sub ritu simplici, de Sociis nihil penitus fit; si vero agatur Festum de Patrono secundario vel de Sancto cujus Reliquia insignis habetur, tunc de Sociis fit commemoratio. Quod si inscripti sint in Calendario sub ritu duplici vel semiduplici, tunc Socii alia die celebrantur, juxta Rubricas, sub ritu, quo in Calendario inscribuntur.

13. De Octavis, quae non sunt in Breviario Romano, nihil fit amplius a Feria IV. Cinerum usque ad Dominicam in Albis, a Vigilia Pentecostes usque ad Festum SS. Trinitatis, et a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam, semper inclusive.

14. Quando Nativitas S. Joannis Baptistae die 28 Junii obveniat, in Sabbato praecedenti simul occurrunt Vigiliae tum ejusdem S. Praecursoris, tum Ss. Apostolorum Petri et Pauli; in casu, fit Officium de prima, sine commemoratione de alia.

15. De Feriis Adventus et Quadragesimae, si de eis non fiat Officium, fit semper commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus cujuscumque Festi: de Feriis Quatuor Temporum et II. Rogationum, ac de Vigiliis, in Laudibus tantum. Si vero aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, vel in Duplici I. classis, de ea non fit commemoratio neque in Laudibus.

Expungatur integrum Psalterium, eique substituatur Ordinarium *et* Novum Psalterium.

In Proprio de Tempore Breviarii.

Post Festum Ss. Innocentium, suppressis Rubricis quae nunc habentur, ponantur sequentes:

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang. et Ss. Innocentium venerit in Dominica, ip'sa die nihil fit de Dominica, sed die proxima post Festum S. Thomae Mart. fit de ea, ut infra.

Si Festum Sancti Thomae venerit in Dominica, tunc in II. Vesp. Ss. Innocentium fit comm. Dom. (Ant. *Dum medium,* **f.** *Verbum caro.* Oratio *Omnipotens* ut infra), deinde S. Thomae et trium Octavarum. Ipsa vero die Dominica fit Officium de ea, ritu semiduplici, ut infra ponitur, et ad Laudes fit Comm. S. Thomae et quatuor Octavarum. In II. Vesp. fit Officium de Nativitate, ritu semiduplici, a capitulo de Dominica cum comm. sequentis diei infra Octavam Nativitatis (Ant. *Hodie.* **f.** *Notum.* Oratio *Concede),* S. Thomae et trium Octavarum. Die vero 30 Decembris

fit Officium de die infra Oct. Nativitatis, ritu semiduplici, ut infra, cum commemoratione trium Octavarum; et IL Vesperae dicuntur, ritu duplici, de Nativitate, a capitulo de S. Silvestro cum commemoratione quatuor Octavarum.

Si vero Dominica venerit die 30 Decembris, in Sabbato dicuntur Vesperae de Nativitate, ritu semiduplici, a capitulo de Dominica cum commemoratione S. Thomae et quatuor Octavarum. Ipsa vero die Dominica fit Officium de ea, ritu semiduplici, et ad Laudes fit commemoratio quatuor Octavarum. In II. autem Vesperis fit Officium de Nativitate, ritu semiduplici, a capitulo de Dominica cum commemoratione sequentis Festi S. Silvestri et quatuor Octavarum.

Si denique Dominica venerit in Festo S. Silvestri, in II. Vesp. S. Thomae fit comm. seq. diei infra Oct. Nativitatis et aliarum Octavarum. Die 30 Decembris fit Officium de die infra Oct. Nativ., ut infra, et in IL Vesp. fit Officium de Nativitate, ritu semiduplici, a capitulo de Dominica; deinde fit comm. diei infra Octav. Nativitatis, S. Silvestri et aliarum Octavarum. Die vero 31 Decembris fit Officium de Dominica, ritu semiduplici, ut infra: ad Laudes fit comm. S. Silvestri et quatuor Octavarum : et II. Vesp. fiunt de Circumcisione Domini cum comm. Dominicae tantum.

Deinde ponitur:

DOMINICA INFRA OCTAVA NATIVITATIS.

In I. Vesperis: Capitulum *Fratres, quanto tempore,* etc. - Hymnus *Jesu, Redemptor,* ut supra. - **f.** *Verbum caro,* etc. - Ad Magnificat Ant. *Dum medium,* etc. - Oratio *Omnipotens.* - Postea fit comm. Octavarum.

Deinde omnia ut in Breviario usque ad II. Vesp. inclusive.

Postea ponitur:

DIE 29 DECEMBRIS.

In Festo S. Thomae Episc. Mart. *Duplex.*

Oratio *Deus pro cujus,* etc.

In I Nocturno: Lectiones *A Mileto.*

In II Nocturno: *Thomas,* etc. *(ut in Breviario).*

In III. Nocturno: ***TJì*** *in Breviario.*

Ad Laudes: Capitulum *Beatus vir* etc. - Hymnus: *Invicte Martyr, unicum.* - **f.** *Iustus ut palma,* etc. - Ad Benedictus Ant. *Qui odit animam suam* etc. - Oratio *Deus pro cujus* ut supra.

Postea fit comm. Octavarum.

Ad Horas: Capitula et RJRJ. sumuntur de Comm. unius Martyris

Ad Vesperas: Ant. et Psalmi de Nativitate, Capitulum, ut supra ad Laudes. - Hymnus: *Deus tuorum militum.* - **f.** *Iustus ut palma* etc. - Ad

Magnificat ant. *Qui vult venire* etc. - Oratio *Deus pro cujus* ut supra. Deinde fit com. sequentis diei infra Oct. Nativitatis: Ant. *Hodie* etc. **f.** *Notum* etc. Oratio *Concede* etc. - Postea fit com. aliarum Octavarum.

DIE 30 DECEMBRIS.

De VI. Die infra Oct. Nativitatis. *Semiduplex.*

Omnia dicuntur ut in Festo Nativitatis, praeter **RTR**[. quae sumuntur de Dominica et Lectiones III. Nocturni, ut infra: *Lectio sancti Evangelii* etc. *(ut in Breviario).*

Ad Laudes fit commemoratio de aliis Octavis.

Ad Vesperas: Ant. et Psal. de Nativitate. - Capitulum *Ecce Sacerdos* etc. - Hymnus *Iste Confessor.* - *f. Amavit.* - Ad Magnificat Ant. *Sacerdos et Pontifex.* - Oratio *Da quaesumus.* - Deinde fit comm. praecedentis diei infra Octav. Nativitatis. Ant. *Hodie.* **f.** *Notum.* Oratio *Concede.* - Postea fit comm. aliarum Octavarum;

DIE 31 DECEMBRIS.

In Festo S. Silvestri I. Papae Confessoris. *Duplex.*

Oratio *Da quaesumus.* - In I. Nocturno *(ut in Breviario).* - In II. Nocturno *(ut in Breviario).* - In III. Nocturno Homilia in Evang. *Sint lumbi* de comm. Conf. non Pont. cum **Rjjñf.** de Comm. Conf. Pont.

Ad Laudes: Capitulum *Ecce sacerdos magnus* etc. - Hymnus *Jesu Redemptor omnium.* - **f.** *Justus* etc. - Ad Benedictus Ant. *Euge, serve bone* etc. - Oratio *Da quaesumus* etc. - Postea fit comm. Octavarum.

Ad Horas: Capitula et **R/RT**. sumuntur de Comm. Conf. Pont.

Vesperae dicuntur de Circumcisione Domini, sine commemoratione S. Silvestri et Octavarum.

Post Festum Circumcisionis ponatur haec Rubrica: Si in die Circumcisionis, aut in sequentibus, usque ad Epiphaniam inclusive, Dominica occurrerit, de ea nihil fit.

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIAE.

In II. Vesperis, pro comm. Octavae loco Ant. Tribus miraculis, *ponatur Ant.* Magi videntes.

In die Octava Epiphaniae. Dupl. majus.

Ad Laudes Dominicae Sexagesimae, loco quintae Antiphonae In tympano, *substituatur sequens: In* excelsis* laudate Deum.

Ad Laudes Dominicae tertiae Quadragesimae, loco Antiphonae tertiae Deus misereatur, *substituatur sequens:* Adhaesit anima mea * post te, Deus meus.

Ad Laudes Dominicae IV. Quadragesimae, loco Antiphonae tertiae Benedicat nos Deus, *substituatur sequens:* Me suscepit* dextera tua, Domine.

Ad Laudes Feriae IV. Majoris Hebdomadae, loco Antiphonae tertiae Ipsi vero, *substituatur sequens:* Tu autem, Domine,* scis omne consilium eorum adversum me in mortem.

Item loco Antiphonae quintae Alliga Domine, *substituatur sequens:* Fac, Domine, * Judicium injuriam patientibus: et vias peccatorum disperde.

Ad Laudes Feriae V. in Coena Domini, Feriae VI. in Parasceve et Sabbati Sancti ponantur Psalmi de Feria currenti, retento pro Sabbato Cantico Ego dixi *etc.*

In fine Feriae V. in Coena Domini Rubrica Ad Completorium *etc. sic corrigatur:* Ad Completorium non dicitur... incipitur a Psalmo *Cum invocarem:* et dicuntur Psalmi de Dominica, ut in Psalterio. Dictis Psalmis *etc.*

Ad Completorium Sabbati Sancti verba Rubricae: Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi consueti, *sic corrigantur:* Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi de Dominica.

Post Laudes Dominicae Resurrectionis Rubrica Ad Primam *etc. sic corrigatur:* Ad Primam, Tertiam, Sextam... dicuntur Psalmi de Dominica, ad Primam tamen ut in Festis, quibus finitis *etc.*

Ad Completorium Dominicae Resurrectionis, Rubrica Dicto **f.** *etc. sic corrigatur:* Dicto **f.** dicuntur Psalmi de Dominica... quibus finitis *etc.*

DOMINICA IN ALBIS IN OCTAVA PASCHAE. *Duplex majus.*

Ad Laudes suppressis Antiphonis et Psalmis usque ad Capitulum, dicatur: Omnia ut in Psalterio.

FERIA IL POST DOMINICAM IN ALBIS.

Ad Laudes supprimatur Rubrica, quae incipit: Postea fit commemoratio, *usque ad* **f.** et Oratio, ut supra *inclusive.*

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

In fine addatur: Si vero in crastinum fiat Officium de Octava, Ant. et **f.** sumuntur e I. Vesperis festi.

In Octava Ascensionis. Duplex maius.

In Festo SS. Trinitatis addatur: Duplex I. classis.

In fine Feriae IV. post Oct. Pentecostes sic corrigantur Rubricae:

B'eria V. celebratur Commemoratio solemnis Sanctissimi Corporis D. N. J. C.

Infra Octavam non fit de Festo, nisi fuerit Duplex 1. classis: reliqua Festa vel transferuntur post Octavam, vel commemorantur juxta Rubricas, in Vesperis et Laudibus, sine IX. lectione.

Die vero Octava non fit nisi de Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, si occurrat, cum commemoratione ejusdem diei Octavae.

IN COMMEMORATIONE SOLEMNI SANCTISSIMI CORPORIS D. N. J. C. *Duplex I. classis cum Octava.*

DOMINICA INFRA OCTAVAM CORPORIS CHRISTI.

In II. Vesperis, pro commemoratione Octavae ponantur Antiphona et f. e *I. Vesp. Festi.*

In fine Feriae IV. infra Octavam Corporis Christi sic corrigatur Rubrica:

Ad Vesperas, omnia ut in I. Vesperis Festi. Si sequenti die aliud Festum occurrat, vel transferatur vel commemoretur juxta Rubricas, nisi sit Festum SS. Apostolorum Petri et Pauli, quod celebratur, cum commemoratione Octavae.

FERIA V.

Octava Corporis Christi. *Duplex majus.*

In fine ponatur haec Rubrica:

Sequenti die celebratur Festum Sacratissimi Cordis Jesu, de quo nulla fit commemoratio in II. Vesperis diei Octavae SS. Corporis Christi.

Si autem hodie celebratum sit Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli cum commemoratione Octavae SS. Corporis Christi, in IL Vesperis Ss. Apostolorum fit tantum commemoratio de sequenti Festo Sacratissimi Cordis Jesu.

In proprio Sanctorum Breviarii.

DIE 14 DECEMBRIS.

Ad Vesperas supprimatur Rubrica quae incipit: Si dies Octava.

DIE 15 DECEMBRIS.

In Octava Immaculatae Conceptionis B, M. V. *Dupl. majus.*

DIE 19 MARTII.

IN COMMEMORATIONE SOLEMNI S. JOSEPH SPONSI B. M. V. CONFESSORIS. *Duplex I. classis.*

In fine mensis Aprilis:

DOMINICA III. POST PASCHA.

IN SOLEMNITATE S. JOSEPH SPONSI B. M. V. et Ecclesiae Universalis Patroni, Confessoris. *Dupl. I. classis cum Octava.*

In fine Officii supprimatur Rubrica Si hoc Festum celebretur *etc.*

FERIA II. INFRA OCTAVAM SOLEMNITATIS S. JOSEPH.

Omnia ut in Festo praeter sequentia: In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente. In II. Nocturno *De sermone S. Bernardini Senensis* etc. *(Ut in Octavario Romano pro Octava Patrocinii S. Joseph).*

Et sic in sequentibus Feriis III. IV. V. VI. et Sabbato, adhibitis pro ***Sabbato*** *Lectionibus, quae in Octavario habentur pro die Octava.*

Lectiones III. Nocturni Sabbati ita dividantur :

Lectio VII. *Natalis hodie... filium protestatur.*

Lectio VIII. *Honoratior..... et ipse f aber.*

Lectio IX. *Ipse enim..... deputetur.*

Similiter in lectionibus IV. et VII. ejusdem Sabbati sequentes fiant correctiones :

In Lectione IV. pro verbis: pater ejus, utrumque mente, non carne, *ponatur:* pater ejus, sicut conjux matris ejus, utrumque mente, non carne.

In Lectione VII. pro verbis: in hac se Pater, qui credebatur, insinuât, *ponatur :* in hac se Pater, qui non credebatur, insinuât.

Post Sabbatum infra Octavam Solemnitatis S. Joseph, ponatur sequens Rubrica:

Vesperae dicuntur de sequenti Dominica et in eis fit commemoratio praecedentis diei VII. infra Octavam, cum Ant. et f. de II. Vesp. Festi : si autem in Sabbato factum fuerit Officium de aliquo festo IX. Lectionum, fit com. diei Octavae cum Ant. et f. e I. Vesp. Festi.

Sequenti die fit de Dominica IV. post Pascha, nisi occurrat Festum Domini, aut Duplex I. aut II. classis, cum commemoratione diei Octavae in Laud. et II. Vesperis.

IN FESTO SS. CORDIS JESU.

Prima Rubrica sic corrigatur: Vesperae dicuntur de Octava SSmi Corporis Christi sine ulla commemoratione. Si autem praecedenti Feria V.

occurrerit Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli, in II. Vesperis Ss. Apostolorum fit commemoratio de Festo Sacratissimi Cordis Jesu: Ant. *Improperium. ~§. Ignem veni.* Oratio. *Concede, quaesumus.*

Sed si Officium, *etc.*

In eodem Festo Lectiones II. Nocturni, quae nunc inscribuntur : Sermo S. Bernardi Abbatis, *amodo inscribantur:* Sermo S. Bonaventurae Episcopi.

Post diem 21 Junii sequentia inserantur:

SABBATO ANTE DOM. IV. JUNII.

In Vigilia S. Joannis Baptistae.

Hic inserantur quae posita sunt die 23 Junii, dempta ultima Rubrica Si sequenti die, *etc., cujus loco ponatur sequens:*

Si haec Vigilia occurrat eadem die cum Vigilia anticipata Ss. Apostolorum Petri et Pauli, totum Officium fit de Vigilia S. Joannis sine commemoratione alterius Vigiliae, nisi in Missa.

DOMINICA IV. JUNII.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE. *Dupl. L class, cum Octava.*

Hic inseratur Officium, ut habetur in Breviario die 24 Junii.

Post I. Vesperas addatur sequens Rubrica: Et fit commemoratio Dominicae occurrentis.

Supprimatur deinde Lectio IX., et ponatur haec Rubrica: Lectio IX. de homilia Dominicae occurrentis.

In fine Laudum addatur: Et fit commemoratio Dominicae occurrentis.

In II. Vesperis, in fine, supprimatur: Et fit commemoratio sequentis., *et ponatur:* et fit commemoratio Dominicae occurrentis.

PRIMA DIE LIBERA INFRA OCTAVAM S. JOANNIS BAPTISTAE.

Omnia ut in Festo praeter sequentia:

In I. Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente. In II. Nocturno *Sermo S. Augustini Episcopi. Natalem... (ut in antiquis Breviariis die 25 Junii).*

In III. Nocturno: *Lectio S. Evangelii,* etc. *De Homilia S. Ambrosii Episcopi. Joannes est... (ut in Breviario die 1 Julii)..*

SECUNDA DIE LIBERA INFRA OCTAVAM S. JOANNIS BAPTISTAE.

Omnia ut in Festo, praeter sequentia:

In I. Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno : *Sermo Sancti Basilii Magni. Vox Domini... (ut in Breviario die 27 Junii).*

In III. Nocturno: *Lectio Sancti Evangelii,* etc. *De Homilia S. Ambrosii Episcopi. Et Zacharias... (ut in Breviario die 27 Junii).*

TERTIA DIE LIBERA INFRA OCTAVAM S. JOANNIS BAPTISTAE.

Omnia ut in Festo, praeter sequentia:

In I. Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In IL Nocturno: *Sermo S. Maximi Episcopi. Festivitatem... (ut in Breviario die 1 Julii).*

In III. Nocturno:

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII. (Cap. I.)

Elisabeth impletum est tempus pariendi, et peperit filium. Et audierunt vicini, et cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedae Presbyteri.

(In Nativit. Sancti Joannis).

Praecursoris Domini nativitas, sicut sacratissima lectionis evangelicae prodit historia, multa miraculorum sublimitate refulget: quia nimirum decebat ut ille, quo major inter natos mulierum nemo surrexit, majore prae ceteris sanctis in ipso mox ortu virtutum jubare claresceret. Senes ac diu infecundi parentes dono nobilissimae prolis exultant, ipsi patri, quem incredulitas mutum reddiderat, ad salutandum novae praeconem gratiae os et lingua reseratur. Nec solum facultas Deum benedicendi restituitur, sed de eo etiam prophetandi virtus augetur.

Lectio VIII.

Unde merito sancta per orbem Ecclesia, quae tot beatorum martyrum victorias, quibus ingressum regni coelestis meruere, frequentat, hujus tantummodo post Dominum etiam nativitatis diem celebrare consuevit. Quod nullatenus sine evangelica auctoritate in consuetudinem venisse credendum est: sed attentius animo recondendum quia sicut, nato Domino, pastoribus apparens angelus ait : Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus : ita etiam angelus nasciturum Zachariae praedicans Joannem : Et erit, inquit, gaudium tibi et exultatio, et multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino.

Lectio IX.

Jure igitur utriusque nativitas festa devotione celebratur, sed in illius tanquam in Christi Domini, tanquam in Salvatoris mundi, tanquam in

Filii Dei omnipotentis, tanquam in solis iustitiae nativitate, omni populo gaudium evangelizatur. In hujus autem tanquam in praecursoris Domini, in servi Dei eximii, in lucernae ardentis et lucentis exortu multi gavisuri memorantur. Hic in spiritu et virtute Fliae praecessit ante illum, ut plebem ejus aqua baptizans ad suscipiendum eum, ubi appareret, doceret esse perfectam.

Si aliqua dies infra Octavam Nativitatis S. Joannis occurrat cum die infra Octavam Ss. Apostolorum Petri et Pauli, fit Officium de prima cum commemoratione alterius.

In die Octava Nativitatis S. Joannis Baptistae fit Officium de Dominica, nisi occurrat Festum Domini, aut Duplex I. vel II. Classis cum commemoratione diei Octavae.

Si dies Octava Nativitatis S. Joannis occurrat cum Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, de ea nihil fit.

Omnia, quae habentur in Breviario diebus 23 et 2á Junii, supprimantur omnino.

DIE 25 JUNII.

Supprimatur Rubrica, quae incipit: In Laud. fit commemoratio.

In ultima Rubrica, quae incipit: Vesp. a Capit., *supprimantur verba:* et Oct. S. Joannis.

DIE 26 JUNII.

In I. Vesperis supprimatur Rubrica Deinde Oct. S. Joannis, *etc.*

Ad Laudes supprimantur verba: et per horas.

In fine laudum supprimatur Rubrica Deinde fit comm., *etc.*

In II. Vesperis supprimatur Rubrica Deinde fit commem., *etc.*

Omnia quae habentur in Breviario die 27 Junii, supprimantur omnino.

DIE 28 JUNII.

Supprimatur Rubrica Si hoc festum,, *etc. et ejus loco ponatur sequens:* Si hoc Festum venerit in Dominica, fit de Nativitate S. Joannis Baptistae cum commemoratione Dominicae, et nihil fit de S. Leone. In Sabbato praecedenti fit de Vigilia Nativitatis S. Joannis, et nihil fit de Vigilia anticipata Ss. Apostolorum Petri et Pauli, nisi in Missa.

Post Orationem supprimatur Rubrica Et fit comm., *etc.*

In Laudibus supprimatur Rubrica In Laud. fit comm., *etc.*

DIE 29 JUNII.

In I. Vesp. in Rubrìca Et non fit, eie. *supprimantur ultima verba:* nec Octavae S. Joannis.

In II. Vesp. in Bubrica Et non fit, *etc. supprimantur ultima verba:* nec Octavae S. Joannis,

In penultima Rubrica Deinde fit, *etc.,- supprimantur verba:* Et non fit comm. Oct. S. Joannis, neque in Laud.

Ultima Rubrica sic corrigatur: Si Commemoratio S. Pauli alicubi alia die celebretur, totum Officium fit ut in propria Ecclesia.

DIE 30 JUNII.

Ad Laudes supprimatur Rubrica Deinde Octavae S. Joannis.

In II. Vesperis in Rubrica Vesperae integrae *etc., supprimantur ultima verba:* et Oct. S. Joannis ut in I. Vesp. Festi.

In principio Julii supprimatur Rubrica Prima die *etc.*

In Festo Pretiosissimi Sanguinis supprimatur Rubrica, quae incipit: Si hodie occurrat.

Post festum Pretiosissimi Sanguinis ponatur:

INFRA OCTAVAM SS. PETRI ET PAULI.

Hic inserantur omnia quae habentur in Breviario post festum Visitationis B. M. V.

DIE 1 JULII.

Supprimantur omnino quae nunc habentur in Breviario, et eorum loco ponatur:

TERTIA DIE INFRA OCTAVAM SS. PETRI ET PAULI.

In I. Nocturno: Lectiones de Scriptura occurrente.

In IL Nocturno: *Sermo S. Maximi Episcopi. Non sine causa... (ut in antiquis Breviar-iis die 5 Julii).*

In III. Nocturno : Homilia in Evang. *Ecce nos reliquimus,* de Comm. Apost. 1 loco.

DIE 6 JULIT.

Iii Octava Ss. Petri et Pauli. *Duplex Majus.*

DIE 5 AUGUSTI.

Ultima Rubrica sic corrigatur: Vesp. de sequenti cum commem. praecedentis.

DIE 6 AUGUSTI.

IN TRANSFIGURATIONS D. N. I. C. *Duplex II. classis.*

In I. Vesp» supprimatur Rubrica Deinde Ss. Xysti IL Papae, Felicissimi et Agapiti Mm. etc.

DIE 22 AUGUSTI.

In Octava Assumptionis B. M. V. *Duplex Majus.*

Dominica infra Oct. Nativitatis B. M. V. supprimantur omnia quae habentur in Breviario.

DIE 11 SEPTEMBRIS.

In fine hujus diei addatur: Vesp. de sequenti Festo, sine comm. Oct. Nativitatis B. M. V.

DIE 12 SEPTEMBRIS.

Supprimantur omnia quae habentur in Breviario, et ponantur se^ quentia :

SS. NOMINIS B. M. V. *Duplex majus.*

Omnia ut in Festis B. M. V. per annum, praeter sequentia:

Hic inserantur omnia quae in Breviario habentur Dominica infra Octava Nativ., suppressa tamen in I. Vesp. Bubrica Et fit Comm. Dom. occurrentis.

In fine VI. Lectionis supprimantur verba: Dominica infra Octavam Nativitatis Beatae Virginis Mariae.

Post VIII. Lectionem addatur :

Lectio IX.

Beata quae *(ut in Decreto S. R. O. 10 Novembris 1909).*

Supprimantur duae ultimae Rubricae et eorum loco ponatur sequens: In II. Vesp. non fit comm. seq. diei infra Oct.

DIE 1 NOVEMBRIS.

Supprimantur duae ultimae Rubricae Dicto etc., *et* Si prima dies *etc.*

DIE 2 NOVEMBRIS.

Supprimantur omnia quae habentur in Breviario, et eorum loco ponantur quae hac die habentur in Appendice novi Psalterii.

DIE 8 NOVEMBRIS.

In Octava omnium. Sanctorum *Duplex majus.*

Ultima Rubrica sic corrigatur: Vesp. de seq. cum Comm. praec.

DIE 9 NOVEMBRIS.

IN DEDICATIONE ARCHIBASILICAE SSMI SALVATORIS. *Duplex II. classis. In Vesp. supprimatur Rubrica* Deinde S. Theodori Mart.

In Communi Sanctorum et sequentibus partibus Breviarii.

In Communi unius Martyris *in III. Nocturno, in Lectione VIII. circa medium, loco verbi* Delectat, *substituatur:* Delectet.

In Communi unius Martyris, *posita quarto loco Homilia in Evang.* Nihil est opertum, *ponatur, tertio loco Homilia in Evang.* Nolite arbitrari, *quae incipit:* Quae ista divisio est? *ut in Octavario Romano.*

In Octava Dedicationis Ecclesiae. *Duplex majus.*

In Officio B. Mariae V. in **Sabbato,** *in Vesperis, expungatur Rubrica :* Post Orationem fiunt *etc. et ponatur sequens:*

Post Orationem fit Suffragium, ut sequitur:

De omnibus Sanctis.

Ant. *Sancti omnes intercedant pro nobis ad Dominum,*
f. *Mirificavit Dominus Sanctos suos.*
p|. *Et exaudivit eos clamantes ad se.*

Oremus. Oratio.

A cunctis nos, quaesumus, Domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beato Joseph, cum beatis Apostolis tuis etc.

Tempore autem Paschali, loco praecedentis Suffragii, fit commemoratio de Cruce, ut in Ordinario.

Si autem occurrat Festum simplex, de eo fit comm. ante ipsum Suffragium.

Ad Laudes, suppressis verbis Ad Laudes et per Horas: Omnia ut in Festis B. M. V. praeter sequentia, *eorum loco ponatur:* Ad Laudes Antiphonae cum Psalmis de Sabbato, ut in Psalterio: Capitulum et Hymnus, ut in Festis B. M. V. per annum.

In fine Laudum, suppressa Rubrica Deinde fiunt,*ponatur:* Deinde fit Suffragium, ut supra ad Vesperas.

Post Rubricam pro Tempore Paschali, *supprimatur verba* Non fiunt commemorationes *etc.*

Deinde supprimitur Titulus Ad Vesperas, *cum duabus subsequentibus Rubricis.*

In Officio parvo B. M. V. *omittatur prima Rubrica. - Ad Laudes post primam Antiphonam dicatur:* Ps. *Dominus regnavit,* cum reliquis de Dominica.

In Officio defunctorum *omittatur prima Rubrica. Ad Laudes tertius Psalmus* Deus Deus meus, *psalmo* Deus misereatur *omisso. Quintus Psalmus* Laudate Dominum in Sanctis ejus etc., *aliis duobus omissis.*

In Psalmis Gradualibus *supprimatur prima Rubrica.*

In Septem Psalmis Poenitentialibus *supprimantur duae primae Rubricae.*

Officia Votiva per annum *supprimantur omnino.*

IN MISSALI.

In Principio Missalis.

Post Bullas Pii V, Clementis VIII et Urbani VIII inseratur Bulla Divino afflatu *SSmi D. N. Pii Papae X.*

Kalendarium Missalis.

Idem sit ac Kalendarium Breviarii, additis in singulis Festis ritus duplicis II. classis, quoties occurrit comm. simplicis, verbis: in missis privatis tantum. /

Post Rubricas Generales inserantur Tit. X., XII. et XIII. Novarum Rubricarum.

In proprio de Tempore Missalis.

IN FESTO SS. INNOCENTIUM.

Post Missam ponatur sequens Rubrica :

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S Joannis Evang. et Ss. Innocentium venerit in Dominica, ips,a die nihil fit de Dominica, sed die proxima post Festum S. Thomae Mart. dicitur Missa de Dominica ut infra.

Si Festum S. Thomae venerit in Dominica, Missa dicitur de Dominica cum commemoratione S. Thomae et quatuor Octavarum. Similiter si Festum S. Silvestri in Dominica occurrerit, Missa dicitur de Dominica cum commemoratione S. Silvestri et quatuor Octavarum. Die vero 30 Decembris, si occurrerit in Feria II. vel. in Sabbato, dicitur Missa de die infra Octavam Nativitatis, ut infra, cum commemoratione aliarum Octavarum.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Ut in Missali, additis commemorationïbus de Nativitate, S. Stephano S. Joanne et Ss. Innocentiam.

DIE °29 DECEMBRIS.

SANCTI THOMAE EPISC. MART.

Ut in Missali, demptis commemorationïbus, et addita Rubrica: Et fit comm. de Nativitate, de S. Stephano, de S. Joanne et de Ss. Innocentibus, ut in Missa praecedenti.

In fine Missae deleantur Rubricae, quae nunc habentur in Missali.

DIE 30 DECEMBRIS.

Ut in Missali, dempta Rubrica Si Festum S. Silvestri, *etc.*

IN COMMEMORATIONE SOLEMNI SANCTISSIMI CORPORIS D. N. J. C.

In fine Missae prima Rubrica sic corrigatur: Infra Octavam dicitur haec eadem Missa, et non fit de aliquo Festo, nisi fuerit duplex I. classis occurrens, et tunc cum commemoratione Octavae. In die Octava non fit nisi de Festo Ss. Apóstol. Petri et Pauli, si occurrat, cum comm. Octavae.

In proprio Sanctorum Missalis.

DIE 19 MARTII.

IN COMMEMORATIONE SOLEMNI S. JOSEPH, Sponsi B. M. V., Confessoris.

In fine mensis Aprilis:

DOMINICA III. POST PASCHA.

IN SOLEMNITATE S. JOSEPH SPONSI B. M. V. et Ecclesiae Universalis Patroni, Confessoris.

Ante Evangelium addantur sequentia:

In Missis Votivis post Pentecostem Ps. *°20. Domine praevenisti* etc. *(ut habetur in fine Missae).*

In Missis Votivis post Septuagesimam Graduale dicitur ut supra post Pentecosten, omissis Alleluia et **f.** seq. et dicitur Tractus. Ps. III. *Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.*

f. *Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.*

"f. *Gloriae et divitiae in domo ejus : et justitia ejus manet in saeculum saeculi.*

Supprimatur ultima Rubrica Si Festum *etc. usque ad finem, et ponatur sequens:*

Infra Octavam dicitur Missa ut in Festo: post Orationem diei dicitur secunda Oratio *Concede nos,* tertia *Ecclesiae* vel *Deus omnium fidelium.*

In die Octava dicitur Missa de Dominica IV. post Pascha, nisi occurrat Festum Domini, aut Duplex I. aut II. classis, cum commemoratione Octavae, ut in Festo.

Post diem 21 Junii sequentia inserantur:

SABBATO ANTE DOM. IV. JUNII.

Hic inseratur Missa, quae habetur die 23 Junii, et in fine addatur haec Rubrica:

Si haec Vigilia occurrat eadem die cum Vigilia anticipata Ss. Apostolorum Petri et Pauli, dicitur Missa ut supra cum secunda oratione ex Missa Vigiliae Ss. Apostolorum et tertia de S. Maria; et in fine Missae dicitur Evang. S. Joannis: *In principio.*

DOMINICA IV. JUNII.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE.

Hic ponatur Missa, quae habetur die 2é Junii.

Post Orationem, et post Secretam addatur: Et fit commemoratio Dominicae occurrentis.

Post Evangelium addatur: Dicitur Credo ratione Dominicae.

Post Postcommunionem addatur: Et fit commemoratio Dominicae occurrentis et legitur ejus Evangelium in fine Missae.

Suppressa ultima Rubrica, addatur: Infra Octavam dicitur Missa ut in Festo cum secunda Oratione *Concede,* tertia *Ecclesiae* vel pro Papa; et non dicitur Credo, nisi in Ecclesia propria, vel nisi venerit infra Oct. Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Si dies Octava venerit in Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, nihil fit de Octava. Si autem occurrerit die 30 Junii, Missa dicitur de Dominica, cum commemoratione diei Octavae; deinde fit commemoratio tum S. Pauli Ap. tum S. Petri Ap. Si vero occurrerit Dominica I. Julii, Missa dicitur de Pretiosissimo Sanguine D. N. J. C. vel de Visitatione B. M. V., juxta Rubricas, cum com. Dom. et Octavae S. Joannis.

Omnia quae habentur in Missali diebus 23 et 2á Junii supprimantur omnino.

DIE 25'JUNII.

Supprimatur Rubrica et fit com. Oct. *etc.*

DIE 26 JUNII.

Supprimantur Rubricae respicientes com. Oct. S. Joannis.

Ante Diem 28 Junii sic corrigenda Rubrica:

Si sequens Festum S. Leonis venerit in Dominica, Missa dicitur de Festo Nativitatis S. Joannis Baptistae cum comm. Dominicae, et nihil fit de S. Leone. In Sabbato praecedenti fit de Vigilia Nativitatis S. Joannis cum comm. Vigiliae Ss. Apostolorum Petri et Pauli, et tertia oratione de S. Maria, et in fine legitur Evang. S. Joannis *In principio.*

DIE 28 JUNII.

Supprimantur Rubricae respicientes com. Octavae S. Joannis.

In fine Missae Vigiliae Apostolorum addatur haec Rubrica:

Si haec Vigilia in Sabbato anticipanda sit, ideoque occurrat eodem die cum Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistae; de hac secunda dicitur Missa, cum comm. Vigiliae Ss. Apóstol, et tertia Oratione de S. Maria et Evang. S. Joannis in fine.

DIE 30 JUNII.

Supprimantur Rubricae respicientes Oct. S. Joannis Baptistae.

Supprimantur omnia quae nunc habentur in Missali die 1 Julii, et ponantur sequentia:

DIE I. III. et IV. JULII.

Infra Octavam Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Hic ponatur Missa, quae habetur die 3 Julii.

Die 3 Julii supprimatur Missa quae nunc habetur in Missali.

DIE 6 AUGUSTI.

Post Orationem sic corrigatur Rubrica: In Missis privatis tantum fit com. Ss. Mm. Xysti, Felicissimi et Agapiti.

Dominica infra Octav. Nativitatis B. M. V. supprimantur omnia quae habentur in Missali.

DIE 12 SEPTEMBRIS.

In Festo Sanctissimi Nominis B. M. V.

Hic ponatur Missa quae habetur Dom. infra Oct. Nativitatis, demptis Rubricis respicientibus commemorationem Dominicae.

DIE 2 NOVEMBRIS.

Retenta prima Rubrica, loco secundae et tertiae ponatur sequens: Si autem hac die 2 Novembris occurrat Duplex I. classis aut Dominica,

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum in diem immediate sequentem, similiter non impeditam, transfertur, seu reponitur.

DIE 9 NOVEMBRIS.

Rubrica respiciens com. S. Theodori sic corrigatur: Pro com. S. Theodori, Mart. in Missis privatis tantum.

Missae Votivae per annum *supprimantur omnino.*

Quae omnia SSmo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Secretarium relata, Sanctitas Sua dignata est rata habere et adprobare, simul iniungens, ut in Missalibus et Breviariis iam editis, quae venalia apud typographos prostant, adiiciatur fasciculus Rubricas adaptatas ut supra continens.

Die 23 Ianuarii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praef.*

L. £8 S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secret*

IL

ROMANA ET ALIARUM.

CIRCA DOXOLOGIAM, f. PRIMAE, ET PRAEFATIONEM PROPRIAM IN OCCURRENTIA FESTORUM B. M. V. AD INSTAR SIMPLICIS REDACTORUM.

Quum ex Constitutione Apostolica « Divino afflatu » SSmi Dñi Nostri Pii Papae X, diei *i* Novembris 1911, Festum B.M.V, ritus duplicis maioris, aut dies Octava eiusdem Deiparae, si in Dominicam occurrant, amodo simplificari debeant; Sacrae Rituum Congregationi insequentia dubia proposita fuerunt, nimirum:

I. An in praedictu casu conclusiones Hymnorum et versus Responsorii brevis ad Primam esse debeant de ipsa Beata Maria Virgine?

II. Quae Praefatio in casu dicenda sit in Missa?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, re mature perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative, nisi dicenda sit propria Temporis, et exceptis Dominicis Adventus.

Ad II. Praefatio Trinitatis, nisi occurrat Praefatio de Tempore aut alicuius Octavae Domini, iuxta Novas Rubricas, tit. X, n. 4

Atque ita rescripsit die 30 Decembris 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectuß.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

DECRETUM

DE FESTIS RITUS DUPLICIS MAIORIS OCTAVA CONDECORATIS.

Quaedam Festa, quamvis perpauca, ritus Duplicis Maioris, pro aliqua particulari Ecclesia, transactis temporibus, Octava decorata fuerunt. Quum autem harum Octavarum celebratio novissimis Sanctae Sedis dispositionibus minime congruat, Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, statuit et decrevit: Festa ritus duplicis maioris Octava gaudere nequeunt; et si quae huiusmodi Octavae iam concessae inveniantur, amodo declarantur suppressae. Atque ita servari praecepit die 30 Decembris 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ffi S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IV.

DECRETUM

DE NOVI PSALTERII EDENDI FACULTATE AB EPISCOPIS NON CONCEDENDA.

Cum nuper nonnulli Rmi locorum Ordinarii Sacram Rituum Congregationem interrogaverint utrum sibi liceat facultatem concedere Typographus respectivae Dioecesis imprimendi « Psalterium Breviarii Romani cum Ordinario Divini Officii jussu SS. D. N. Pii PP. X novo ordine per hebdomadam dispositum et editum » necne ; Sacra ipsa Congregatio respondit: «Detur Decretum diei 15 Novembris 1911 in Editione typica Vaticana relatum ».

Tenor autem Decreti hic est:

« Praesentem Psalterii cum Ordinario Divini Officii editionem Vaticanam diligenter revisam et recognitam, ac juxta recentes Rubricarum immutationes, ad normam Constitutionis Apostolicae *«Divino afflatu»* SSmi D. N. Pii Pp. X, accuratissime dispositam, Sacra Rituum Congregatio typicam declaravit; statuitque, ut novae ejusdem Psalterii editiones huic in omnibus sint conformes, et non imprimantur* nisi a Typographis hujus Sacrae Congregationis, servatisque praescriptionibus ab hac Secretaria tradendis ».

Quod, non obstante Decreto diei 17 Maii 1911, ita servari mandavit.

Die 15 Ianuarii 1912.

L. sß s.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien.,
S. B. G. Secretarius.

V.

MONITUM.

Sacrae Rituum Congregationi visum est Rmos locorum Ordinarios certiores facere, eosque orare ut suis subditis notum faciant, nullius roboris esse *rescripta, responsa ad dubia, concessiones, declarationes cuiusque generis, privilegia, commentaria* nomine ipsius S. Congregationis evulgata, nisi, prout de iure, subsignata fuerint exclusive ab Eíño Cardinali ipsi S. Congregationi Praefecto una cum S. ipsius Congregationis Secretario vel eius Substituto, aut, in casu necessitatis, saltem ab Emo Praefecto, vel a Secretario aut eius Substituto : Item nil esse commune inter S. Rituum Congregationem et cuiuscumque generis ephemerides rem liturgicam pertractantes, cum Sacra ipsa Congregatio, quoties promulgatione opus sit, ea quae statuerit, in Commentario officiali *Acta Apostolicae Sedis* ad tramitem Constitut. Ap. « *Promulgandi pontificias* » inserenda curet.

Ex S. R. C. Secretaria, die 28 Ianuarii 1912.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MELEVITANA. *(Meliten.).*

OPTIONIS.

Pio Papa X. feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 12 Augusti 1911, BR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Antonius Perathoner, et Iosephus Alberti, Ponens, *Auditores de turno in causa* « Mele vi tana - Optionis » *inter Canonicum Michaelem Ciappara, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et Canonicum Alphridum Mifsud, repraesentatum per legitimos procuratores Sacerdotem Aloisium Lavitrano et Angelum D'Alessandri, advocatos, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Usque ab anno 1624 in Ecclesia Cathedrali Melevitana viget *ius optionis,* concessum ab Urbano VIII per Bullam, quae incipit « *Cum sicut* »; confirmatum vero ab eodem Pontifice per alteram Bullam an. 1638. Occasio, qua tale ius concederetur, fuit haec. Cum Episcopus Melevitanus animadverteret praebendas suae Ecclesiae Cathedralis in dies fieri deteriores, initis cum Capitulo consiliis, a Pontifice remedium tanto malo expostulavit. Pontifex precibus annuens, per praefatam Bullam concessit *ius optandi* praebendas pinguiores, determinans simul conditiones his verbis: « De caetero perpetuis futuris temporibus tam « dignitates, quam canonicatus et praebendas eiusdem Ecclesiae pro « tempore obtinentes, pinguiores praebendas, quotiescumque eas de « caetero vacare contigerit, optare, canonicatus vero et praebendas « obtinentes huiusmodi ad dignitates ascendere, easque similiter optare « libere et licite possint et valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium « concedimus et indulgemus. Decernentes eos ex dignitates ac canoni- « catus et praebendas praedictas obtinentibus huiusmodi, qui in eisdem « dignitatibus ac canonicatibus et praebendis per eos pro tempore obten- « tis, tam quoad illorum reditus, quam quoad fabricam, et alia huius- « modi, aliqua melioramenta in illorum utilitatem et commoditatem non « fecerint, optione et concessione et indulto nostris praescriptis frui ac « gaudere minime posse ». Tali privilegio semper usi sunt usque ad haec tempora Canonici Ecclesiae Melevitanae, ut patet ex Actibus Capitularibus eiusdem Ecclesiae. Attamen semel et iterum controversiae

inter optantes enatae sunt, sive ob non rectam Bullae Urbanianae interpretationem, sive attenta natura praebendarum recentioris erectionis, quae melioramenta, de quibus in praefata Bulla, admittere minus videntur. Hinc factum est ut etiam hisce postremis temporibus nova, haud levis, controversia exorta sit occasione vacationis praebendae « *S. Venerae* ». Praestat facta paullo ante resumere. Anno 1896 Canonicus Poenitentiarius Ioannes Ebeier optavit praebendam vacantem « *S. Venerae* », transferendo in ipsam, arbitrarie tamen, titulum et officium Poenitentiarii; atque praebenda Poenitentiaria vacans ab Episcopo Melevitano attributa fuit, citra concursum, Canonico Ciappara, qui illam acceptavit. Anno 1909 sub die 3 Februarii Canonicus Ebeier diem supremum obiit; consequenter praebenda « *S. Venerae*» iterum vacavit. Quatuor Canonici postularunt ut admitterentur ad optionem, scilicet: Grech, Formosa, Mifsud, et Ciappara. Capitulum, omnibus rite perpensis, praefatam praebendam adiudicavit Canonico Grech. Canonicus Ciappara putans Canonicum Grech iure optandi haud posse frui ob non servatas conditiones in Bulla Urbaniana statutas, obstitit, atque recursum habuit ad S. C. Concilii, quae iussit rem apud Curiam Melevitanam iudiciario ritu disceptari. Curia vero Melevitana per iudicem delegatum sententiam emanavit, vi cuius Canonico Grech ius optionis confirmavit sub die 20 Aprilis an. 1910. Huic sententiae non acquievit Canonicus Ciappara, et ad H. S. T. provocavit. At, vix interposita appellatione, Canonicus Grech mortuus est. Canonicus Ciappara S. C. Concilii iterum adiit, instans ut canonicatus « *S. Venerae* », adhuc vacans ob non secutam optionem Canonici Grech, sibi ex gratia conferretur. Sed S. C. Concilii preces Canonici Ciappara reiecit, et iussit renovari optionem. Cum Canonicus Formosa expresse fassus fuisset velle ab optione desistere, ex duobus qui supererant, Canonicus Mifsud a Capitulo delectus est. Canonicus Ciappara sibi persuasum habens Canonicum Mifsud per iniuriam ad praebendam « *S. Venerae* » a Capitulo fuisse iure optionis electum, ad S. Sedem recursum habuit; et Beatissimus Pater rem huic S. T. definiendam commisit.

Rite concinnato dubio, controversia proponitur dirimenda sub hac formula: « *An praebenda nuncupata* - S. VENERA - *Canonico Ciappara, « vel potius Canonico Mifsud, iure optionis, sit conferenda in casu?* »

Quod attinet ad ius. - Ius optionis definitur: ius quoddam, cuius vigore antiquiores Canonici gradatim, propria dimissa praebenda, aliam vacantem, quae reservata non sit, intra certum tempus eligere et consequi valent. Ex qua definitione, quae communis est inter Canonistas, apud S. C. Concilii, et etiam apud H. S. T., eruitur optionem non com-

petere ratione dignitatis, muneris ac meritorum; sed esse fructum possessionis et laboris debiti ratione longioris et antiquioris militiae. Cfr. Scarfantonius, *t. II, p. 147;* Moneta, *De optione, cap. I, n. 13 ;* Pitonius, *Discept. 10, num. 7, 12 et seqq.;* Aichner, *Comp. Iuris Eccles., edit. 11, pag. 299;* S. C. C, et S. Rota in *pluribus decisionibus.*

Privilegium optionis non est inductum per legis communis dispositionem, sed vel per statutum capitulare, vel per consuetudinem, vel etiam per pontificium indultum, quemadmodum in Ecclesia Cathedrali Melevitana factum est, scilicet per Bullam Urbani VIII, cuius verba superius relata sunt. Et quod attinet ad tenorem et vim privilegii per praefatam Bullam concessi, non est ambigendum veram esse interpretationem, quam hucusque recepit apud Capitulum eiusdem Ecclesiae, nempe ita debere intelligi, ut ius optionis spectet ad Canonicos *antiquiores,* exclusis tamen illis, qui aliqua saltem melioramenta in respectivis praebendis non fecerint. Quapropter, iuxta Bullam Urbanianam, non qui potiora melioramenta fecit, sed qui antianitate praestat in servitio chorali, dummodo tamen aliqua melioramenta in propriam praebendam induxerit, ius habet optandi. Et hanc esse genuinam Bullae Urbanianae interpretationem agnovit etiam S. C. Concilii, quae sub die 7 Augusti an. 1909 ita, hac super re, Ordinario Melevitano scribebat: « Sembra a « questa S. Congregazione che le espressioni usate dal Pontefice nel « Breve stesso sieno tali da non potersi dire che la consuetudine vigente « presso il Capitolo medesimo, per la quale fra gli aventi diritto ad ot- « tare viene prescelto il più anziano, sia contraria alla mente di chi « eoncesse il privilegio, ed allo scopo dallo stesso prefissosi... Realmente « il Pontefice Urbano VIII nel suo Breve prima concede al Capitolo il « diritto o il privilegio dell'ozione, e poi esclude dall'esercizio di un tale « diritto quei fra i Canonici " *qui aliqua melioramenta in illorum* (Ca- « nonicatuum) *utilitatem et commoditatem non fecerint* ". Sembra dunque « che secondo la mente del Pontefice i miglioramenti arrecati dovessero « semplicemente costituire una condizione *sine qua non* per ottare, la- « sciando poi che la scelta fra i vari ottanti venisse determinata secondo « il comune criterio dell'anzianità ». Ceterum si Bulla Urbaniana bene perpendatur, nullum ibi vestigium occurrit quod Summus Pontifex derogaverit iuri communi, secundum quod antiquiori inter optantes praebenda conferenda est.

Concesso vel introducto iure optionis, omnes Canonici eo frui possunt, nisi quid optioni rationabiliter aut legitime obstet. Iamvero ex ipsa natura officii, Poenitentieratus (idem dicendum de officio Theologi), neque optari, neque Canonicus Poenitentiarius aliam praebendam optare potest.

Ad rem Ferraris : « Canonicatus Poenitentialis non potest optari ; neque « Poenitentiarius potest aliam praebendam optare, quia ad eam videtur « electa industria personae... ». Cfr. Bibl. Canon. v. *Canonicatus, art. IX, n. 64.* Et haec fuit praxis constans apud S. C. Concilii, quam eadem S. C. secuta est etiam in alio casu optionis, qui occurrit an. 1726 in ipsa Ecclesia Melevitana : cum enim iure optionis Canonicus Poenitentiarius Marsiglia una cum aliis petiverit canonicatum « *Ta Ghar Barca* », et Capitulum illi praebendam adiudicaverit, Canonicus Grech, unus ex optantibus, appellavit ad S. C. Concilii, quae optionem Canonici Marsiglia revocavit. - Attamen etiam Canonicus Poenitentiarius (et idem dicendum, de Canonico Theologo) optare potest aliam praebendam, dummodo tempore utili resignet officium et praebendam in manibus Episcopi, et hic acceptet. Ita docet Pallottini : « Canonico Theologo (idem dicendum de « Poenitentiario) competere potest ius optandi, si praebendam cum officio « in manibus Episcopi ea lege expressa resignet, ut vacantem praeben- « dam optare sibi liberum sit, atque Episcopus ex iusta causa huius- « modi resignationem admittat ». Cfr. Collect. S. C. C, *t. XIV, v. Optio, n. 25.* Id vero cit. auctor probat seq. resolutione S. C. Concilii, quae ad dubium « An Canonico De Luca, resignata cum officio praebenda « theologali in manibus Episcopi, competat ius optionis in casu ? » respondit : « Affirmative ».

Quod attinet ad factum. - Certum est Canonicum Ciappara obtinuisse, et etiam nunc obtinere praebendam, cui, ex facultate concessa a S. C. Concilii, adnexum fuit in perpetuum, officium et titulus Poenitentieratus; proinde Canonicus Poenitentiarius Ebeier quando, optata et obtenta praebenda « *S. Venerae* », in hanc transtulit officium Poenitentieratus, nonnisi arbitrarie id praestitit; dum reipsa de iure adnexum manebat praebendae, quam Canonicus Ciappara actualiter possidet. Ve rum cum constet Canonicum Ciappara praefatam praebendam assecutum esse *citra concursum,* seu contra formam a Benedicto XIII praescriptam pro Italia et Insulis adiacentibus per Constit. « *Pastoralis Officii* »; iuxta hanc Constitutionem collatio non modo fuit prorsus nulla, sed praeterea nunc S. Sedi devoluta est. - Numquid hos defectus sanare potuit *regula de triennali possessione ?* Saltem probabilius negandum est. Sane regula de triennali innititur *titulo colorato et possessione legitima.* « Porro titulus, « ait D'Annibale, *causam* significat *(L. 13, de petit, hered.).* Est igitur « titulus, quo ius aliquod nobis acquiritur. Deducitur in *verum, colora- « tum et putativum. Verus* dicitur, cui nihil deest ut ius, de quo agitur, « transferre possit; *coloratus,* cui specie tenus nihil deesse videtur, sed « revera occulto vitio laborat, ideoque nihil transfert; demum *putativus,*

«qui falso creditur subesse ». Cfr. *Summm., p. 1, n. 79, edit. III.* « Cum « vero agitur de re beneficiaria, titulus colo ratus, ait Riganti, dicitur ille, « qui emanat ab eo qui gaudet originaria facultate conferendi beneficia, «licet illius exercitium sit ex aliqua causa impeditum; vel alias, quo- « tiescumque collatio habita est, sed aliquo vitio laborat, uti si confe- « ratur beneficium, quod, ob lapsum temporis ad conferendum, iam erat « devolutum, et ita porro ». Cfr. *Comment, ad hanc regulam, n. 12.* Iamvero RR. DD. PP. animadverterunt in casu proposito deesse titulum *coloratum,* quin etiam titulum prorsus desiderari. Sane Episcopus Melevitanus non intendit conferre Canonico Ciappara praebendam Poenitentiariam, *qua talem;* sed fortasse putans officium Poenitentiarii separari posse a sua praebenda, hanc tantum Canonico Ciappara conferre voluit. Id satis colligitur ex Bulla collationis, ubi legitur: « Cum itaque « vacaverint et ad praesens vacent Canonicatus et Praebenda Nostrae « S. Cathedralis et Archiepiscopalis Ecclesiae Melitensis, *tunc* adnexa « Poenitentiariae officio per optionem factam etc. ». Proinde in collatione praebendae, qua Poenitentiariae, titulus omnino defuit. Iamvero quando titulus deest omnino, titulus *coloratus* ne intelligi quidem potest, quia negatur suppositum. - Quod attinet vero ad *possessionem,* nihil est cur inquiramus de eius legitimitate, cum possessio ipsa, non secus ac titulus, prorsus deficiat. Sane si Episcopus Melevitanus non intendit conferre Canonico Ciappara nisi solam praebendam absque Poenitentieratus officio, Canonicus Ciappara ut talem eam obtinuit; reipsa is nunquam exsistimavit se esse Canonicum Poenitentiarium, ac nunquam Poenitentiarii officium exercuit. Deficiente igitur possessione praebendae, qua Poenitentiariae, deficit etiam huius praescriptio, iuxta notum principium: « *Tantum praescriptum, quantumpossessum* ». Neque admitti potest, ut praetendit procurator in novissimis deductionibus, nempe quod praescriptio current quoad praebendam tantum : nam haud fas est privato possessori, etiam vi *regulae triennalis,* separare officium Poenitentiarii a sua praebenda, contra praescriptum Conc. Tridentini. De Herdt, *Praxis Capit., De Canonico Poenit.;* Acta S. Sedis, *I, pag. 611.* Ex his igitur sequitur Canonicum Ciappara inter Canonicos Ecclesiae Cathedralis Melevitanae recenseri non posse, ideoque a iure optionis excludendum esse. Et ad hanc conclusionem deveniendum esset, etsi fiat hypothesis quod Canonicus Ciappara sit Canonicus Poenitentiarius, nam iuxta superius exposita non posset, uti talis, frui iure optionis; potuisset tamen, in hac hypothesi, si suo tempore praebendam in manibus Episcopi resignasset ad effectum optandi: quod ipse praestare omisit.

Manet igitur unus Canonicus Mifsud, de quo inquirendum est an

iure optionis ipse gaudere possit. Quamvis quaelibet formido de opposito haud abesse videatur; RR. DD. PP. sufficienter demonstrari censuerunt Canonicum Mifsud iure optionis in casu gaudere posse. In antecessum tamen venit resolvenda difficultas, quam obiicit patronus partis adversae, scilicet Canonicum Mifsud possidere praebendam, quae post concessionem privilegii erecta fuit; proinde eodem frui non potest: quod agnovit ipse Canonicus Mifsud recurrendo ad S. C. Concilii, ut posset *pro gratia* optionis iure gaudere. Respondetur verum quidem esse Canonicum Mifsud possidere praebendam, quae est una ex iis, quae sunt novae erectionis; sed non inde sequi eum optionis iure privari. Sane Urbanus VIII, qui an. 1624 Capitulo Melitensi privilegium optionis concessemi, an. 1633 quinque novos erexit Canonicatus, et an. 1638, recurrentibus canonicis contra Episcopum optionis exercitium impugnantem, optionis privilegium confirmavit, et quidem pro omnibus canonicis, nemine excluso. Imo Pontifex in instrumento novae erectionis clarissimis verbis vult ut novi canonicatus fruantur omnibus privilegiis, praerogativis, favoribus, gratiis, etc., ita ut nulla sit differentia inter canonicos veteris et novae erectionis. Quod si Pontifex novos canonicos a iure optionis excipere voluisset, id aperte declarare debuisset. Similiter etiam alii Pontifices, uti Clemens XIII, et Benedictus XIV, qui in Ecclesia Melevitana novos canonicatus erexerunt, iis omnia privilegia et indulta concesserunt, quibus antiqui gaudebant, absque ulla restrictione atque exceptione. Ceterum circa quaestionem an novis canonicis eadem sint iura et privilegia, ac sunt antiquis, ita De Herdt: «In casu, ait, ere« ctionis novorum canonicatuum, novi canonici ab antiquis generali« ter admittendi sunt ad omnes praerogativas, absque ulla prorsus « differentia. Ratio est, quia, quum isti canonici sint vere et proprie « tales, et constituant unum corpus Ecclesiam repraesentans, non de« bent ab aliis membris ipsius corporis distingui; sed quodammodo, « in sequelam receptionis in canonicos, debent participare de omni« bus iuribus et praeeminentiis canonicalibus ad instar antiquorum ». Cfr. *I. c, cap. 7, % 11, n. 2.* Quod vero Canonicus Mifsud recursum habuerit ad S. C. Concilii ut *pro gratia* optionis iure frueretur, id innuit tantum Canonicum Mifsud in dubio, potius subiectivo, an canonicatus novae erectionis optionis iure gauderent, pro maiore securitate S. Sedem adiisse.

Solutis hisce, quae graviores videntur, difficultatibus, inspiciendum est an Canonicus Mifsud satisfecerit conditionibus requisitis ad optandum. Imprimis nulla facienda est inquisitio circa antianitatem Canonici Mifsud, quam etiam pars adversa agnovit, atque ex certis do-

cumentis apparet. - Quod attinet ad *melioramenta,* animadverterunt RR. DD. PP, Canonicum Mifsud conditioni ab Urbano VIII praescriptae circa melioramenta paruisse. Quamvis enim a Canonico Mifsud praebenda possideatur, quae est pars *mensae communis;* tamen *indirecte* meliorari potest, scilicet augendo massae reditus. Quod vero Canonicus Mifsud *de facto* auxerit massae reditus, examinavit, et approbavit fere unanimiter ipsum Capitulum seqq. verbis: «L'operato di Monsignor « Dott. Alfredo Mifsud, per cui ha aumentato e migliorato la così detta « Fabbrica della Chiesa e la mensa Capitolare, di cui la sua prebenda « forma parte, si può classificare come risulta da documenti o per bre- « vita riassumere nei seguenti casi... Ora prendendo nella dovuta con- « siderazione da una parte l'impegno, lo studio e *Y* opera esclusiva di « Mons. Mifsud nell' avvantaggiare nel modo su indicato la mensa Ca- « pitolare, non dovuti all' ordinaria sua attribuzione di Canonico, e ciò « senza alcun guiderdone, ma con grande suo disagio, senza spese o « giudizi di sorta; e dall'altra parte considerando ancora che la Chiesa « Cattedrale, com'è noto a tutti, non possiede altre rendite fuori di « quelle provenienti da fondi rustici ed urbani esistenti in Malta e Gozo, « e da queste rendite deve essa sussistere, quindi in questo caso par- « ticolare e singolare, se nuli' altro osta, e salvo sempre migliori consi- « gli, secondo il nostro modo di vedere, tali benefici mettono Monsignor « Mifsud in grado di poter avere la sopraccennata ozione ». Ex quibus eruitur Capitulares agnovisse Can. Mifsud conditioni ab Urbano VIII praescriptae relate ad melioramenta, *saltem quoad substiantiam,* satisfecisse. Haec vero Capitularis deductio Bullae Urbanianae consona est, atque in se iuridica. Est *consona* Bullae Urbanianae : nam haud requiri videtur a Bulla Urbani VIII ut melioramenta in bonis propriae praebendae fiant solum *directe ;* quemadmodum est indifferens utrum melioramenta fiant ex obligatione, puta ex munere procuratoris, an secus, etc. Est etiam *iuridica,* quia Capitulum quoad iura concessa Collegio est interpres et exsecutor propriorum statutorum, sive a se conditorum, sive a legitima potestate concessorum, non minus ac est statutorum conditor, prout omnes Canonistae docent. Cfr. Ferraris, 1. c. *v. Capitulum, n. 72 et seqq., edit. de P. F.;* Wernz, *t. II, Ius Constit. Eccl., n. 790;* De Herdt, *I. c, cap. XXXI, § 2, etc.* Ex dictis tamen non. sequitur omnes canonicos de praebendis novae erectionis provisos habere indiscrimina tim ius optionis; sed in singulis casibus inspiciendum est an saltem *quoad substantiam* clausula Urbaniana observata sit.

Quibus omnibus consideratis ac sedulo perpensis, Christi nomine invocato, solumque Deum prae oculis habentes, Nos infrascripti Audi-

tores pro Tribunali sedentes, decernimus atque definitive sententiamus, respondentes ad propositum dubium: *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam. Quod attinet vero ad expensas, statuimus haberi compensatas inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris Tribunalium ad quos spectat ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam SS> Canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Beform.* Concilii Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 12 Augusti 1911.

Michael Lega, *Decanus.*
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti, *Ponens.*

L. © S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. P. JANVIER, O. S. D., QUI NONUM SACRARUM ORATIONUM VOLUMEN, AB EODEM IN ECCLESIA METROPOLITANA « NOTRE DAME » PARISIIS HABITARUM, AUGUSTO PONTIFICI, DEVOTIONIS SPECIMEN, EXHIBUIT.

Mon Révérend Père,

Le Souverain Pontife, Pie X, très particulièrement touché des sentiments de votre piété filiale, a agréé avec la plus haute bienveillance l'hommage du 9[e] volume de vos Conférences à Notre Dame de Paris.

Le Saint-Père s'est rendu compte, qu'après avoir achevé cette lumineuse synthèse de la morale générale, qui a mis votre auditoire si nombreux et si choisi en contact avec le plan divin et l'ordre surnaturel, vous abordez heureusement la morale spéciale par l'étude de la vertu théologale de la foi, germe et fondement de toute la vie chrétienne.

Montrant tour à tour les réalités divines qui constituent l'objet de la foi, le caractère qui fait de la foi possédée la noblesse de l'intelligence humaine, les rapports de la foi avec l'enseignement dogmatique de l'Église et avec le magistère infaillible du Pontife Suprême, vous établissez enfin les devoirs et la pratique de la foi, vous donnez plus que jamais aux âmes angoissées et avides de Dieu la splendide et

pacifiante lumière de la vérité intégrale, dégagée avec soin, grâce à la doctrine ferme et précise du Docteur Angélique, de tout préjugé et de toute erreur.

Le Souverain Pontife se réjouit des bienfaits qu'apporte aux âmes votre parole éloquente et apostolique, tl vous félicite de servir efficacement la cause du Christ, et fait des vœux pour **que** votre prochaine station de Carême soit bénie de Dieu et pleinement féconde pour éclairer les âmes sur les vices contraires à la Foi. Comme gage de sa paternelle affection, Sa Sainteté vous accorde, de tout cœur, à Vous même et à vos auditeurs la Bénédiction Apostolique.

Avec mes remercîments personnels pour l'exemplaire que Vous m'avez gracieusement adressé, veuillez agréer, Mon Révérend Père, l'expression de mes sentiments bien dévoués en Notre Seigneur.

Le 20 Décembre 1911.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. D. FRANCISCUM M. DELAWIRE, ARCHIEPISCOPUM TIT. METYMNAEUM, COADIUTOREM CAMERACENSEM, QUI REVERENTES NOBILESQUE CATHOLICORUM LITTERAS BEATISSIMO PATRI TRANSMISIT.

Monseigneur,

Le Souverain Pontife a pris connaissance avec le plus vif intérêt de la noble Adresse transmise par Votre Grandeur et revêtue des nombreuses signatures des membres du trente-huitième Congrès des Catholiques du Nord et du Pas-de-Calais.

Sa Sainteté n'a pu lire sans émotion ces pages vibrantes de foi et de dévouement au Saint-Siège, écrites par des hommes, que leurs œuvres vivantes et fécondes signalent à l'admiration de la France entière.

Il a été très agréable au Saint-Père d'apprendre, par la lettre de Votre Grandeur, que ce Congrès, honoré de la présence de l'Eme Cardinal Archevêque de Malines, et des Evêques d'Arras et de Digne, n'a été inférieur à ses devanciers ni par l'importance des questions traitées, ni par la valeur croissante des résultats constatés dans l'intensification de l'Action Catholique en votre province. Les progrès réalisés notamment dans l'organisation et le fonctionnement de l'*Union diocésaine* sont tout à la fois très remarquables et pleins de promesses pour l'avenir.

En présence d'une activité si soutenue et si féconde, le Souverain Pontife a la ferme espérance que les efforts de l'Esprit du mal et de ses suppôts seront toujours tenus en échec par la foi et le zèle de vos

chrétiennes populations, si intelligemment organisées, et si fermement maintenues dans le bon chemin par la direction de leur clergé uni aux Chefs des diocèses et au Pasteur Suprême.

Comme gage de cette victoire définitive, Sa Sainteté Vous accorde de tout cœur pour Votre Grandeur et pour tous les membres du Congrès ainsi que pour tous vos diocésains, la Bénédiction Apostolique.

Je saisis avec empressement cette occasion pour Vous offrir, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments très dévoués en Notre Seigneur.

Le 2 Janvier 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno 16 Gennaio 1912, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Sebastiano Martinelli, Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Francesco de Montmorency-Laval, primo Vescovo di Québec, fu tenuta la Congregazione dei Sacri Riti Antipreparatoria, nella quale dai Rmi Prelati e dai Consultori Teologi si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal medesimo Ven. Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

9 Gennaio 1912. — L'Emo Sig. Cardinale Diomede Falconio fra gli Emi Porporati componenti la Sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di Rito Orientale.

— Gli Emi Signori Cardinali Ludovico Billot e Guglielmo van Rossum fra gli Emi Porporati componenti la medesima Sacra Congregazione per gli affari di rito Latino e Orientale.

22 Gennaio^. — L'Emo Sig. Cardinale Gaetano Bisleti, Protettore delle Penitenti Recollettine di Assesse.

24 Gennaio. — L'Emo Sig. Cardinale Ludovico Billot, Protettore delle Religiose di Nostra Signora del Cenacolo.

27 Gennaio — LTllmo e Rmo Mons. Raffaele Scapinelli di Lèguigno, Nunzio Apostolico presso la Corte I. R. d'Austria-Ungheria, elevandolo in pari tempo alla Sede Arcivescovile di Laodicea.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre, a norma della Costituzione Apostolica « Etsi Nos » riguardante il Vicariato di Roma, si è degnato di nominare :

21 Gennaio. — Mons. Francesco Faberi, Assessore per la disciplina del Clero e del Popolo Cristiano.

— Mons. Raffaele Chimenti, Uditore per gli affari giudiziari.

— Mons. Pietro Cisterna, Prefetto della Amministrazione economica.

23 Gennaio. — Mons. Angelo Sinibaldi, Segretario per la disciplina del Clero.

23 Gennaio. Mons. Venceslao Cordeschi, Segretario per le Scuole.

— Mons. Pio Mingoli, Segretario per la disciplina degli Istituti religiosi femminili.

— Mons. Francesco Pascucci, Segretario per le Opere cattoliche.

Con biglietti della Segreteria di Stato e con Brevi il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

10 Gennaio 1912. — Mons. Ernesto Commer, già Professore di Teologia Dogmatica nell'Università di Vienna.

Prelati domestici di S. S.:

22 Dicembre 1911. — Mons. Giulio Grazioli, Sotto-Segretario della S. Congregazione del Concilio.

8 Gennaio 1912. — Il Rev. Dott. Giovanni Soukup, Decano del Capitolo della Cattedrale di Königgrätz.

— Mons. Mattia Musil, Canonico Curato della medesima Cattedrale.

— Mons. Antonio Brychta, Canonico Custode della medesima Cattedrale.

11 Gennaio. — Il Rev. Giovanni Morlani, Canonico della Cattedrale e Priore della Basilica di S. Maria Maggiore di Bergamo.

12 Gennaio. — Il Rev. Teodoro Robert, Canonico della Cattedrale di Nantes.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il S. Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

L'Ordine della Milizia Aurata, detta dello Speron a" Oro :

9 Gennaio 1912. — A. S. E. Il Principe D. Filippo Lancellotti, Patrizio Romano.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

10 Gennaio 1912. — Al Sig. Conte Antonio Magnis, dell'archid. di Praga

La Placca dell' Ordine di 8. Silvestro Papa :

18 Gennaio 1912. — Al Sig. Comm. Avv. Assuero Ruggeri.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 Gennaio 1912. — Al Sig. Avv. Carlo Seemayer, della diocesi di Csanad.

17 Gennaio. — Al Sig-. Goffredo Raupert, delFarchidiocesi di Westminster.

22 Gennaio. — Al Sig. Paolo Gauthey, della diocesi d'Autun, Dottore in diritto.*

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

17 Gennaio 1912. — Al Sig. Francesco Saverio St. Michel, già Zuavo Pontificio, dell'archidiocesi di Montréal.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 Gennaio 1912. — Al Sig. Filippo Mitzka, Architetto maggiore presso la Prefettura I. R. della Provincia del Tirólo.

10 Gennaio. — Al Sig. Mario Casoni, Segretario della « Fedeltà ».

— Al Sig. Antonio Blasi, addetto all'amministrazione della «Fedeltà».

18 Gennaio. — Al Sig. Antonio Rossi, di Roma.

— Al Sig. Ing. Giuseppe Venarucci, di Roma.

11 Santo Padre con biglietti della Segreteria di Stato, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari :

13 Gennaio 1912. — Mons. Giovanni Vadász, della diocesi di Csanád.

17 Gennaio. — Mons. Ansgario Manfroni, della diocesi di Dresda.

— Mons. Luigi De Monte, della diocesi di Verona.

— Mons. Luigi Brugnolli, della diocesi di Trento.

21 Gennaio. — Mons. Francesco Dorfmann, dell'archidiocesi di Vienna.

27 Gennaio. — Mons. Giovanni O'Leary, della diocesi di Ross.

Camerieri d'onore in abito paonazzo :

11 Gennaio 1912. — Mons. Emanuele Cérveny, della diocesi di Budweis.

17 Gennaio. — Mons. Francesco Saverio Topp, della dioc. di Florianopolis.

— Mons. Francesco Giuseppe M. Lambermont, della diocesi di Bois-le-ßuc.

— Mons. Antonio Giovanni Norberto Vermenlen, della diocesi di Bois-leDuc.

Cameriere d'onore extra Urbem :

27 Gennaio 1912. — Mons. Guintino Rodríguez de Oliveira y Silva, della diocesi di Fortalezza.

Cappellano segreto d'onore :

17 Gennaio 1912. — Mons. Stefano Szabados, della diocesi di Csanád.

Cameriere segreto di spada e cappa soprannumerario :

27 Gennaio 1912. — Il Sig. Guglielmo Power, dell'archidiocesi di Filadelfia.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario :

26 Gennaio 1912. — Il Sig. Avv. Enrico Maria Agostino Cousin, della archidiocesi di Besançon.

NECROLOGIO

16 Gennaio 1912. — Mons. Luigi Andrea Navarre, Arcivescovo tit. di Cirro, Vicario Apostolico della Nuova Guinea inglese.

19 Gennaio. — Mons. Alessandro Bavona, Arcivescovo tit. di Farsaglia, Nunzio Pontificio presso Sua Maestà I. R. A.

23 Gennaio. — Il Sig. Marchese Luigi Serlupi-Crescenzi, Cavallerizzo maggiore di Sua Santità.

28 Gennaio. — S. E. D. Marcantonio Colonna, Principe Assistente al Soglio Pontificio.

Annus IV. - Vol. IV. Die 15 Februarii 1912. Num. 3.

AGTOPOSTOIJCAEIÄ

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE

SODALITAS SANCTISSIMI ROSARII CANONICE INSTITUTA IN OPPIDO " MOJANO " DIOECESIS S. AGATHAE GOTHORUM, ERIGITUR IN ARCHICONFRATERNITATEM AD HONOREM.

PIUS PP. **x.**

Ad perpetuam rei memoriam. — Pias christianorum hominum consociationes, quae uberi animarum fructu et singulari pietatis exercitatione inter ceteras excellant, de more institutoque Romanorum Pontificum, privilegiis honoribusque augere libenti quidem animo solemus. Itaque, quum Nobis relatum sit in oppido, cui vulgo nomen « Mojano », dioecesis S. Agathae Gothorum, confraternitatem sub titulo SSmi Rosarii B. M. V. canonice erectam, magna sodalium vi praestare, qui sedula frequentia et decore sacris caeremoniis dent operam, quumque sodales ipsi Nos enixe rogaverint, ut eam Archisodalitatis titulo exornare dignaremur, Nos huiusmodi votis censuimus obsecundandum. Quare, inspecta Vicarii Capitularis dioeceseos quam supra memoravimus, commendatione, ad cultum Divae Matris pro viribus fovendum, Apostolica Nostra Auctoritate, per has Litteras perpetuumque in modum sodalitatem sub titulo SSmi Rosarii B. M. V. in oppido « Mojano » rite institutam, in Archiconfraternitatem ad honorem erigimus et evehimus atque consuetis privilegiis ditamus; decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoslibet iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his

a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIX Ianuarii MDCCCCXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

I.

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, BALTIMORENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE CATHOLICA STUDIORUM WASHINGTONIENSI UNIVERSITATE.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Plane nec praeter opinionem nec praeter spem acciderunt maiora in dies incrementa istius catholicae studiorum Universitatis, quae Washingtoniae, in urbe Foederatarum Americae Civitatum principe, catholicorum excitata stipe et ab Apostolica Sede omni aucta iure legitimo, ibidem doctrinae in omni divinarum et humanarum scientiarum genere magna parens assidet. Perspecta enim fide et munificentia catholicorum ex America, nulla Nobis inerat dubitatio quin, iisdem adnitentibus, illud recens conditum christianae sapientiae domicilium brevi eam assequeretur nominis gloriam, ut inter clariora gentis istius gymnasia haberi posset. Pergratae tamen litterae fuerunt quas nuper Nobis misisti huius rei nuntias, non solum quia iucundius fuit ex te ipso rem cognoscere, sed etiam quia id confirmasti quo nihil optabilius Nobis erat; id est in illa alma studiorum sede elegantiam doctrinae optime coniungi cum fidei integritate, ita ut ad bonas artes, non minus quam ad religionem, adolescentes et clerici et laici informentur. Est igitur cur ex animo gratulemur, tibi quidem in primis, dilecte Fili Noster, cuius sollertiae providentiaeque hanc ducimus tribuendam laetabilem rerum conditionem; tum etiam ceteris Foederatarum Americae Civitatum Episcopis, qui tibi in Lyceo moderando egregiam navant operam; tum denique eiusdem Rectori ac Doctoribus Collegiatis, quorum doctrina ac diligentia tam praeclaros efferunt fructus.

At vero quominus Washingtoniensis Academia prosperis omni ex parte rebus utatur offkiunt adhuc atque obstant, ut ipse fateris, rei

familiaris angustiae. Hinc necessitas adeundi piam fidelium liberalitatem; quam cum experti iam sitis, per alios decem annos advocare iterum cogitatis in saluberrimi operis subsidium. Collaudamus, ut alias iam fecimus, providentem voluntatem vestram, eamque frugiferam Instituto futuram portendit prompta ac facilis ad largiendum catholicorum ex America indoles: quin etiam confidimus vel eos ipsos quorum largitatem tenuitas contrahit, symbolam tamen suam ultro collaturos; eo vel magis quod ex hoc Lyceo tanta christianae humanitatis emolumenta sperare licet, quanta catholicorum consueverunt afferre scholae, quibus lex est mentem doctrinae studiis excolere, animos virtute conformare.

Occasione utimur ut idem vos hortemur quod iam Decessor Noster f. r. Leo XIII, qui die xin Iunii MCMI ad te rescribens, Americae Septentrionalis Episcopis suadebat ut e suis quisque delectos aliquos clericos, quorum ingenii vis discendique ardor plus quiddam facerent spei, Washingtonianae Academiae instituendos traderent. Nos autem pro certo habemus, dilecte Fili Noster, Episcopos eosdem studiose Nobis obsecuturos in re quacum singularum dioecesium exploratissima utilitas est coniuncta. Iidem enim clerici, sacerdotio initiati et ad sua reversi, quodcumque libeat Episcopis sacerdotale munus illis conferre, ea perficient diligentia quam excellentiorem in ipsis praestabunt doctrinae opes uberiores quas Vashingtoniae acquisierat.

Suam quoque laudem hic a Nobis habeant Religiosarum Familiarum Moderatores, qui suorum Collegia tironum circum Washingtoniensem Universitatem condiderunt, quasi quandam filiorum coronam qui Almam Matrem complectuntur. Huius enim propinquitatis ea sunt commoda quod ex una parte Collegiorum conspectus Academiam egregie exornat eidemque opinionem auget; ex altera religiosis alumnis qui domi studia doctrinarum colunt, Academia praestantiorum magistrorum copiam praebet et cultum exquisitiorem si qui athenaeum celebrare velint. Quae probe considerantes Nos quibus maximae est curae ut qui in sortem Domini vocati sunt sanctitatis et doctrinae cultu evadant *operarii inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis,* Collegia eiusmodi singulari benevolentia complectimur, ceterosque Religiosos Antistites hortamur ut id ipsum, omni nempe remoto regularis disciplinae detrimento, efficiendum curent - Illud quoque iucundum fuit abs te accipere, Episcopos Universitatis moderatores rationem, provido consilio, iniisse qua, incolumi item religiosa disciplina, vel ipsis Religiosis Feminis faciliora redderent altioris doctrinae beneficia quibus utilius versentur in puellis instituendis.

Quae huc usque scribendo persequuti sumus in aperto ponunt, dilecte Fili Noster, laudatae catholicae Academiae incrementis Nos summa quadam voluntate studere. Plane enim intelligimus quantum ad catholicam doctrinam vulgandam defendendam, ad provehendam gentium humanitatem possit catholica studiorum Universitas quae quidem celebritate atque auctoritate floreat. Tueri igitur ipsam et provehere, idem prorsus esse videmus ac perutilem dare operam cum religioni, tum civitati.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae Apostolica sit Benedictio quam tibi, dilecte Fili Noster, Rectori, Doctoribus, alumnis Washingtonianae Universitatis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum in praeludio diei sacrae Infanti Deo a tribus Sapientibus adorato, anno **MCMXII**, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. X.

IL

AD LEONEM A. CARD. AMETTE, PARISIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE ALTERO CATECHISTARUM EX TOTA G-ALLIA CONVENTU PARISIIS HABENDO.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Alias Nos, et quidem libenter, dilaudavimus Opus a Catechismis, quod florere apud vos afferebatur. Nunc autem, quum nuntium allatum est alterius Catechistarum ex tota Gallia conventus proxime, te auspice, Parisiis habendi, comperuimus quoque, miserentis Dei beneficio et adnitentibus bonis, Operi quod memoravimus, eas factas fuisse'accessiones, ut ad quadraginta millia numerentur piae feminae quae in instituenda rite pueritia utiliter versantur. Est igitur, dilecte Fili Noster, cur tributae laudi gratulationes addamus ; id quod facimus ex animo. Quo voluntatis Nostrae testimonio pias easdem feminas itemque omnes quotquot saluberrimi Operis incrementis student, sic affici velimus ut probatae diligentiae praemium sibi habeant, eiusdemque in posterum vel uberius probandae opportuna inde capiant incitamenta. —Hanc vero paternae caritatis significationem confirmet Apostolica Benedictio, quam omnibus Operis sociis, pueris quos erudiunt, tibi demum, dilecte Fili Noster, in auspicium caelestium munerum, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, xxv Ianuarii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

III.

AD GLAUDIUM CARD. VASZARY, STRIGONII ARCHIEPISCOPUM, OCTOGESIMUM AETATIS ANNUM EXPLENTEM, GRATULATIONIS ERGO.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Paterna qua te complectimur benevolentia haud patitur peculiare aliquod officii studiique munus te a Nobis desiderare, in hoc tam vario, tam grato animorum concentu tibi gratulantium octogesimum aetatis annum. Sint igitur hae tibi litterae votorum Nostrorum huntiae : sint vota amantistimae declaratio voluntatis aetatem tibi gratulantis haud exiguis ornatam meritis, novasque a Deo comprecantis cum annorum, tum meritorum accessiones. Confirmet vero haec vota Nostra Apostolica Benedictio, quam, caritatis Nostrae testem ac caelestium auspicem bonorum, tibi, dilecte Fili Noster, Clero populoque tuae tradito pastorali vigilantiae, ex animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die u Februarii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.
DECRETUM

CIRCA RELATIONEM SUPER MODERNISMO A LOCORUM ORDINARIIS S. SEDI EXHIBENDAM.

Dubitantes nonnulli Sacrorum Antistites num ipsi duplicem teneantur relationem super modernismo Apostolicae Sedi exhibere, id est alteram quolibet triennio, a constitutione *Pascendi dominici gregis* die 8 Septembris 1907 et a Motu proprio *Sacrorum Antistitum* die 1 Septembris 1910 praescriptam ; alteram vero singulis quinquenniis una cum relatione de statu suae dioecesis iuxta huius S. Congregationis decretum *A remotissima Ecclesiae aetate* diei 31 Decembris 1909, rem S. Sedi subiecerunt dirimendam. Quum autem subsignatus Cardinalis Secretarius id SSmo Dno nostro Pio PP. X retulisse!, hic, ad omnem animi anxietatem ac dubitationem tollendam, declarare et, quatenus opus sit, statuere dignatus est, locorum Ordinarios, quo anno relationem de statu suae ecclesiae peragunt, simul satisfacere posse obligationi quae ex supra memoratis constitutione *Pascendi dominici gregis* et Motu proprio *Sacrorum Anti-*

¿titum exoritur, atque idcirco relevari ab onere exhibendi triennalem relationem super modernismo ibidem statutam : idque per praesens decretum S. Congr. Consist. constitui et promulgari iussit: contrariis non obstantibus quibusvis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 25 mensis ianuarii anno 1912.

f C. CARD. DB LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Scipio lecchi, *Adsessor.*

IL

PROVISIO ECCLESIARUM. .

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Pius PP. X, has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

30 ianuarii 1912. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Laodicensi praefecit Rmum Raphaelem Scapinelli di Léguigno, iam Secretarium sacrae Congregationis pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis.

31 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae Desmoinensi sac. Augustinum Dowling, dioecesis Providentiensis ibique Rectorem ecclesiae cathedralis.

3 februarii 1912. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Melitenensi Rmum Ioannem Bonzano, Rectorem Collegii Urbani de Propaganda Fide.

7 februarii. — Cathedrali ecclesiae Valentinensi sac. Emmanuelem Mariam Ioseph Martin de Gibergues, archidioecesis Parisiensis, Superiorem missionariorum eiusdem dioecesis.

— Cathedrali ecclesiae Campecorensi sac. Vincentium Castellanos, secretarium Rmi archiepiscopi De Durango.

S. CONGREGATIO INDICIS

i.

DECRETUM

Feria V, die 1 Februarii 1912.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium a SSmo Domino Nostro Pio PP. X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permis-

siòni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, de peculiari SS. D. N. Pii Papae X mandato damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat opus inscriptum:

MARIO PALMARINI, *Quando non morremo. Romanzo eroico. Milano 1911.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedictum opus damnatum atque proscriptum, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut editum legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Datum Romae, die 1 Februarii 1912.

F/GARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L.©S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

II.

Decreto S. Congregationis diei 22 Ianuarii proxime elapsi laudabiliter se subiecit R D. L. Duchesne.

In quorum fidem

Romae, die 10 Februarii 1912.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

L

LEODIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS MARIAE TERESIAE HAZE FUNDATRICIS AC PRIMAE MODERATRICIS CONGREGATIONIS FILIARUM A CRUCE.

Die 27 Februarii an. 1782 Leodii, in Belgio, nata est Maria Teresia Haze, antea Ioanna appellata, quae quum adolescentiam laudabiliter exegisset, nuptiis spretis, totam se Deo ac misericordiae operibus mancipavit. Nulli enim parcens labori ac magnis obstaculis, Deo iuvante, superatis, Congregationem instituit Filiarum a Cruce, quarum praecipuum munus est incumbere curae aegrotantium, captivorum, et puellarum

periclitantium. Quibus in operibus, uti fama est, Serva Dei omnibus exemplo fuit, ut etiam Cruce decorata sit quam *a Virtute* appellant. Mortua est die 8 Februarii an. 1876, magno populi luctu, qui Eam sanctitate praeditam praedicabat. Quae sanctitatis opinio adeo increvit ut de ea Inquisitiones Ordinariae in Curia Leodiensi incoeptae atque expletae fuerint. Hisce vero Actis Processualibus ad Sacrorum Rituum Congregationem delatis eiusque examini ac iudicio subiectis, quum, revisione iam peracta scriptorum eiusdem Servae Dei atque obtenta dispensatione a lapsu decennii et ab interventu et voto Consultorum, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante R. P. D. Mauro Serafini, Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis Ant. Observ. Abbate Generali et huius Causae Postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium ac plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon aliorum virorum ac feminarum nobilitate ac dignitate etiam regia praestantium, rogantibus quoque plerisque e clero saeculari ac regulari atque Sodalitatibus monialium vel sororum una cum Antistite Generali Congregationis Filiarum a Cruce, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Praenestinus, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, Sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 12 Decembris 1911.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Sororis Mariae Teresiae Haze, fundatricis et primae moderatricis Congregationis Filiarum a Cruce, propria manu signare dignata est, die 13, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. cß s.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IL

DECRETUM

DE SIMPLICIBUS ANTIPHONAS PROPRIAS HABENTIBUS.

Insequentia dubia, quoad Antiphonas et Psalmos ad Laudes, iuxta novas Rubricas, in quibusdam Festis ritus simplicis et in Officio S. Mariae in Sabbato recitandos, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione proposita fuere ; nimirum :

I. An in Festis simplicibus quae habeant ad Laudes Antiphonas proprias, ex alio Festo desumptas, ut in Festo S. Agnetis secundo, ad Laudes dicendi adhuc sint Psalmi de Dominica cum Antiphonis Festi simplicis ; vel potius Antiphonae et Psalmi de Laudibus Feriae occurrentis, et a Capitulo et deinceps de Festo simplici ?

II. An in Officio S. Mariae in Sabbato ad Laudes dicendae sint Antiphonae ipsius Officii cum Psalmis Dominicae ; vel potius Antiphonae et Psalmi de Sabbato occurrente, et a Capitulo et deinceps de S. Maria?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, ad utrumque dubium respondendum censuit:

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Atque ita rescripsit die 26 Ianuarii 1912.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

DECRETUM.

DE QUIBUSDAM FESTIS DIEBUS DOMINICIS HUCUSQUE AFFIXIS.

Quum ex novis Rubricis Festa diebus Dominicis affixa, nisi sint Festa Domini aut Duplicia primae vel secundae classis, amplius in ipsis celebrari nequeant; Sacra Rituum Congregatio, attentis etiam Praescriptionibus Temporariis memoratis Rubricis adiectis, insequentes declarationes evulgare censuit:

1. Festum Commemorationis Omnium Ss. S. R. E. Summorum Pontificum in locis, quibus idem Festum, sub ritu duplici minori vel maiori, pro Dominica prima libera post Octavam Ss. Apostolorum Pe-

tri et Pauli iam concessum est, adhuc celebrari licet, die prima mensis Iulii fixe adsignata.

2. Item Festum Commemorationis Ss. Reliquiarum in locis quibus idem Festum pro aliqua Dominica, sub ritu duplici minori vel maiori, iam indultum est, in posterum celebrari adhuc potest, die quinta mensis Novembris fixe adsignata.

3. Si aliquod Festum Ecclesiae Universalis, sive Beatae Mariae Virginis, sive Sanctorum, sub ritu duplici minori vel maiori, alicubi die Dominica concessum fuerit celebrari, amodo in die sua omnino reponendum est.

Atque ita rescripsit die 9 Februarii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IV.

PLURIUM DIOECESUM.

DUBIA VARIA.

A nonnullis Rmis locorum Ordinariis insequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, proposita fuerunt; nimirum :

I. Festa Beatae Mariae Virginis aut Sanctorum, Dominicis affixa, «t a locorum Ordinariis in perpetuum simplificata, impediuntne recitationem Suffragii ad Laudes et Vesperas, Precum ad Primam et Completorium, Symboli Athanasiani ad Primam et tertiae Orationis in Missa?

II. Quando in Dominica occurrit Festum Beatae Mariae Virginis perpetuo a locorum Ordinariis simplificatum, conclusiones Hymnorum et Versus Responsorii brevis ad Primam eruntne de ipsa Beata Virgine, ad normam Decreti in una *Romana et aliarum,* diei 30 Decembris 1911 ad I^um ?

ITI. Si Festum duplex secundae classis in Dominicam incidat, et commemorandum sit Festum aliquod simplificatum, quod per se habeat Praefationem propriam in Missa, vel occurrat infra Octavam aliquam similiter Praefationem propriam habentem, legendane est Praefatio de Trinitate, vel potius Praefatio propria Festi simplificati, aut Octavae?

TV. Quum ex novis Rubricis Primae Vesperae de Dominica infra Octavam Epiphaniae, nisi Epiphania ipsa venerit in Sabbato, integrae amodo de ipsa Dominica dicendae sint, ultimus harum Vesperarum

Psalmus eritne *Laudate Dominum,* ut in primis Vesperis, vel potius *In exitu Israel,* ut in secundis Vesperis ?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad T. Affirmative in omnibus.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 9 Februarii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L , © S .

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

V.

LITTERAE CIRCULARES.

Quum saepe saepius a Sacra Rituum Congregatione exquirantur facultates celebrandi Missam de Requie pro defunctis in bello Tripolitano Dominicis aliisque festis de praecepto, in quibus haberi potest maior fidelium frequentia; Sacra eadem Congregatio monet Rmos locorum Ordinarios quod Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X hisce precibus ac votis cleri plebisque fidelis clementissime deferens, quum sancta et salubris sit pro defunctis exoratio, quae etiam afflictos moerore propinquos erigit, benigna dispensatione a regulis liturgicis indulta, permittere dignatus est, ut tum Dominicis, non tamen privilegiatis primae •classis, tum aliis festis de praecepto quae non sint duplicia primae vel secundae classis, una Missa de Requie cum cantu et subsequenti Absolutione ad tumulum, in Ecclesiis seu Oratoriis publicis iuxta prudens respectivi Ordinarii iudicium, celebrari valeat : servatis de cetero Rubricis. Mandat autem ac praecipit Sanctitas Sua, ut in eiusmodi funeribus, etsi fiant diebus a ritu permissis, nemo, cuiuscunque sit dignitatis, sermones aut fúnebres orationes, in quibusvis Ecclesiis seu Oratoriis habere praesumat.

Die 3 Februarii 1912.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

I.
VESZPRIMIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ANDRASSY-SZÉCHÉNYI)

Pio PP. X. feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno VIII, die 2 Iunii 1911, Michael Lega, Decanus Ponens, *Guilelmus Sebastianelli, Seraphinus Manu, Franciscus Heiner, Ioannes Prior, Aloisius Sincero, Ioseph Mori, Fridericus Cattani, Antonius Perathoner, Ioseph Alberti, Petrus Rossetti, Auditores in causa* « Veszprimien. - Nullitatis Matrimonii » *inter Dominam Nataliam e Comitibus Andrassy repraesentatam per procuratorem advocatum Nazarenum Patrizi; et Aladarum e Comitibus Széchényi, contumacem, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam :*

Controversum matrimonium initum est die 5 iulii 1884 Budapestini a Natalia e Comitibus Andrassy cum Aladaro e Comitibus Széchényi ; at, malo fato, infelicem habuit exitum. Coniux Natalia quae in foro Ecclesiastico iudicialem instauravit actionem die 6 octobris 1906 coram Ordinario Veszprimiensi, contendit se Aladaro nupsisse gravi metu a patre coactam, et hac de causa matrimonium nullum esse. Asserit enim se adamasse quemdam Dominum Comitem Harnancourt et induci non potuisse, neque minis neque promissionibus, ut animo et voluntate Aladaro adhaereret per coniugale foedus, quod tantum metu compulsa inivit. Ait autem patrem voluntatem suam filiae imposuisse quia enixius « intendebat ut fideicommissum Dionysii e Comitibus Andrassy cuius « pars est Comitum Andrassy locus geneticus, arx nempe *tzasmahorka* et « cuius ipse curator erat, haeredum suorum possessio fiat ; et haeredi« bus praesumptis unus est Alfredus (Aladarus) e Comitibus Széchényi: « ideo voluit et decrevit pater meus ut ego Alfredi (Aladari) e Comi« tibus Széchényi uxor nam ». Ita Natalia in supplici libello dato Curiae Veszprimiensi.

Huic instantiae praecessit iudicium in foro civili, incoeptum mense augusti 1904, et Natalia obtinuit quod in votis habebat, nempe decerni divortium, quod vocant civile. At ex adverso Curiae Veszprimiensis sententia, edita die 4 decembris 1907, non arrisit Actrici quia controversum matrimonium edictum fuit validum esse. Visum est enim Iudici, metum non satis esse probatum, et praeterea advertitur ex actis non esse cer-

tum « matrimonium in principio forte invalidum, in vita matrimoniali «trium ferme lustrorum invalidum mansisse, praecipue eo tempore, « quum mortuo patre violento cessatisque minis, vitam coniugalem « cum marito continuaret ».

Natalia appellationem instituit et prodiit secunda sententia in Curia Metropolitana Strigonien, edicens « ex capite vis et metus in Actricem « iniuste incussi iam in radice irritum esse matrimonium ; idem vero « toto tempore convictus maritalis irritum mansisse : quare abrogat sen- « tentiam primae instantiae ».

Vinculi matrimonialis Assertor, ipso iure hoc postulante, provocavit ad tertiam instantiam, quae absoluta est penes Curiam Primatialem Strigonien, et prodiit sententia « declarans matrimonium in radice invali- « dum esse, idemque in radice invalidum, in invaliditate constanter per- « durasse ». Uti refert Cardinalis Primas suis litteris diei 20 ian. 1910 datis Emo Cardinali a Secretis Status, tum Curia Metropolitana, tum Curia Primatialis in sententiam devenerunt *unanimi iudicum consensu.* Nihilominus hisce conformibus sententiis non acquievit Vinculi Defensor, sed ratus est sui muneris esse ad S. Sedem appellare ; et revera appellavit. - Exinde ablegata fuit Curia Sabariensis pro novo causae examine et haec, uti notat Emus Primas in citatis litteris, « quaesita cura, maxi- « maque cum fide et diligentia pertractavit *quaestionem hanc difflcil- « Urnam* ». Reapse *novum testium examen* perfecit, nec minori solertia et studio executioni mandare studuit rescriptum S. C. Concilii diei 17 iunii 1909 praecipiens nonnullos novos testes examini subiiciendos esse ; at frustra cessit zelus Curiae quia citationi respondit tantum Baronissa Dora Pereira parum vel nihil de factis controversis edocta, coeteris testibus sese excusantibus a comparitione, praecipue quia se nihil hac de re scire affirmarunt. Dein sententia edita est die 13 decembris 1909, quae « adprobat et confirmat sententiam tertiae instantiae, qua « sententia primae instantiae abrogatur et matrimonium in radice inva- « lidum declaratur ».

Verum habere non poterat huiusmodi sententia vim definiendi absolute controversum negotium, quia Beatissimus Pater Noster die 9 iun. 1909 per litteras Cardinalis a Secretis Status suam voluntatem significaverat, sententiam scilicet a Sabariensi Curia pronuntiandam non fore ultimam atque absolute definitivam ubi Sanctissimo placuerit aliud insuper institui iudicium. Re sane vera Sanctissimus hanc caussam, quam Emus Primas appellat difficillimam in citatis litteris, novum examen moereri censuit, maxime « ob novas acceptas notitias singularum circumstantiarum ad « hanc caussam pertinentium » (ita in litteris Cardinalis a Secretis Status

diei 9 iun. 1909) et negotium commisit huic S. O. sub clausula « utvi-« deant omnes ». Hodie quaestio proponitur sub hac dubitandi formula:

« An constet de nullitate matrimoni in casu ? ».

In solutionem cuius quaestionis, ad *factum* quod attinet et quoad *fidem* habendam tabulis processualibus, Patres haec animadverterunt:

1.° Coniugalem vitam durasse pene viginti annos, et a morte patris Nataliae secuta anno 1891, quasi duodecim annos; interim genitus est (anno 1895) Michael novissimus filius. Omne coniugale consortium abrupit anno 1904 *divortium* ita dictum *civile*, impetratum a Natalia non ex caussa metus sed ex caussa desertionis viri. Natalia testata est se tandiu distulisse suam actionem in foro Ecclesiae, quia ignorabat caussas nullitatis initi coniugii : et hinc, bona fide, in civili forò aliam allegasse caussam magis facilem et expeditam pro sua intentione. Atqui omnibus perpensis, non videtur fidem denegandam esse Actrici haec asserenti : quia raro usuvenit quod foeminae potissimum has caussas canonicae nullitatis in matrimoniis cognoscant.

2.° Curia Veszprimien. quae maxima iudicii integritate rem primo gessit, visa est duci ea regula, nempe consanguineos et familiares haberi suspectus in suis attestationibus ob nimium interesse morale in caussam, et hac de ratione, uti coniicere fas est, ..vocati non sunt ad examen Actricis sorores aliique consanguinei. Matris autem, utpote infirmitate impeditae (cuius adnitendum erat domi excipere attestationem) habetur in Actis scripta declaratio, reddita tempore prioris processus quae iuramenti fide confirmata non est. Hac de ratione Curia Sabarien. necessitate inducta est novum processum conficiendi.

3.° Ex totius caussae actis erumpit maximum partium studium excitatum fuisse quod consequitur caussae progressum et exitum. Hoc contigit nedum quia familiae, de quibus res est, principem obtinent locum in civitate Hungarica ; sed etiam quia rationes hodiernae controversiae ex iis sunt quae tangunt intimum statum familiarem, et in medium vocant facta domestica secretiora eademque non laudabilia. Inde factum est ut veritatem detegere sit difficile negotium, et Emus Primas, post quatuor sedulo et integerrime expletas iudiciales instantias, in citatis litteris causam vocet *difficillimam.* Iuvat ad rem referre quae habet sententia Sabarien., quae professa est se sentire « influxum ista-« rum circumstantiarum conturbantem quominus nonnulla facta cum « hoc matrimonio coniuncta, rite innotescant. Circumstantiae sunt hae : « I. Aladarus e Comitibus Széchényi licet pluries citatus sit, licet Prae-« sidentis huius Tribunalis verbo tenus id iteratis vicibus promiserit, « licet in hoc processu per se et ratione litterarum ipsius sit maxime

« interessatus ; tamen constanter recusavit testimonium proferre: et licet « viva voce rursus promiserit se libenter depositurum esse benévolas « fassiones, tamen ad quaestiones litteris ei propositas, responsum dare « simpliciter recusavit; immo litteris suis die 5 mensis iulii 1909 datis, se « fortiter opponit examini fratrum et cognatorum, vi resolutionis S. C. « Concilii diei 19 mensis iunii 1909 determinato ». Revera, notat praefata Sententia, iidem testes qui attestationem reddere recusarunt, sunt ii qui vel una vel alia ratione, directe aut indirecte, ad Romanam Sedem clamores pervenire fecerunt processus defectus denunciantes et expetentes ut novi testes audirentur. - Quod tamen veritati non esse conforme, infra adnotabitur.

4.° Verum ex hisce testibus interrogandis ad praescriptum Sacrae Congregationis Concilii, unus subiectus est examini, scilicet Domina Dorothea Baronissa Pereira, quae tamen intimius praeoccupata vel ardenti partium studio, vel aliis praeiudiciis, attestationem reddi disse dicenda est ; quippe quae cum fassa sit « se nihil scire de factis quae « nata sunt, vel metum incutere, vel metum incussum significare in « patiente, » interrogata tamen ex officio : « Qual' è la sua opinione se « questo matrimonio fu contratto per violenza ? » respondit : « La mia « opinione personale è che non fu usata violenza ». Sed quomodo hoc audet asserere, si penitus facta ignorat quae ab aliis testibus asseruntur ? Porro neque proponenda erat eiusmodi interrogatio , « quia certum « in iure est testes de eorum iudicio et credulitate deponentes non pro- « bant » ut in *decis. 299, n. 3 ; decis. 371, n. 6 ; decis. 589, n. 2, part. III,, inter Recent.* « Testis enim officium est deponere de factis sibi notis, « non iudicare » : ita in *decis. 285, n. 8 ; decis. 34, n. 22, part. IV, tom. Il, inter Recent.*

Quamobrem, ad diiudicandam vim huius agminis testium, ultro recedentis a concertatione iudiciali, recurrit effatum : « *Ab uno* (teste) *« disce omnes* ». Reapse hi testes, ad ultimum producti uti testes locupletissima dum accusationem facere recusarunt, reddiderunt rationem probabilissimam, videlicet « respective declararunt se de matrimonio* « quaesito nullam rationem reddere et in eo nullam lucem afferre posse » : ita asseritur in sententia Sabariensi.

5.° Circa autem rationem agendi Domini Aladari Széchényi, perpenderunt Domini quod ipse protestatus est sui honori et dignitati magis conducere ut silentium servet. Ait enim in litteris diei 5 decembris 1909 in quibus obtestatus, omnino se apponere quominus sui fratres et cognati in hac caussa deponant. « Quomodo possunt fratres et cognati « mei turbari et inquietari in caussa quae revera ad eos nulla ratione

« pertinet ? Et quomodo potest componi cum mea dignitate ut a fratribus « et .cognatis iudicer in causa in qua ego ipse silentium servandum puto « et eos ut testes nec nominavi? Simul praedicere possum, si indifte- « rentiam meam relinquam, illis inferam damnum qui solutionem ma- « trimonii quolibet modo impedire volunt ». Unde patet, non velle se opponere solutioni matrimonii, immo hanc desiderare. Sed igitur quare non testatur de factis quae ab aliis testibus asseruntur ? Responsio habetur in praecitatis verbis quibus non vult ut sui cognati deponant in hac caussa quae certe sibi non redundat in laudem et gloriam. Nam quod vir cogatur asserere in iudicio, se uxorem duxisse metu compulsam, quam semper habuit a se alienam, et modo coniunctam civili, ut vocant, foedere suo consobrino Bartelau Széchényi, est res amara nimis et dura, praecipue viro qui nobili genere gloriatur. Praesertim quia si sponsus eiusque consanguinei testimonium protulissent, inviti quidem sed necessario de crudelitate sponsi erga mulierem deponere debuissent. Eo magis quum sibi plures adversentur testes deponentes de eius saevitiis in uxorem.

Quod si domestica facta in processu asserta cum veritate minime congruerent, haec cum sibi, suae familiae, suo generi tam sint iniuriosa, maximo animi ardore eadem refutare in iudicio Aladarus contendisset, uti omnimode praesumendum est. Unde coniicere liquet nullo inniti fundamento assertionem Dominae Pereira quae totius negotii ignara (uti ipsa testata est) tamen ex auditu refert : « Ho sentito che corre la voce « eh' egli avrebbe fatta la promessa a suo cugino Bartelau Széchényi, « di non opporsi per niente al divorzio ». Verum huiusmodi coniectura, haec praesumpta conventio, e diametro pugnat cum sensibus quos significat et alte proclamat Aladarus in citatis litteris.

Hisce praenotatis quoad facta et litis praecipua adiuncta, ad *ius* et *meritum* quod attinet, Patres in primis considerarunt quod matrimonia, cum nequeant consistere sine consensu *(c. 5, de bigam. I. 30, de R. I, G. 14, de spons. et matrim.)* plena libertate et securitate gaudere debent ; adeo ut, iuxta Sacros Canones, coniugia inita per vim et metum qui gravis sit, externus et a libera caussa incussus iniuste ad extorquendum consensum in matrimonium, irrita sint ex *cap. 14, 15, tit. I, lib. IV. Decret.* Quae canonica dispositio merito extensa est ad metum etiam reverentialem, si eidem aliquid aliud accedat, ex. gr., preces importunae, iurgia, vexationes et similia. (D'Annib., *t. Z, pag. 138, edit. III;* Gaspar, *de matrim, t. II, pag. 54, edit. III).* Hoc etiam saepius declaravit S. C. Concilii et hic sacer Ordo, uti in *Parisien. 26 febr. 1910* et in recentissima *etiam Parisien, c. Many, 13 mart. 1911.*

In themate vero Patres animadverterunt, Comitissam Nataliam virum alium, Comitem Harnancourt, amore prosequutam fuisse: ideo matrimonium cum Aladaro, sibi a patre proposito^aversatam esse: « Repugnavi » fatetur Comitissa, « quia alterius amore eram incensa ». Quapropter protestata est, se Aladarum non amare ; seque cum eo numquam esse contracturam ; imo potius esse illaturam sibi mortem, quam in patris sententiam concedere, et lacrymas fundens, quantum potuit restitit, et ad novissimum usque momentum protestata est se ab his nuptiis vehementer abhorrere. Cum igitur aversio animi Comitissae a propositis nuptiis constans appareat, cumque de illius contraria voluntate in illa constet, violentia iure praesumitur et laesa libertas ad essentiam contractus requisita, ut tenuit Rota, c. Ludovisio, *decis. 326, n. 7 :* « .... veri- « similitudinem deducendo a nimia animi aversione ac repugnantia.... « quae sicut declarant, animum Marchionissae alienissimum a dictis « nuptiis *I. si quis. § plerique, ff. de releg. et sumpt.,* ita rem oven t con- « sensum a contractibus ».

Quam iuris praesumptionem fortius esse in casu urgendam Dominis visum est quippe quia et Patris Comitissae indolem talem esse refertur a testibus, ut eius voluntas omnibus esset lex absoluta, cui nemini contradicere liceret et quidquid ipse vellet per fas et nefas obtineret : «Comes Emanuel quod voluit, perfecit quoque: haud frustra appella- « batur : Homo ferreus » ut ait testis Iolantha Szentmiklóssy ; aut, ut attestatur Domina Fischer : « Verus tyrannus erat et contradictionem « non est passus : - seu : adeo durus... ut si coelum cum terra commi- « scerentur, quidquid vellet fieri deberet » ; et quia Comes Andrassy, uti testes omnes fatentur, ad matrimonium Nataliae cum Aladaro imponendum, impendebatur a magno commodo quod eius familia sentiret ex maioratu cuius haeres erat Aladarus. Tali itaque homini, ob talem caussam matrimonium proponenti, vel filiae Nataliae obtemperandum erat contra suam voluntatem, vel eius indignationem pati perpetuam debuisset, si non obtemperasset. Iamvero sola parentis indignatio duratura, ita prolis libertatem promovet, ut consensus in iure deficere censeatur (Sánchez, *De matrim, disp. VI, n. 14;* D'Annib., *Summ. 1.1, § 14):* quia in metu reverentiali, ille qui coactionem a parente sustinet, longe graviorem impetum patitur, reverentiae et affectus caussa; atque ideo quodlibet periculum, si cum reverentia coniungatur, libertatem laedit, ceu tenuit Rota, c. Royas, *decis. 491, n. 8.* « ... in his terminis sufficit metus « reverentialis, iuncto cum periculo mali gravis probabiliter opinati, ex « sola parentis indignatione ».

Sed in casu non agi tantum de metu reverentiali, verum de *metu*

cadente in constantem virum, et hoc directa ac concludentissima probatione ex actis firmari Domini censuerunt. Nam concesserunt Domini, Nataliam *contumacissimae fuisse naturae :* ideoque non cessisse patris voluntati ex simplici in patrem metu reverentiali qui consequitur, ut tenuit Rota in *decis. 105, n. 3, part. Recent.* « ex continua importuni« tate patris et assiduis precationibus et imprecationibus » ; ast in themate habitus est « metus praesens, instans ex minis non difficile ad « exitum perventuris », uti considerat *decis. 154, n. 6, part. XIV Recent.* Pater enim ad matrimonium filiam suam coegit iussu absoluto, asperitate et saevitia, minis atque verberibus. Narrat Baronissa Fischer: « Sensus Nataliae erga Comitem mihi noti erant, et scivi eam consilium « suum tam facile non mutare. Cum Corniti (patri) quaestionem posuis« sem, quid Natalia ad sponsalia diceret ? sequens accepi responsum : « " Hoc ego a filia mea non interrogo : hoc matrimonium propter maio« ratum.... volo atque cupio " ». Ludovicus Wagner refert : « Comes Em« manuel clamore magno et valido haec proferebat: " Tu debes illi nubere; « nam coeterum te claustro includi iubebo et exhaeredem te faciam « Ego ipse vidi et audivi quando Comes filiam cubiculo inclusit et dixit: « " Hic manebis eousque dum declares te Aladaro nubere, quia tu debes « consentire " ». Actrix vero addit : « Pater meus dixit se velle me in noso« comium amentium collocare, quod ego valde timui quia pater meus « nimis crudelis erat ». Quae confirmantur a testibus Baronissa Fischer et Augustino Speczian : testis vero Ioanna Szentmiklóssy de patre testatur : « Ipse enihi mihi dixit se fracturum cervices filiae suae si talem « fortunam non arripiat. Verberavit quoque filiam suam.... verberatam « non vidi; sed a familiaribus audivi eamdem colaphis coesam fuisse ». Et testis Ludovicus Wagner addit : « Ego ipse vidi Comitissam a patre « suo verberatam fuisse.... una vice propriis oculis vidi Comitissam ob « hoc matrimonium a comite Emmanuele verberatam fuisse ». Profecto, facta huiusmodi talem praeseferunt gravitatem, ut in illorum conspectu, mens vel constantioris viri non trepidare non poterat. Hinc mirum non est quod mater Actricis litteris fassa sit « veritati omnino concordans « esse, filiam.,.. Nataliam.... a mortuo meo marito Emmanuele.... revera « coactam esse ut Aladaro ... nuberet » ; et prorsus credibile est quod recolit testis *Speczian,* nempe: « Comes Emmanuel Andrassy haec mihi « dixit : " Vide : me poenitet quod filiam meam vi coëgerim Aladaro nii« bere: sed ego bonum intendi " ». Iamvero, metus huiusmodi dicitur cadens in constantem virum ad normam *decis. 196, n. 8 et sqq. part. IV, t. 1, et decis. 516, n. 8, part. V, t. II. Recent.*

Sane ad matrimonium ineundum ex ipsa rei natura requiritur

plenus consensus, integra libertas et securitas, « ne quis propter timo-« rem dicatur amare quod odit et inde sequatur infelix exitus qui ex « invitis nuptiis solet provenire », uti praescribit *cap. 14, de spons.* et commentantur plures H. S. O. Decisiones, ceu *decis. 246, n. 6, part. III; decis. 38, n. 1, part. XIV. Recent.* Porro, ut in casu infelix exitus sequutus est, ita provenit ex vitiata radice non liberi consensus.

Inde patet metum patris nedum *gravem,* sed et *iniustum* fuisse, quia Natalia inducta est nubere ei quem oderat: et in hoc consistit iniustitia metus. Nam ex iure divino et ecclesiastico, filii non tenentur exquirere consensum parentum dum nuptias ineunt, neque eorum voluntatem sequi coguntur ». Matrimonium ait *decis. 493, n. 30 seq. part. IV, t. II,* « nullius arbitrio pendere debet : - et a quacumque coactione im-« mune esse debet ». *(Decis. 242, n. 13; decis. 346, n. 7, part. XIV. Recent.).* Quod si pater in metu inferendo bonum sive filiorum sive parentum intendat, optima potest esse sua intentio coram Deo et hominibus; sed metus, quatenus laedit libertatem filiorum in matrimonio contrahendo, vulnerat eorum ius et fit iniustus, et hinc causa nullitatis matrimonii, si sit gravis.

Neque in quaestionem adduci posse rati sunt Domini, revalidationem matrimonii ex diuturna praesumptorum coniugum cohabitatione pene ad viginti annos, et ex secuta copula et procreatione quatuor filiorum. Nam metus in hodierna quaestione qui tot ac tantos habet testes qui narrant facta in ipsam publicam famam evulgata, omni procul dubio est publicus in sensu iuris ; et publicus erat tempore initi coniugii, quod proinde tali vitio laboravit in facie Ecclesiae. Unde coram ipsa Ecclesia sanandus erat, iterata solemni forma tridentina. Hoc non dubitati iuris est hodie ex declaratione S. Poenitentiariae, auctoritate Pii V data, quam refert Benedictus XIV, *quaest, can. 317,* et *Instit. Eccles. 87, n. 62.* Idem scribit : « Si matrimonium publice initum est coram parocho et duobus «testibus et impedimentum quoque publice innotuerit, idem matrimo-« nium rite confirmari nequit, nisi consensus iterum coram parocho et « duobus testibus praebeatur ». Et *I.* eod. *n. 63.* « Haec ita decrevit Poe-« nitentiaria Sancti Pii V Pontificis auctoritate, uti Navarras fatetur.... « id etiam probat S. C. Concilii, uti tradit Fagnanus.... Insuper cum « S. Rotae Auditores huius sententiae veritatem in dubium revocassent, « Cardinalis Carafa, Congregationis Concilii Praefectus, duos ex iisdem « Auditoribus accivit, Seraphinum nempe et Comitolum, quibus ostendit « decreta a S. Congregatione super hac re confecta, Poenitentiariae insti-« tutis et S. Pii V declarationi esse consentanea. Qua de re Patres Sa-« crae Rotae in posterum expositam paullo ante sententiam sequuti

« constanter fuerunt ». Notat praeterea Card. Gasparri, *De matrim, vol. H, n. 1419, edit. III:* « Pariter folium S. G. C. in Panormitana, nullit, ma-« trini. 30 sept. 1719 tradit : " S. Congregatio saepius respondit hodie post « Concilium Trid. matrimonium metu contractum, purgato metu per « cohabitationem cum carnali copula aliosque actus, non revalidan nisi « iterum contrahatur, adhibita rursus eiusdem Concilii forma ". Confir-« matur ex iurisprudentia eiusdem S. C. quae probato metu, nullum « pronuntiat matrimonium, etiam post diuturnam cohabitationem et « plures habitos filios, nullatenus sollicita de consensu privatim, expresse « vel tacite, praestito ».

Hisce perpensis, visum est RR. Patribus efficacem non esse exceptionem suspicionis promotam a Defensore vinculi adversus universa acta processus, maxime quia testes, ipsius S. Sedis auctoritate citati, in iudicium comparere recusarunt; nam excusationis caussae, ob adiuncta *facti* iam perpensa, visae sunt sufficientes ad reddendam rationem eorum contumaciae, quamvis haec certe probanda non sit, cum eorum ratio agendi sit aliena a regulis iuris et ab obsequio Ecclesiasticae Auctoritati debito. Item animadversum fuit, quod horum testium depositio magis erat exquirenda, quippe qui habebantur uti testes *ex officio* citati ab ipsa S. C. Concilii auctoritate D. N. Pii Papae X: et S. C. Concilii, non semel hisce etiam postremis annis, caussae definitionem, etsi testes a partibus adducti rem omnino evincere viderentur, differre censuit, ea significata mente, scilicet desiderari testes *ex officio,* uti in Parisien, matrim, mensis iulii 1897. - Nihilo secus visum est Patribus quod, omnibus attentis, caussa testium contumaciae tribui non posse proposito colludendi cum Actrice, seu non revelandi facta eius caussae adversa, sed quia revera huiusmodi facta vel ignorabant vel in iudicio eadem confirmare nimis gravabantur. Praeterea veritati non est conforme quod asserit Curia Sabarien. hos testes ipsos provocasse suam citationem in iudicium: nam aliunde fuisse eos provócalos in iudicium, constat DD. Auditoribus.

Perperam etiam dicitur, incredulitatem sapere factum quod Natalia per annos pene viginti infelicissimam egerit vitam cum viro et ab eodem se liberare non studuerit, nisi postquam vir eam dereliquerit. At Natalia se liberare non potuit a vita coniugali, suo vivente patre; constanter enim hic contra illam ferebatur. Mortuo patre, atque anno luctus expleto, sententia divortii petita non fuit ob matris Actricis infirmitatem; ob eiusdem Actricis erga puerulum Georgium affectionem, qui debilis cum esset, auxiliis egebat materais; ob fratris Actricis oppositionem, et, postremo, ad curandam rei familiaris compositionem.

Obtento autem civili divortio, nil mirum quod Natalia a proprio Advocato petierit qua ratione possit divortium etiam in nostro foro obtineri. Non solent enim foeminae caussas canonicas matrimoniorum nullitatis cognoscere. Et notandum quod, enumerata ab Advocato impedimentorum serie, Actrix reposuerit matrimonium suum esse nullum ob vim et metum : probe itaque noverat se sub metus influxu matrimonium ipsum contraxisse.

Caeteris omissis quae ad Nataliam referuntur, quoad theoricam qua duci visa est Curia Veszprimien. in non admittendis testibus cognatis et consanguineis ob nimium interesse morale in caussam, Patres perpenderunt, indubitati iuris esse et certissimae iurisprudentiae, in hisce matrimonialibus caussis consanguineos et familiares admitti et aliquando testibus extraneis praeferri, quia facta domestica ab illis melius coeteris cognosci praesumuntur. Sed si desint in processu attestationes consanguineorum, fides processus non extenuatur, dummodo adsint testes extranei fide digni et informati, ut tenuit Rota, in *decis. 147, n. 4, part. I; decis. 315, n. 1, part. V, t. I; decis. 292, n. 3, et decis. 293, n. 5, part. VIII. et decis. 115, n. 13, part. VII. Recent.*

Denique quoad factum denegatae attestationis viri eiusque cognatorum, Domini considerarunt quod in ratione iuris, quicunque fuerit eorum animus, recolenda est regula « quod magis sit credendum « duobus testibus de metu deponentibus, quam mille negantibus vel « asserentibus de spontanea voluntate.... nam deponentes super spon- « tanea, ut ita loquar, voluntate, deponunt de actu mentali et invisibili « qui soli Deo notus est ; alii vero deponentes de metu-, attestantur de « minis et tormentis et similibus, quae sensu corporis percipiuntur. « Hanc opinionem ampliabis veram esse, etiamsi unicus testis deponeret « de metu, quia illi magis crederetur, quam mille negantibus vel spon- « taneam voluntatem affirmantibus » ; ita tradit Mascard. *De probat, conclus. 1057 ;* Sánchez, *De matrim. I. 1, disp. 27;* et huius S. Ordinis iurisprudentia firmat ut in *decis. 301, n. 31, part. XI; decis. 212, n. 9 et 11, part. XIV. Recent.*

Neque assertis factis fidem esse denegandam censuerunt Domini, quamvis aliquis ex testibus sibi contradixerit, uti testis Wagner qui dum in primo processu asseruit patrem filiam non verberasse, e contra in postrema depositione ait : « Ego ipse vidi Comitissam a patre suo « verberatam fuisse » ; et hinc idem testis videatur periurius. Nam aliorum concordant attestationes quae sunt satis concludentes, et ipse Wagner rationem sui praecedentis silentii satis probabilem reddit, inquiens : « Per se patet me respectu habito ad Dominum Comitem et

« posterius ad familiam, nemini de hac re locutum esse ». Quae ratio agendi testis, utique non est laudanda; sed est in themate notatione dignum quod in tota hac causa hic dominatur sensus in testibus et in partibus, nempe timor laedendi honorem familiarum principum de quibus res est in hodierno iudicio, si veritas absque ambagibus detegatur.

Quibus omnibus sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes : *Affirmative* seu : *Constare de matrimonii nullitate in casu.* Expensas autem iudiciales ab Actrice substinendas esse decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et Ministris tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. 3, Sess. XXV,* Conc. Trident., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 2 Iunii 1911.

Michael Lega, *Decanus Ponens,*
Guilelmus Sebastianelli.
Seraphinus Many.
Franciscus Heiner.
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.

L. ✠ S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

II.
ARETINA.

PENSIONIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 25 Novembris 1911, RR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de Turno, in causa* « Aretina-Pensionis » *inter Donatum Donati, parochum Plebanum S. Eugeniae loci* Bagnoro, *repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Vintium Sacconi, et Aemilium Marcantoni, oeconomum Curatum S. Agathae loci* Saccione, *repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Aloisium Lavitrano, deputatum ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Inter plura beneficia in dioecesi Aretina super quibus iurepatronatu fruitur nobilis familia Genteni Romani, recensetur beneficium parochiale S. Eugeniae loci *Bagnoro* et aliud pariter beneficium parochiale S. Agathae loci *Saccione.* Anno 1875, mense martio, Henricus e praedicta familia preces SSmo obtulit ut annuus reditus ribellar. 100 resultans ex oeconomus beneficiorum vacantium et de patronatu eiusdem familiae, prius paroeciae loci Monistero, et dein vi unionis et suppressionis eiusdem devolutus paroeciae loci Bagnoro cui fuerat incorporata, cederet et elargiretur favore paroeciae praefatae S. Agathae ad huius inopiae occurrendum: « È avvenuto pertanto che in conseguenza « dell'ammensazione e riunione fatta già colle debite facoltà delegate « dal Concilio di Trento sino all' anno 1857, della soppressa chiesa di « S. Biagio a Monistero alla predetta chiesa di S. Eugenia a Bagnoro, « ha questa migliorata la sua condizione di circa Lire cento annue, per- « venutele da detta soppressa chiesa di Monistero, e perchè succeduta « nei diritti della medesima e risultanti dalla così detta economia dei « benefici Centeni.

« Laonde il patrono Oratore supplica umilmente la S. V. a volersi « degnare di aggiudicare la detta somma di L. 100 circa alla chiesa di « Saccione, onde resti alquanto sollevata la misera condizione di quella « stessa chiesa, che è veramente insufficiente a porgere il necessario « alimento al suo titolare....». Orator Apostolico rescripto diei 16 Aprilis eiusdem anni per organum S. G. E^E. et RR. emisso, quo impertiebatur « cessio et unio perpetua annui reditus libellarum 100 favore eccle- « siae paroecialis S. Agathae » voti compos factus fuit.

Ordinarius Aretinus in decreto executionis relati rescripti loco decernendi translationem seu cessionem et unionem dicti reditus, satis habuit indulgere « ut super reditibus eiusdem ecclesiae Plebanae (S. Eu« geniae), cui fuit perpetuo adnexa et incorporata alia paroecia S. Blasii « loci Monistero, imponatur subventio libellar. 100 favore rectoris pro « tempore paroecialis ecclesiae S. Agathae de Saccione ». Novus parochus tunc temporis, Petrus Gardeti, suprascripti patroni precibus, qui eum ad paroeciam plebanalem iam praesentaverat, ita consensum praestitit: « Mi obbligo di stare all'esito delle ridette preci, contento che la « prestazione che sopra, goduta fin qui dalla parrocchia di Bagnoro, « venga rilasciata a favore della predetta chiesa di Saccione, conforme « prestai a ciò ogni opportuno consenso neh' invio delle rammentate « preci ».

In posterum vero utrum statuta pensio vel subventio iuxta executoriale decretum fuerit soluta rectori ecclesiae loci Saccione Paschali Moretti usque ad annum 1888 quo hic defunctus est, licet parochus Gardeti, nunc canonicus ecclesiae Cathedralis, id deneget, non satis liquet, cum ex aliis testibus adductis contrarium eruatur : certe tamen ab eo tempore usque ad annum 1905, quo oeconomus paroeciae loci Saccione renunciatus fuit actualis recurrens Aemilius Marcantoni, pensionis solutio locum non habuit, quia paroeciae vacantis Saccione administratio prius coaluit in Plebano Cardeti usque ad mensem Decembris an. 1890, et ab hoc tempore ad actualem plebanum Donatum Donati devoluta fuit.

Obtenta vero paroeciae administratione a neo-oeconomo Marcantoni et an. 1908 detecto in archivio parochiali memorato indulto, hic sollicitus fuit, opportuno oblato recursu apud S. Congr. Episc, et Regul., urgere, ut plebanus Donati ad tramites Apostolici Rescripti ann. 1875 et successivi decreti Episcopalis diei 12 Maii eiusdem anni cogeretur ad impositam pensionem persolvendam; contra hanc petitionem parochus plebanus excepit obreptionem et subreptionem Pontificii Indulti et subordinate nullitatem decreti Episcopalis. Constituta nova Romanae Curiae ordinatione ex Constitutione SSmi *Sapienti Consilio,* quaestio remissa fuit S. C. Concilii: a qua vero ex SSmi commissione, praehabita Secretarii eiusdem Congregationis relatione, delata fuit cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis ad H. S Rotale Tribunal et sub sequentibus dubiis disceptanda subiicitur, nempe :

I. « An et quomodo constet de obligatione parochi loci Bagnoro « solvendi annuam pensionem libell. 100 vel aliam praestationem aut « summam capitalem favore paroeciae loci Saccione in casu ».

Et quatenus negative: -

IL « An fieri possit locus novae executioni per Episcopum facien- « dae rescripti diei 16 Aprilis 1875, ita ut haec obligatio inde oriatur « in casu ».

In praesenti controversia tria in disceptationem revocari possunt: \.° An Apostolicum Rescriptum diei 16 Aprilis 1875 obreptitium et subreptitium spectari possit. 2.° Utrum decretum executoriale Episcopi Aretini diei 12 Maii eiusdem anni nullitate laboret. 3.° Et, quatenus affirmative ad 2um, utrum post tot annorum lapsum nunc ad novam executionem ab actuali Praesule deveniri possit.

Quoad 1um Rmi Patres in facto observarunt memoratum rescriptum obtentum fuisse « audita prius informatione Ordinarii Aretini », qui testatus est de miseris conditionibus paroeciae S. Agathae et de nullo damno obventuro paroeciae plebanali ex enunciati reditus cessione: « Considerando che la menzionata somma di circa L. 100 sarebbe « affatto estranea alla parrocchia di Bagnoro, come difatti inaspettata- « mente alla medesima pervenne, di buon grado raccomandiamo . . . . ».

In eiusmodi casibus prae viarum informationum adest praesumptio omnia nota facta fuisse Pontifici neque ipsum fuisse circumventum, iuxta *cap. In praesentia, § fin. de prob,* et tenet Lotherius *in re benefic., lib 3, q. 18, n. 12* et pluries docuit nostrum S. T. *dec. 201, num. 2, p. 1,* inter recent, et in *Romana dec. 613* coram de Cursus *n. 5.*

Revera, si expendantur tum preces patroni Centeni an. 1875 ad Ap. Sedem directae, tum subsecutum rescriptum, incriminata obreptio et subreptio ut ab hisce excludatur necesse est. Patronus expostulavit, ut reditus resultans ex oeconomus beneficiorum vacantium vi suspensae per decennium collationis et in quota parte assignatus ex decreto Episcopi Aretini an. 1872 in summa annua circa libell. 100 paroeciae loci Bagnoro, adiudi care tur alteri pauperi paroeciae S. Agathae de Saccione. Ratio motiva afferebatur quia paroecia Bagnoro fruebatur annuo reditu licet illiquido libell. 1812,24, tamen sufficienti ad parochi sustentationem, dum e contra alterius reditus in libellis 727,37 ex detractione onerum ita tenuis evadebat, ut prorsus insufficiens evaderet ad rectorem ipsius alendum. Adversa pars contendit huiusmodi expositionem fuisse obreptitiam et subreptitiam, tum quia reditus paroeciae iuxta acta relationis S. Visitationis censentur in libellis circiter mille, oneribus non detractis, tum quia ex regula octupli calculationis civilis super parte aliquota reditus imponibilis resultat in libellis 1151,49.

At haec criteria Rmis Patribus non undequaque certa apparuerunt, praesertim illud de calculatione civili iuxta reditum imponibiiem, cum

hic non semper respondeat veritati: potius ipsi standum esse iudicarunt descriptioni redituum factae a Curia ex iussu Apostolicae Datariae an. 1889, ipsis parochis denuntiantibus.

Iam vero Episcopus Aretinus in suis litteris diei 20 Aprilis 1909 haec de reditu utriusque paroeciae exponebat: « Descriptio Curiae pro « Bagnoro habet reditum libellar. 242Í. et detractatis oneribus 1069,24: « pro Saccione reditum libell. 862,05 et detractis oneribus libell. 263,18 ». Cui reditui paroeciae loci Bagnoro usque ab anno 1907 accesserunt annuae libellae 310,42 uti congruae supplementum et libell. 135 pro cultus expensis ex industria actualis Plebani a gubernio concessae.

ulterius, quod in hac parte omnem dirimit controversiam circa capacitatem paroeciae loci Bagnoro ad impositum onus sustinendum, est decretum Episcopi Aretini de anno 1857 quo paroecia loci Monisterio suppressa est et unita fuit plebaniae de Bagnoro.

Ante unionis decretum praedicta paroecia erat gravata pensione 10 scutatorum favore suppressae paroeciae: at haec pensio post unionis decretum ad libellas 100 elevata est per decennium favore alterius paroeciae loci Saccione. Anno 1872 ex alio Episcopi decreto alius reditus plebanali ecclesiae adiunctus fuit in annuis 100 libell, resultans ex cumulo summarum ex oeconomus, beneficiorum Centeni, et quae erant elargiendae favore paroeciae Monistero plebanali ecclesiae iam incorporatae. Huiusmodi reditus patronus Centeni expostulavit ut uniretur paroeciae loci Saccione, cui iam alio tertia pars reditus ex praefata administratione beneficiorum Centeni cesserat iuxta memoratum super decretum. Redeant patroni verba in expositione facta S. Sedi: « Ha « questa chiesa di S. Eugenia a Bagnoro migliorato la sua condizione « di circa L. 100 annue pervenutele da detta soppressa chiesa di Moni« stero, e perchè succeduta nei diritti della medesima e risultanti dalla « così detta economia dei benefici Centeni ».

Quam summam ipse expetivit adiudicari paroeciae loci Saccione.

Age vero paroecia loci Bagnoro ante descriptam assignationem necessariis mediis non carebat ad suum rectorem alendum: quin imo eius reditus gravari potuit pensione licet temporanea. Si itaque novus reditus in lib. 100 an. 1872 elargitus favore paroeciae Monistero, iam Plebaniae incorporatae, ab hac dein transferebatur in aliam pauperem paroeciam, nempe in illam loci Saccione, dici profecto nequit per factam cessionem paroeciam loci Bagnoro in sua congrua portione fuisse laesam, quae ante decretam uti supra unionem gravabatur pensione 10 scutatorum, iuxta citatas Episcopi Aretini litteras: «Antequam Ba« gnoro uniretur cum paroecia de Monistero, favore huius secundae

« solvebat pensionem annuam scutatorum decem », et dein haec pensio ad 100 libell, evecta fuit ut supra favore paroeciae loci Saccione.

Neque visum est admitti posse prolatum ex adverso argumentum ad coarguendas patroni preces de subreptione, eo quia in ipsis mentio non recurrit de expensis quas parochus loci Bagnoro obire debuisset pro manutentione capellani residentialis in suppressa [paroecia loci Monistero. Nam hoc capellani onus neque initio consecutionis paroeciae impositum fuerat parocho Gardeti, neque in posterum, quando ipse an. 1889 locavit bona suppressae paroeciae in libellis annuis 400, uti ex allegata locationis syngrapha eruitur. Igitur de hoc onere loqui necesse non erat in dictis precibus, eo vel magis quia in eventuali adiecta obligatione reditus ex enunciata locatione profluentes expensas pro capellani manutentione compensabant.

Neque item in themate dici potest defuisse parochi consensum, ceu in praevia informatione Ordinarius Aretinus testatus est preces patroni Centeni commendando. Id ulterius resultat ex parochi Cardeti declaratione emissa ante gratiae concessionem, quae ita sonat : « Colla presente mi obbligo di stare all'esito delle ridette preci, contento « che la prestazione di cui sopra, goduta fin qui dalla parrocchia di « Bagnoro, venga rilasciata a favore della predetta chiesa di Saccione, « conforme a ciò prestai ogni opportuno consenso nell'invio delle ram- « mentate preci ». Neque aliquid refragatur quod, quando hic praestitus fuit consensus, parochus Gardeti erat tantum parochus electus seu adhuc carens institutione, canonica, nam ut dici usuvenit praestitit *nunc* pro *tunc:* aliunde de eius revocatione post obtentam institutionem non constat, cum ipse nuperrime declaraverit animum habuisse tantummodo retractandi, casu quo Apostolicum indultum non rite fuisset executioni mandatum : « Lo scrivente non fu richiesto del suo consenso, che avrebbe « certamente rifiutato, se si fosse voluto col decreto esecutoriale cam- « biar natura alla cessione domandata ».

Ad alterum quaestionis punctum Rmi Patres devenientes, obser. varunt decretum Episcopi Aretini diei 12 Maii 1875 quo memoratum rescriptum executioni mandatum fuit, nullitate laborare et quidem in substantialibus. Nam primo in eo non servati sunt termini factae concessionis, sed huius obiectum arbitrarie mutatum fuit, quamvis id ex errore et bona fide contigerit. Revera Summus Pontifex congruenter ad factam a Patrono Genteni expostulationem de adiudicatione annui reditus libellarum 100 resultantis ex oeconomus beneficiorum vacantium favore paroeciae Saccione, benigne commisit Ordinario Aretino « ut peti- « tam pro suo arbitrio et conscientia indulgeat cessionem et unionem

« perpetuam enunciati annui reditus libellarum 100..... favore ecclesiae « paroecialis S. Agathae loci Saccione ».

At Ordinarius, loco concedendi huius reditus cessionem et incorporationem, aliud prorsus cencedere ratus est, nempe gravare reditus paroeciae loci Bagnoro annua pensione seu subventione libell. 100 favore paroeciae loci Saccione. Ita enim legitur in executoriali decreto: « Indulgemus ut super redditibus eiusdem ecclesiae plebaiiae, cui fuit « perpetuo adnexa et incorporata alia paroecia S. Blasii de Monistero, « imponatur subventio libellarum centum favore rectoris pro tempore « parochialis ecclesiae S. Agathae ». Iam vero quantum haec executio fuerit abnormis a mente Apostolici indulti ex sequentibus etiam patet- Pensio sic imposita remanebat onus reale et perpetuum in paroecia loci Bagnoro et quotannis in praefixa summa satisfaciendum. E contra per indultam cessionem paroecia libera remanebat, et enunciatus reditus, in schedis debiti publici investitus, variationibus obnoxius evadere poterat. Hinc Episcopus Aretinus in suo decreto executivo, imponendo dictam pensionem aliud pro alio egit in praeiudicium paroeciae loci Bagnoro, et mandati limites praetergressus est.

Secundo in praefato apostolico rescripto conditio fuit apposita « dummodo accedat consensus parochi ecclesiae S. Eugeniae vulgo *Ba- « gnoro* ». Episcopus de.huiusmodi consensu obtinendo nullam rationem habuit, licet in decreto executivo edicatur: « Constito nobis de consensu « rectoris ecclesiae plebanae S. Eugeniae in loco nuncupato Bagnoro ». Parochus Cardeti utique assenserat cessioni reditus libellarum centum, uti superius visum fuit; sed hoc toto caelo differt ab impositione annuae pensionis libellarum, quam perfracte renuisset si super hoc fuisset interrogatus: « Lo scrivente non fu richiesto del suo consenso, che « avrebbe certanïente rifiutato se si fosse voluto col decreto esecuto- « riale cambiar natura alla cessione dimandata ».

Etiam ergo super hoc Episcopus non servavit mandati formam.

Neque obtendatur fortasse Episcopo id sibi licuisse ex illis verbis in Apostolico rescripto appositis « pro suo arbitrio et conscientia ». Nam in themate non agitur de gratia facienda, sed de gratia iam facta a R. Pontifice; ideoque Episcopo, uti executori necessario et non voluntario, licitum non erat assignatos terminos transgredí. Citata vero verba nonnisi reverentialem expressionem referunt erga executorem,quin ei conferant ullum arbitrium et potestatem variandi factam concessionem, uti passim docent auctores De Rosa, De *exec. Uter. Ap., p. I, cap. 1, n. 76;* Card. D'Annibale, *Summula Theol. Mor., Vol. I, n. 222 in nota ;* Trombetta, *Praxeos regula circa contract. re. eccl., cap. 6, n. 3;* et passim docuit S. C. Con-

cilii uti in *Romana* seu *Auximana. Subsidior. dotalium* die 6 Decembris 1846 in § *qua obtinente* .... ibi: « Clausulae *veris existentibus nar-« ratis* .... *arbitrio et conscientia* .... sunt conventionales formulae ob « reverentiam in executorem, non substantiales ac intrinsecae conditio-« nes: ponuntur enim vel ne inscio Ordinario gratia sortiatur effectum, « vel ne modo parum decenti executio ipsi iniungatur; et quidem diver-<< simode adhibentur pro personarum diversitate ».

In iure autem vulgatum est, executionem mandati nullam esse si delegatus in ea facienda fines mandati excessit. « Nam qui excessit, ait « Reiffenstuel, *Ius can., lib. 1, tit. 29, § 5, n. 101,* aliud quid facere vide-« tur 1. *diligenter* ff. *mandati,* sicque actus est nullus si forma mandati « quoad aliquid substantiale non observetur ». Executio facta contra formam mandati nullatenus attendi debet, Rota coram Benincasa, *dec. 18, n. 15 :* idque loculentius edocetur in *cap. 22, de rescript,* ubi actus contra formam mandati emissi nullitate laborare declarantur, quod caput late commentatur Barbosa in suis *collectaneis Doctorum.*

Neque Rmi Patres item admittere potuerunt, prout contendit advocatus, defensor ex officio curati oeconomi Marcantoni, quod in incriminato decreto executorio Episcopi Aretini servata fuerit forma rescripti Apostolici saltem in substantialibus, vel Impleta fuerit per aequipollens. Falso enim obtruditur quod decreta subventio aut pensio annuarum libell. 100 imponenda super redditibus paroeciae loci Bagnoro, vicem gerere possit cessionis vel unionis reditus taxative resultantis ex administratione beneficiorum vacantium Genteni : primo per rescriptum Apostolicum vera reditus dismembratio fit favore enunciatae paroeciae Saccione, dum iuxta decretum executoriale haec locum non habet sed tantum ut onus remanet pro paroecia plebanali. Sed secundo imposita pensio in damnum vergit paroeciae loci Bagnoro, quae iuxta decretum executoriale quotannis libellas 100 solvere cogeretur, dum e contra reditus ex praedictis oeconomus, utpote investitus in schedis debiti publici, ob augmentum taxarum illum percutientium, eventuali imminutioni subiici potest, et ita summa solvenda reduci potest, ut de facto fuit reducta et brevi alteram subibit reductionem ob auctum tributum vulgo *di ricchezza mobile.* Ergo dici nequit formam rescripti servatam fuisse. Quare hic applicari debet quod docet Barbosa, *I. c. in Summario text.* ibi (contra formam): « Notatur ad hoc quod processus factus « contra formam rescripti, etiam in minimo, irritatur ex Tiraq., *De re-« tractu lig., § 1, glossa 22, Caputaquen., dec. 143, num. 5, p. 2, rec. ubi « n. 2,* quod rescripti forma debet praecise et punctualiter, non autem « per aequipollens impleri ».

Statuta in praecedenti validitate Apostolici rescripti et succedanei executorialis decreti Episcopi Aretini nullitate, Rmi Patres devenerunt ad tertium quaestionis punctum disceptandum, quod continetur in secunda dubitandi formula, scilicet: « An fieri possit locus novae execu- « tioni per Episcopum faciendae rescripti diei 16 Aprilis 1875, ita ut haec « inde oriatur ».

Ad rem Rmi Patres haec in iure prae oculis habenda esse censuerunt. Nota est divisio rescriptorum, in rescripta iustitiae, seu ad lites, et in rescripta gratiae. Haec autem sunt duplicis speciei; vel enim continent gratiam factam vel gratiam faciendam. Haec distinctio, ut advertit Card. D'Annibale, *opere citato, v. 1, n. 222,* «non ex re ipsa petenda « est, sed ex voluntate concedentis, non enim dicitur gratia facta, cum « fuerit ultro citroque, sed cum is qui illam concedit, sive per se sive « per alium annuit petitioni. Uti igitur sciamus utra ea sit, ante omnia « dispiciendum est, utrum princeps ipsemet eam concedat an alteri « concedendam remittat, sive ut nunc aiunt, utrum eam concedat in « *forma gratiosa,* an in *forma commissoria.* Quando ipsemet eam con- « cedit in gratiam eius cui illam concedit .... regulariter facta intelligi- « tur. Quando eam alteri concedendam remittit, modo facta, modo fa- « cienda intelligitur: intelligitur facta, si eum cui mandat illam concedere « constituit executorem necessarium : sin voluntarium, facienda censetur. « Utrum vero eum constituerit, aestimari debet ex verbis mandati seu « rescripti ».

In themate vero quamvis rescriptum Apostolicum sit in forma commissoria, dubitari tamen non potest quod ipsum contineat gratiam factam, ut ex ipsius tenore erumpit: « Sanctitas Sua, audita relatione Or- « dinarii Aretini, *benigne annuit* ac propterea mandavit eidem committi, « ut veris existentibus narratis, dummodo accedat consensus parochi « S. Eugeniae vulgo *al Bagnoro,* petitam pro suo arbitrio et conscientia « indulgeat cessionem et unionem perpetuam enunciati annui reditus « libellarum 100 .... ».

Igitur Ordinarius Aretinus constituitur tantum necessarius executor relati rescripti et non voluntarius, non obstante clausula « pro tuo « arbitrio et conscientia », et adiecta conditione de consensu parochi Plebani requirendo, uti iam alias explicatum est et docet Card. D'Annibale, *I.* c. *in nota n. 5.* Neque in casu obtendi potest factam concessionem evanuisse per invalidam executionem mandati ex parte exécutons, quia non agitur de gratia facienda, sed de gratia facta, quae de se est perpetua iuxta illud « decet principis beneficium esse mansurum », et ad quam acquisivit quoddam quasi ius ad rem qui illam obtinuit.

Ita concinne allegatas Card. D'Annibale, *I. c:* « Hoc autem distat inter « gratiam factam et faciendam, quod per illam quoddam quasi ius ad « rem (gratiam a delegato impertiendam) acquiritur, per hanc nullum « prorsus : ideo illa non expirat resoluto iure dantis, haec expirat, « nempe re integra ».

Confer etiam Reiffenstuel, *I. c. n. 250.* Idque iure merito tum quia aequum non est, ut quis privetur gratia obtenta ex desidia vel negligentia executoris, tum quia potestas executoris, quando gratia est facta, de se est perpetua, et haec non perimitur per actum nullum a se positum : iuxta regulam iuris non praestat impedimentum quod de iure nullum sortitur effectum. Idem tradit De Rosa, *De execut. Uter. Apost., p. 1, cap. 10, n. 1:* « dicendum potestatem executoris ad exequendas lit« teras Ap. gratias continentes nullo esse temporis spatio circumscri« ptam, quia cum gratia sit perennis, executoris potestas, quae neces« sario datur ad gratiam, talis quoque esse debet, ne gratia principalis « reddatur elusoria per eius accessorium, iuxta *cap. si super gratia de « offic, in 6°* et eo magis cum gratia est facta ».

Deinde idem auctor in *n. 31, cit. cap.* inquirit, utrum executor qui male executus fuerit litteras Apostolicas, posset illas de novo exequi et ex integro procedere, et ita respondet: « In hac quaestione ita dicerem ; « quod si executor procedit ut mixtus, iuris ordine servato et cum causae « cognitione, et tunc sive bene sive male pronuntiaverit, non potest am« plius se in illo negotio intromittere, quia per sententiae prolationem « iam sua iurisdictio expiravit, et pars quae se gravatam senserit debet « adire superiorem legitimum et coram eo sua iura deducere; et id in« telligo sive male iudicaverit in iure sive in facto.... Si vero executor « processerit ut merus, et tunc quia sumus in extraiudicialibus, si in « facto erraverit, poterit suum errorem revidere et de novo cogno« scere.... Sicuti cum executor omiserit aliquid exequi sibi in litteris « commissum, poterit illud supplere » : et hanc theoriam in additamentis ad hoc caput vallat variis decisionibus Rotalibus : « Adde, *decis. 82, « n. 13, p. 19 inter recen,* in qua fuit dictum posse executorem iterum « exequi ex integro litteras cum prius nulliter facta fuerit executio, « et apud Emum Cerro, *dec. 884, n. 4,* et late tractat hunc articulum « P. Fragos., *t. 1, n. 4, dis. 10* ».

Iuxta autem allegatum auctorem in *c. V, n. 2, 3, p. 1,* executor mixtus semper censetur talis, quando Papa non facit gratiam, sed ipsi executori committit faciendam; quando vero gratia est facta, executor de sui natura est merus, cum illi tantum sit commissa facti executio, seu aliis verbis est executor necessarius. Applicando itaque allegatam

doctrinam Revmi Patres concluserunt nihil obstare quominus actualis Praesul Aretinus ad novam executionem Apostolici rescripti deveniat.

Neque ex adverso urgeatur quod per spatium triginta et ultra annorum iam evaserit praescripta executio litterarum Apostolicarum : nam hic non agitur de interesse particulari aut privatorum, sed de gratia in bonum et utilitatem ecclesiae paroecialis, cui negligentia rectorum praeiudicare non debet. Ad rem allegatas De Rosa in *cit. additamento :* « Diximus quod executio litterarum Apostolicarum praescribitur spatio « 30 an., intellige quoad viam executivam, nam litterae Ap., licet de per « se habeant vim executivam, attamen hoc privilegium amittunt cum « fuerint elapsi 30 anni, quia per tale tempus praescribitur via execu- « tiva.... Sed limitatur haec conclusio, ut procedat quando litterae fue- « rint concessae ad favorem alicuius personae particularis, cui obesse « debet propria negligentia in petendo illarum executionem, secus au- « tem ubi agitur de litteris concessis ad favorem ecclesiae vel dignita- « tis. Hoc enim casu negligentia unius successoribus non potest nocere. « Rota in *d. de. 342* apud Cerro ubi allegatur *decisio 144* apud Cocci- « num ».

Nec maiori calculo haberi debet in casu invocata exceptio praescriptionis extinctivae seu liberativae, eo quia ab a. 1875, tempore quo nempe obtentum fuit rescriptum Apostolicum, enunciatus reditus ex oeconomus beneficiorum vacantium Centeni nunquam persolutus fuit, uti ex-parochus Cardeti nunc ecclesiae cathedralis canonicus sub iuramento declarat: nam omisso quod huic testimonio contradicunt nonnulli testes a Marcantoni producti affirmantes se audivisse hanc solutionem locum habuisse, observari facile potest quod haec praescriptio admitti nequit, tum ob defectum necessarii temporis ad praescribendum, quia ab a. 1875 usque ad a. 1888, quo defunctus fuit parochus oeconomus Moretti paroeciae loci Saccione, tantum 13 anni effluxerunt, et dein usque ad a. 1905, ut Curia Aretina testatur, paroecia recidit in administrationem parochi plebani loci Bagnoro; tum quia, posita nullitate decreti executorialis, adhuc actio ad illam exigendam nondum erat nata, et proinde praescriptio currere nequibat, cum actioni nondum natae praescribi non possit.

Cum itaque ex supra elucubratis satis constet de validitate rescripti Ap. et cum eius executio rite non processerit, neque facta executio novam impediat, quia non de gratia facienda sed de gratia facta negotium est, nil aliud superest, nisi, ut actualis Ordinarius quamprimum expleat commissionis Pontificiae mandatum, rescripti tenore in omnibus servato. Rite facta executione praedicti indulti, parochus loci Bagnoro

obligatus manet et declaratur ad solvendum enunciatum reditum, at prout imminutus provenit ex schedis debiti publici italici in quibus investita fuit quota summa capitalis praedicti: neque ad huius traditionem parochus Donati adstringi potest, cum titulus sit nominativus seu inscriptus nomine paroeciae loci Bagnoro, et onus impositum a rescripto Pontificio in praesens gubernium non recognoscat, et tempore vacationis paroeciae loci Saccione oeconomus beneficiorum vacantium huiusmodi reditus solutionem nunquam exegerit.

Demum Rmi Patres expenderunt, quod impositio pensionis annuae libellarum 100 factae in decreto executorio ut supra, dici nequit canonizata seu confirmata ab instrumento publico diei 29 oct. 1890 stipulato inter patronum Genteni et nominatum parochum Donatum Donati, prouti praetendit oeconomus Curatus Marcantoni et eius defensor ex officio, et in quo sequentia leguntur: « Finalmente il sac. D. D. Donati « si obbliga inoltre, dopo essere investito di detti benefìci riuniti, di pa- « gare alla parrocchia di S. Agata a Saccione 1' annua prestazione di « L. 100, come pure si obbliga per 1' officiatura regolare per mezzo di « un cappellano, il tutto come venne stabilito alla circostanza di riu- « nione di detto benefìcio alla Pievania di Bagnoro ». Haec verba, et praesertim ultima, relationem dicunt ad decretum Episcopale diei 3 februarii 1872, quo, facta mentione de incorporatione paroeciae loci Monistero paroeciae plebanae, statuitur ut dimidia pars reditus ex oeconomus beneficiorum Centeni, congrua prius portione patrono assignata, cedat favore paroeciae Saccione, altera favore incorporatae paroeciae de Monistero. Hic postremus reditus, tunc temporis in libellis fere 100, postea ex rescripto Apost. a. 1875 distractus fuit favore paroeciae Saccione : et ita huic assignatae manserunt duae praedictae partes ex praedictis oeconomus. Decretum executoriale Aretinum postremam assignationem in summam fixam annuam 100 lib. censuit convertere, sed erronee et extra limites accepti mandati. Verum parochus in praedicto instrumento sese obbligavit ad illam summam persolvendam paroeciae Saccione, sicuti esset solvenda si paroecia Monistero separata extaret et non intercessisset Ap. rescriptum. Ergo ex praefato instrumento dici nequit inducta nova obligatio, quae si adhuc per absurdum deduci posset, ipsa non subsisteret, uti fundata in decreto executorio nullitate laboranti, ceu alias fuit ostensum.

Quibus omnibus in facto et iure consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus respondendum propositis dubiis: Ad l um *Provisum in 2.°* Ad %um *Affirmatam* seu *locum esse*

novae executioni per Episcopum faciendae rescripti d. 16 Aprilis 1875, ad cuius normam praestatio erit dein solvenda.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc nostram definitivam sententiam executioni mandent, et adversus reluctantes procedant ad normam Sacrorum canonum et praesertim *cap. 3, Sess. XXV, de Ee form.* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 25 Novembris 1911.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE

I.

AD R. P. D. IOANNEM A. CHOLLET, VIRODUNENSIUM EPISCOPUM, OB LIBRUM « LES ENFANTS-QUESTION DU TEMPS PRÉSENT », TAMQUAM DEVOTIONIS TESTIMONIUM SANCTITATI SUAE OBLATUM.

Monseigneur,

Notre Saint-Père le Pape Pie Xa reçu avec une très vive satisfaction le livre dont Votre Grandeur Lui a fait hommage et qui a pour titre: *« Les Enfants - Question du temps présent ».*

Le Souverain Pontife Vous félicite grandement d'avoir, avec une science eminente, en un langage très clair et très précis, exposé de façon si opportune les graves problèmes de la question scolaire, de la responsabilité des enfants, des droits réciproques des parents, de l'Église et de l'État, en matière d'enseignement. À cet exposé fidèle de la doctrine de l'Église, vous avez ajouté une étude excellente sur l'âge d'admission à la Première Communion.

Écrivant occasionnellement pour vos prêtres, vous avez exprimé les exigences de la conscience et. de la morale catholiques, les devoirs

imposés à tous dans les circonstances actuelles, en vous conformant entièrement aux directions du Saint-Siège en ces matières importantes.

C'est en suivant les préceptes et les ordres que vous rappelez avec tant d'à-propos que l'on obtiendra le résultat visé, à travers toutes les contingences qui ne doivent pas nuire à l'unité du commandement, cette condition indispensable du succès. Votre coeur de Pasteur en est très justement préoccupé.

Puisse votre bel ouvrage être, selon le vœu que Vous en exprimez dans F Avant-Propos, un messager de doctrine et de méthode, pour la défense des graves intérêts scolaires, laquelle a multiplié les difficultés devant les consciences catholiques, et créé de nouvelles obligations aux familles, aux enfants et aux pasteurs.

Avec mes remercîments pour l'exemplaire que vous m'avez gracieusement offert, veuillez agréer, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre Seigneur.

Le 4 Janvier 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD FRANCISCUM DE PAULA CARD. CASSETTA, OB SOLEMNEM COMMEMORATIONEM XVI SAECULI EXEUNTIS, AB EDICTO CONSTANTINI IMPERATORIS.

Emo e Rmo Signor Mio Ossmo,

Era ben naturale che dalla Primaria Associazione della Santa Croce e dal Collegio dei Cultori dei Martiri partisse F iniziativa di una solenne ed universale commemorazione del XVT centenario dell' Editto di Costantino, col quale la Chiesa ebbe finalmente riconoscimento ufficiale e quella libertà e quella pace di cui fu prezzo la Croce di Cristo e il sangue di tanti Martiri. Il Santo Padre ha appreso la notizia di tale iniziativa con viva soddisfazione, ed è ben lieto che alla vigilia di una data così memoranda, sia sorta la felice idea d'invitare i cattolici tutti dell' Orbe a celebrare un fatto che, preceduto dalla gloriosa vittoria di Costantino su Massenzio, segnò per la Chiesa il primo di quei trionfi che, numerosi quanto le persecuzioni, l'hanno accompagnata e l'accompagneranno fino alla fine de' secoli.

E perchè dette feste riescano degne del grande avvenimento che si vuole ricordare a sedici secoli di distanza, Sua Santità ne vuole affidati il programma e la esecuzione ad un Consiglio Superiore del quale invita

a far parte eccellenti cattolici, ben noti per la sincerità della loro fede e per l'operoso loro zelo, così fra essi distribuendo le diverse cariche:

Presidente Onorario: S. E. il Principe D. Marcantonio Colonna;

Presidente: S. E. il Principe D. Mario Chigi;

Vice-Presidenti: Conte Vincenzo Macchi — Monsignor Giuseppe Löhninger — Monsignor Antonio De Waal;

Assistente ecclesiastico: Monsignor Vincenzo Bianchi-Càgliesi;

Cassiere: Cav. Camillo Serafini;

Segretario Generale: Comm. Prof. Orazio Marucchi;

Segretari : Bevignani Augusto, per la lingua italiana — Cav. Dott. Pio Pagliucchi, per la lingua italiana — Rmo Padre Emanuele Bàilly, per la lingua francese — Monsignor Giovanni Prior, per la lingua inglese — Dott. D. Giovanni Jedin, per la lingua tedesca — Rmo Padre Gioacchino Vives y Tuto O. M. C, per la lingua spagnuola.

Di questo Consiglio poi l'Augusto Pontefice affida l'alta protezione all'Eminenza Vostra, ben persuaso che ove l'operosità dei membri che lo compongono si svolga sotto la saggia guida di V. E., la solenne commemorazione della vittoria della Croce sarà per riuscire, quale appunto desidera Sua Santità, una solenne manifestazione di fede ed un caldo appello a quanti sono i cattolici a stringersi vieppiù maggiormente a questo Segno Augusto in cui è per tutti salute, vita e speranza di una gloriosa risurrezione.

Nel pregare infine V. E. a partecipare ai sunnominati Signori questo grazioso tratto di pontifìcia considerazione, Le comunico la Benedizione Apostolica che il Santo Padre imparte ben di cuore ai medesimi e principalmente all'È. V. in attestato di paterna benevolenza.

Coi sensi della più profonda venerazione Le bacio umilissimamente le mani e passo al piacere di rassegnarmi

Li 24 Gennaio 1912.

dell'Eminenza Vostra
umillmo devino Servitor vero
R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD R. D. CLAPIER, PAROCHUM LOCI « BEAUSSEL », OB LIBRUM BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Monsieur le Doyen,

Le Souverain Pontife a eu pour très agréable l'hommage du beau livre que vous avez consacré à la mémoire d'Alexandre de Retz et des douze autres Zouaves Pontificaux du Var.

Sa Sainteté vous félicite d'avoir écrit avec votre cœur de prêtre et de français ces pages émues qui conservent de glorieux et fortifiants souvenirs. Grâce à vous, ces nobles champions de la plus sainte des causes continueront de donner à leurs jeunes compatriotes d'éloquentes leçons de courage et de foi.

Ainsi est-ce de tout cœur que le Saint-Père bénit le livre et son auteur.

Veuillez agréer, Monsieur le Doyen, l'expression de mes meilleurs sentiments en Notre Seigneur.

Le 16 Janvier 1912. R. CARD. MERRY DEL VAL.

X- IV.

AD LEONEM A. CARD. AMETTE, PARISIENSEM ARCHIEPISCOPUM, OB EXEMPLAR ORATIONIS CLERO POPULOQUE PARISIENSI HABITAE, BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Éme Seigneur,

Le Souverain Pontife vous remercie de l'hommage que vous Lui avez fait des Allocutions prononcées par Votre Éminence à l'occasion de Votre élévation au Cardinalat. Sa Sainteté, qui avait déjà particulièrement goûté Vos paroles de Rome, n'a pas été moins satisfaite de Votre Allocution au clergé et aux fidèles rassemblés à Notre Dame de Paris, pour cette incomparable réception du 17 Décembre.

« Être plus que jamais Romain et Français », c'est bien la devise qui répond à Vos sentiments et à l'attente du Saint Père. Vous l'avez affirmé en des termes que le Souverain Pontife n'a pu lire sans en être vivement touché. Il Vous en remercie et Vous accorde de tout cœur pour Votre Éminence et pour vos chers diocésains sa meilleure Bénédiction.

Laissez moi vous offrir, Eminentissime Seigneur, mes remerciements personnels et empressés pour l'exemplaire de ces beaux discours que vous avez eu la bonté de me faire parvenir, et que j'ai lus avec un vif intérêt, en me réjouissant des manifestations faites à votre personne et à votre dignité en cette occasion solennelle. J'unis mes prières aux vôtres pour le salut de la France.

Veuillez agréer, Éminence, l'hommage des sentiments de la vénération profonde avec lesquels j'aime à me redire

de Votre Éminence

Le 30 Janvier 1912. R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

Il giorno 6 di Febbraio 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con F intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione Preparatoria per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù del Ven. Andrea Uberto Fourney, fondatore delle Figlie della Croce, dette volgarmente Suore di S. Andrea.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

2 Febbraio 1912. — L'Illmo e Rmo Mons. Giovanni Bonzano, Delegato Apostolico degli Stati Uniti, elevandolo in pari tempo alla Sede Arcivescovile di Melitene.

6 Febbraio. — Mons. Oreste Giorgi, Consultore della S. Congregazione Concistoriale.

11 Febbraio. — Mons. Pio Papi, Sottosegretario della S. Congregazione dei Sacramenti per le dispense matrimoniali.

12 Febbraio. — Don Clemente dei Marchesi Sacchetti, Foriere maggiore dei Sacri Palazzi Apostolici.

Con biglietti della Segreteria di Stato e con Brevi, il Santo Padre si è degnato nominare:

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

15 Dicembre 1911. — Il Rev. Giuseppe Nascimbeni, Parroco di Castelletto sul Garda, diocesi di Verona.

Prelati domestici di S. S.:

14 Dicembre 1911. — Il Rmo Mons. Giovanni Battista Pighi, Canonico delia Cattedrale di Verona.

— Mons. Michele Splaine, Cancelliere della Curia Arcivescovile di Boston.

— Il Rev. Pietro Ronan, Rettore di San Pietro in Dorchester, archidiocesi di Boston.

— Il Rev. Guglielmo O'Brien, Parroco di S. Patrizio a Lowel, archidiocesi di Boston.

—11 Rev. Patrizio Supple, Parroco di San Giovanni e Sant' Ugo in Roxbury, archidiocesi di Boston.

— Il Rev. Ambrogio Roche, Parroco di San Patrizio a Watertown, archidiocesi di Boston.

30<Dicembre. — Mons. Riccardo L. Burtsell, dell'archidiocesi di New-York.

— Il Rev. Alberto A. Lings, Vicario Foraneo a Youkers, della medesima archidiocesi.

— II Rev. Giovanni J. Kean, Presidente della Commissione per la riforma della musica sacra nella medesima archidiocesi.

—- Il Rev. Matteo A. Taylor, procuratore fiscale della medesima archidiocesi.

— 11 Rev. Giovanni E. Burke, Direttore generale dell'Opera per le Missioni fra i Mori degli Stati Uniti, della medesima archidiocesi.

25 Gennaio 1912. — Il Rev., Giacomo Valentino Warwick, della diocesi di Southwark, Preside del Collegio inglese di Lisbona.

31 Gennaio. — Il Rev. Giacomo Mancuso, Arcidiacono della Cattedrale e Vicario Generale della diocesi di Mileto.

3 Febbraio 1912. — Il Rev. Carlo F. Kavanagh, Cancelliere della Curia Arcivescovile di Filadelfia.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il S. Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell' Ordine di S. Gregorio Magno :

30 Dicembre 1911. — Al Sig. Giacomo Butler, dell'archidiocesi di New-York.

23 Gennaio 1912. — Al Sig. Barone Carlo De Gagera, Consigliere di Legazione a riposo, della diocesi di Linz.

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, ci. civile :

6 Febbraio 1912. — Al Sig. Avv. Leonardo Pereyra Yraola di Buenos-Ayres.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno,classe civile:

21 Novembre 1911. — Al Sig. Marchese Gustavo Sardi, Cam. Segr. di Spada e Cappa soprannumerario di S. S., di Montpellier.

14 Dicembre 1911. — Al Sig. Conte Ugo Guarienti, Presidente della Direzione diocesana di Verona.

3 Febbraio 1912. — Al Sig. Carlo d'Aubigny, della diocesi di Beauvais.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 Dicembre 1911. — Al Sig. Giovanni Batt. Manning, residente in New-York.

— Al Sig. Ingegnere Giovanni O'Rourke, membro del Consiglio di amministrazione diella Cattedrale di New-York.

I Febbraio 1912. — Al Sig. Vittorio Ippolito La Selve, di Lione.

3 Febbraio. — Al Sig. Dott. Carlo Le Vaillant du Buisson, della diocesi di Beauvais.

II Cavalierato delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

8 Febbraio 1912. — Al Sig. Colonnello Guglielmo Hoynes, Decano della Facoltà di legge nell'Università di Notre Dame, Indiana (Stati Uniti d'America).

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

22 Dicembre 1911. — Al Sig. Fortunato Oreste Falevolti, di Firenze, Presidente del Consiglio Superiore Toscano della Società di S. Vincenzo de' Paoli.

— Al Sig. Avv. Girolamo Basetti-Sani, di Firenze.

NECROLOGIO

3 Febbraio 1912. — Mons. Sebastiano Pifferi, Arcivescovo della Plata o Charcas.

4 Febbraio. — Il Sig. Marchese Don Urbano Sacchetti, Foriere maggiore dei Sacri Palazzi Apostolici.

7 Febbraio. — Mons. Francesco Sogaro Arcivescovo, tit. di Amida, Presidente della Pontificia Accademia dei Nobili Ecclesiastici.

Annus IV. - Vol. IV. Die 29 Februarii 1912. Num. 4

AETTAPOSTÍICAEIEIÍ

COMMENT AKIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

ASSOCIATIO HORAE SANCTAE PERPETUAE DE GETHSEMANI, IN ARCHIDIOECESI TOLOSANA INSTITUTA, ERIGITUR IN ARCHICONFRATERNITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI IN UNIVERSA DITIONE GALLICA.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — In sacello Divo Ludovico Ande-, gavensi dicato civitatis Tolo sanae minime Nos latet pium precationum opus sub titulo « Horae Sanctae perpetuae de Gethsemani » iam inde ab anno **MDCCCCVII** canonice fuisse institutum, ad finem non intermissa prece recolendi Mysterium Divini Salvatoris in Monte Olivarum orantis. Comperimus quidem, non sine magno animi Nostri gaudio, devotam hanc exercitationem ab anno **MDCCCXXXV** a viris religione ac pietate praestantibus propositam ac brevi in magnam Galliarum partem propagatam, nunc quamplures complecti sodales, quibus, iuxta pii operis tabulas, sua cuique precationis hora designatur, ut una cum Christo in horto Gethsemani aeterno Patri preces fundente, supplicia ad Altissimum thronum vota diu noctuque indesinenter extollantur. Nos etiam, ut tam frugifera consociatio potiora in dies incrementa caperet, caelestes Ecclesiae thesauros, quorum dispensatores divinitus sumus, reserare non dubitavimus, et preces excipientes Moderatoris ac sodalium unionis eiusdem, persimiles Apostolicas Litteras, die **VIII** mensis Maii anno **MDCCCCIX**, Piscatoris annulo obsignatas, quarum initium « Relatum est Nobis », singularibus illam perpetuis indulgentiis locupletavimus. Nunc autem, cum iidem Moderator ac sodales Nos humiliter flagitent ut dictam societatem ad Archiconfraternitatis dignitatem cum adiunctis privilegiis ac iuribus de Nostra benignitate evehere dignemur, hisque votis amplissimum Archiepiscopi Tolosani suffragium accedat, Nos optatis his annuendum

libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, pium precationum Opus titulo « Horae Sanctae perpetuae de Gethsemani » canonice institutum in sacello Sancto Ludovico Andegavensi dicato, civitatis Tolosanae, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, in Archiconfraternitatem, iis additis privilegiis quae de more archisodalitatibus conceduntur, erigimus ac promovemus. Super enunciatum autem Opus, primarium pro universa Gallica ditione similiter declaramus; ideoque illius Moderatori atque Officialibus praesentibus ac futuris, Auctoritate Apostolica, praesentium tenore, in perpetuum potestatem facimus, ut ipsi quaslibet alias eiusdem nominis atque instituti societates, in ditione Gallica, vel in praesens erectas vel in posterum erigendas, sibi aggregare queant, et cum illis, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII recolendae memoriae Praedecessoris Nostri, aliisque Apostolicis ordinationibus desuper editis, indulgentias omnes ipsi Primario Operi a Sede Apostolica concessas quae cum aliis communicari possint, similiter communicare licite etiam valeant. Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper extare, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive in posterum spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, qualibet auctoritate, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xvn Februarii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. J$j S. *a Secretis Status.*

EPISTOLAE.

I.

AD R. D. P. ALOISIUM YABAR, S. J., URBANI PONTIFICII COLLEGII PII-LATINI-AMERICANI MODERATOREM, QUI NOMINE BARTHOLOMAEI TADDEI, S. J., BEATISSIMO PATRI TRADENDUM CURAVIT EXEMPLAR LIBELLI DE OPERE « APOSTOLATUS ORATIONIS ET FOEDERIS DE SACRO CORDE », QUADRAGINTA ABHINC ANNIS IN BRASILIA CONDITO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Pergratum Nos scito habuisse libellum, quem edidit ac, per te, obtulit dilectus filius Bartholomaeus Taddei, S. J. Sacerdos. Beneficiorum enim Nobis extitit nuncius quae Brasilianae Ecclesiae attulit et affert pium opus *Apostpr*

latus orationis et Foederis de Sacro Corde, quod idem Sacerdos èt condidit et studiose, uti accepimus, moderatur. Mira quidem ac maiora quam quae aestimari possint ea tu appellas beneficia; quae Nobis ipsis subiit appellatio considerantibus tam tenuia Operis initia, quam laeta, quam brevi, habuerint incrementa. Profecto miserentis Dei auxilio factum est, ut parvum granum sinapîs, a religioso Viro in civitate Ytuensi positum, vix octo post lustra, in arborem creverit tantae amplitudinis atque ubertatis, quantam indicant tum tricies centena milia sodalium, qui tota Brasilia cotidie Deo offerunt *fructum labiorum confitentium nomini eius*, tum, quae recenses, multiplicia atque illustria instituta actuosae eorum caritatis. Libet prae ceteris commemorare officia sodalium optima, vel navantium operam parochis in excolendis christiana catechesi pueris, vel provehentium frequentiorem Sacramentorum usum: ita ut egregie, secundum Nostra et suorum Antistitum vota, de religione meruerint.

Habuimus ex his, dilecte Fili, cur abunde laetaremur, maxime ob spem, atque adeo expectationem, quam in Nobis concitant sacris Brasiliae Expeditionibus pro apostolica cura prospicientibus. Neque enim fieri posse arbitramur ut non ibi utiliter desudet evangelicorum operariorum industria, ubi subsidia suppetunt pietatis tot catholicorum millium, qui *admirabile lumen Christi* deviis fratribus prece plurima, officiis sanctis, suo denique exemplo conciliant.

Gratias igitur agentes Deo, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum, est sane quod commemoratum Opus dilaudemus, et simul ex animo gratulemur in primis quidem diligentissimo Societatis Iesu alumno, cuius diuturnus labor exitum habuit tam laetabilem, tum etiam sodalibus singulis, iis praesertim qui saluberrimam consociationem et colunt et provehunt. Hisce omnibus nuntium te esse cupimus Apostolicae Benedictionis, quam, benevolentiae Nostrae testem ac caelestium auspicem bonorum, tibi, dilecte Fili, atque illis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xu Februarii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

IL

AD RR. PP. DD. BAVARIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, OB LITTERAS OBSEQUII PLENAS BEATISSIMO PATRI DATAS POST CONVENTUM MONACHI! NUPER HABITUM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Comperimus ex communibus vestris litteris Mohachium vos abhinc paucis

diebus convenisse. Eo sane vos cura compulit ac sollicitudo Ecclesiarum vestrarum, quarum studiosissimos vos esse laetamur: sed laetamur etiam id studii cum studio optime cohaerere quo Apostolicam hanc Sedem prosequimini. Id ipsi vos professi estis, cum nuntiastis vel ipso in limine consultationum ad Nos provolasse cogitationes vestras, et significatione propensissimae in Nos voluntatis coetum auspicari placuisse. Amavimus vestrae in Nos pietatis officium ; vicissim autem, ne officia vobis desint caritatis Nostrae, has damus vobis litteras, nuncias cum gratae voluntatis qua vos complectimur, tum Apostolicae Benedictionis quam caelestium auspicem bonorum, unicuique vestrum, Venerabiles Fratres, Clero ac populo quos concreditos habetis, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae' apud S. Petrum, die **xix** Februarii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

III.

AD R. D. JACOBUM CALASANCTIUM WITTHY, MODERATOREM RELIGIOSI HIBERNORUM INSTITUTI « OF CHRISTIAN BROTHERS » NUNCUPATI, GRATULATIONIS ERGO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Est sane nobilissima laus religiosae familiae quam moderaris ea diligentia, qua in adolescenti aetate rite instituenda iam diu versatur. Equidem magni facimus, dilecte Fili, caritatem hanc vestram, quae pueros, quos in oculis ferimus, christiano more complectitur. Plane enim intelligimus plurimum eam conferre ad Ecclesiae, ad reipublicae bonum, quum utramque bene moratorum civium copia augeat atque exornet. Hac praesertim aetate, quum in scholis publicis ita pueros erudiri videmus, ut, si non consulto doctrinis error admisceatur, tamen de divinis rebus, de christianis moribus nulla fiat praeceptio, egregie vos mereri scitote de aeterna eorum omnium salute, quos religionis disciplina simul et litteris excolitis. Sunt quippe religionis praecepta, rite ac mature tradita, quasi quaedam bona semina, quae insita in iis ipsis quos postea immodicae cupidines misere transversos agunt, fructu carere non solent, saltem seri ad sanitatem reditus.

Itaque, dilecte Fili, te tuosque sodales ut coeptis optimis studiose insistatis hortamur. Messis quidem multa vobis in conspectu est, quum fere ubique pueris tot iniiciantur offensionum causae. Hoc igitur curandum in primis, ut vestra tironum collegia ac domus *praeparatorias,* quas vocatis, adolescentium frequentia floreant, qui virtutis doctrinae-

que laude conspicui sint fratribus suppetias venturi. — Quum vero causa quam tuemini tanti sit momenti ut omnium interesse debeat in quibus religionis patriaeque calet amor, ipsas eas domus bonis omnibus enixe commendamus; at praecipue Sacrorum Antistitibus, parochis ac patribusfamilias, quos in vobis adiuvandis praeire ceteris admodum decet.

Quod ut e votis cedat, caelestium vobis adiumentorum vim precamur, ac benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem tibi, dilecte Fili, religiosis sodalibus in quibus tuae evigilant curae, adolescentibus denique omnibus qui vestro utuntur magisterio, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx Februarii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DECRETUM

CIRCA IUSIURANDUM EXAMINATORUM SYNODALIUM ET PAROCHORUM CONSULTORUM.

Cum nonnulla dubia orta essent circa modum, tempus ac tenorem iurisiurandi ab examinatoribus synodalibus praestandi cum adhibentur ad videndas causas amotionis parochorum iuxta decretum *Maxima cura,* SSmus D. N. Pius PP. X ad haec diluenda dubia, de consulto Emorum Patrum Sacrae huius Consistorialis Congregationis, statuit ac decrevit ut in posterum tam examinatores synodales quam parochi consultores, qui Episcopo sociantur in amotionis decreto ferendo vel in eiusdem decreti revisione, singulis vicibus, in prima sessione, sub poena nullitatis actorum, iusiurandum prout in formula heic adiuncta praestare teneantur.

Idque per praesens decretum S. C. Consistorialis constitui ac promulgari iussit, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 15 Februarii 1912.

C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. $ S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

FORMULA ADHIBENDA.

« Ego *N. N.* examinator *(vel* parochus consultor) synodalis *(vel* prosynodalis) spondeo, voveo ac iuro munus et officium mihi demandatum me fideliter, quacumque humana affectione postposita, et sincere, quantum in me est, executurum: secretum officii circa omnia quae ratione mei muneris noverim, et maxime circa documenta secreta, disceptationes in consilio habitas, suffragiorum numerum et rationes religiose servaturum: nec quidquam prorsus, occasione* huius officii, etiam sub specie doni, oblatum, nec ante nec post, recepturum.

« Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae meis manibus tango ».

S. CONGREGATIO CONCILII

DUBIUM CIRCA VIGILIAS FESTORUM SANCTI IOSEPH ET ANNUNTIATIONIS B. M. V.

Sub die 18 Sept., anno elapso, S. H. C. ad quaestionem : « An post *« Motu Proprio* diei 2 Iulii 1911 adhuc servari debeant vigiliae festo- « rum suppressorum » ; respondit : *Affirmative.* Cum autem in decreto *« Frequentes pluribus* », a S. C. Sancti Officii die 5 Sept. anno 1906 edito, constitutum fuerit ut vigiliae festorum Sancti Ioseph et Annuntiationis B. M. V. servari debuissent iis tantum in locis in quibus eadem festa sub praecepto recoluntur, quaesitum nuper a S. H. C. est : « An per deci- « sionem die 18 Sept. anni elapsi datam, suprarecensitam, dispositioni « decreti Sancti Officii sit derogatum». Et S. H. C. respondendum censuit: *Negative.*

Datum Romae, e Secretaria S. C. Concilii, die 25 Februarii 1912.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. © S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIA CIRCA TERTIOS ORDINES SAECULARES.

L

In plenario Eminentissimorum Patrum Coetu habito ad Vaticanum die 24 Novembris 1911, sequentia dubia proposita fuerunt circa Tertium Ordinem Saecularem S. Francisci Assisiensis :

I. Utrum *Congregationes* Tertii Ordinis S. Frane. Ass. ab una obedientia Primi Ordinis vel a Tertio Regulari Ordine erectae, possint, inconsultis vel invitis Superioribus qui ipsas erexerunt, ad aliam obedientiam valide transire?

II. Utrum *eaedem Congregationes* ab una Obedientia ut supra erectae et a Fratribus alterius Obedientiae in eadem Provincia vel Civitate commorantibus directae, adhuc sint sub dependentia primae Obedientiae - *erigentis* - ita ut haec possit *easdem Congregationes* visitare et ea omnia perficere quae de iure requiruntur in legitima iurisdictione?

Et Emi Patres, re mature perpensa, reposuerunt:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *In voto Consultoris,* seu: *Si directio Congregationis Tertiariae ab una Familia Franciscali prius erectae legitime commissa fuerit Fratribus alterius* Famuiae, Negative; *secus,* Affirmative.

Quas resolutiones SSmus D. N. Pius PP. X, in Audientia habita ab infrascripto Secretario die 6 Decembris 1911, approbare et confirmare dignatus est.

Ios. CAL. CARD. VIVES, *Praefectus.*

f Donatus Archiep. Ephesin., *Secretarius.*

IL

Praepositus Generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Huic S. Congregationi exponit saepe accidere ut Tertiarii saeculares Carmelitarum Antiquae Observantiae et respective Carmelitarum Excalceatorum, cooptari exoptent Congregationi alterius Obedientiae ratione mutati domicilii vel etiam ratione commoditatis. Relate ad Tertiarios Saeculares S. Francisci Assis.. nullum dubium, cum extet Decretum S. Congr. Indulgentiarum diei 4 Martii 1903, quod statuit:

1° Ut novitii tertiarii saeculares S. Francisci professionem emittere valeant in Congregatione alterius obedientiae, seu diversae ab illa in qua ad novitiatum fuerant admissi, si melius eorum commoditati provideatur.

2° Ut professi eadem de causa transire possint ab una Congregatione ad aliam diversae obedientiae.

3° Ut Parochus, vel quilibet Sacerdos alicuius Congregationis Tertiariorum Moderator, si alio transferatur ubi alia Congregatio diversae Obedientiae reperiatur, eamdem regere possit quin indigeat nova approbatione; teneatur tamen hac de re certiorem facere Visitatorem Regularem, ut cum eodem negotia Congregationis gerere valeat.

Sed huius Decreti occasione, nonnullis Ordinariis et Sacerdotibus ortum est dubium, quod Praepositus Generalis Ord. Carm. Excalc. solvendum proponit huic S. Cong.:

« An Decretum S. Congr. Indulgentiarum diei 4 Martii 1903 valeat quoque pro Tertiariis saecularibus utriusque Obedientiae Carm eli tanae ? ».

SSmus vero Dnus N. Pius PP. X, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto, attenta identitate rationum, *affirmative* respondere dignatus est.

Die 16 Ianuarii 1912.

Tos. CAL. CARD. VIVES, *Praefectus.*

S. CONGREGATIO INDICIS

Decreto S. Congregationis diei 22 Ianuarii proxime elapsi laudabiliter se subiecit R. Venantius Gonzalez.

Romae, die 27 Februarii 1912.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

INTERPRETATIONIS RUBRICARUM AD NORMAM BULLAE « DIVINO AFFLATU ».

Evulgato novo Psalterio, novisque Tabellis Occurrentiae et Concurrentiae Festorum, non una in praxi fuit interpretatio Rubricarum, quas ad normam Bullae « *Divino afflatu* » Commissio Pontificia ad id instituta confecit, ut videre est in diversis Calendariis pro currenti anno 1912 noviter redactis.

Ad dubia ergo in posterum praecavenda, Sacra Rituum Congregatio ad petitionem eiusdem Commissionis Pontificiae, referente infrascripto Secretario, statuit et decrevit:

I. Rubrica de Suffragio Sanctorum, quae in Ordinario Divini Officii ad Laudes et Vesperas habetur, interpretari debet iuxta Tit. VII, n. 4 novarum Rubricarum, et ad ambiguitatem tollendam, praefata Rubrica in posterum sic edatur:

« Deinde, extra tempus Paschale. . . . et exclusis diebus, in quibus « occurrat quodcumque Officium Duplex aut infra Octavam, aut Domi- « nica in qua commemoretur Duplex simplificatum, fit sequens Suf- « fragium ».

II. Duplicia I. et IL classis sua die impedita, iuxta Tit. III novarum Rubricarum n. 3, transferri debent in proximiorem diem liberam ab alio duplici I. vel II. classis et ab Officiis huiusmodi festa excludentibus; transferri tamen non possunt in Dominicam etiam minorem, iuxta n. 2 eiusdem Tituli.

III. Duplicia I. et II. classis certis Dominicis vel Feriis affixa, si perpetuo impediantur, iuxta novas Rubricas Tit. IV, n. 2, reponenda sunt in feriam proxime insequentem per singulos annos liberam ab alio Duplici I. vel IL classis aut ab aliqua die Octava, vel ab officiis huiusmodi festa excludentibus, non vero, ut censent nonnulli Liturgistae, in primam diem ut supra liberam, post ambitum dierum infra quos incidere possunt.

IV. Licet iuxta novam Concurrentiae Tabellam, in concursu Duplicis maioris cum alio Duplici maiori, totum fieri debet de Nobiliori cum commemoratione de alio, ideoque Festum Domini duplex maius Secun-

dariu.ru cedere debeat Festis eiusdem ritus B. Mariae Virginis aut Sanctorum Primariis; nihilominus, quando Festum Domini Duplex maius secundarium in Dominica die occurrens concurrit cum festo Duplici maiori primario B. Mariae vel Angelorum vel Sanctorum, Vesperae erunt de praefato Festo Domini, quia in casu Officium Festi Domini subrogatur Officio Dominicae. .

Die 24 Februarii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. B. C. Praefectus.*

L. S S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

i.

NEO-EBORACEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BONI-GOULD).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 9 Decembris 1911, BB. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii et Petrus Bossetti, Auditores de turno, in causa* « Neo-Eboracen. - Nullitatis Matrimonii » *inter Comitem Mariam Paulum Ernestum Bonifacium Boni de Castellane, repraesentatum per legitimum procuratorem Philippum Pacelli, Advocatum, et Dominam Annam Gould, interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Die 14 Martii 1895 coniugale foedus inierunt Maria Paulus Boni, Comes de Castellane, et Anna Gould, in civitate Neo-Eboracensi; praevia tamen dispensatione ab impedimento mixtae religionis, quippe quod vir religionem catholicam profiteatur, sponsa vero cuidam protestanticae sectae addicta esset.

Coniugale consortium - quod solutum est per sententiam divortii, ita dicti, *civilis* ab Anna expetiti et obtenti anno 1906 - produxerunt coniuges ad 11 annos et interim tres filios susceperunt. At pacifica non fuit cohabitatio coniugalis, siquidem iam tertio coniugii anno, uxor suspicata est de infidelitate viri, et hanc eamdem rationem - nempe, viri infidelitatem - adduxit ad expetendum divortium apud iudicem civilem, a quo sententiam sibi obtinuit favorabilem.

Deinceps Anna alii viro adhaesit cum quo civilis consortii vinculo se adstrinxit, et cum nullam habere posset spem Paulus Boni de Castellane coniugalem vitam cum Anna instaurandi, historiam huius infausti matrimonii repetens a sua origine, ratus est istud nullitatis vitio laborare ob defectum consensus ex parte suae sponsae, quae et ante et post initas nuptias protestata est coniugale vinculum sibi minime obstaturum quominus, pro suo arbitrio, ipsa discederet a consortio sui viri potissimum *ob eius fornicationem,* si haec forte accideret.

Eiusmodi actionem nullitatis instauravit Comes Boni de Castellane apud Beatissimum Patrem, ab Eo expetens ut caussae instructio committeretur huic S. Ordini; quod indulgere dignatus est Sanctissimus: quamobrem hodie caussa definienda proponitur sub consueta rogandi formula : « *An constet de nullitate matrimonii in casu ?* »

Ad factum quod attinet praeterea, animadverterunt RR. DD. :

1.° quaestionem ab Actore propositam eo spectare ut nedum sponsa convincatur de protestatione facta ante nuptias - ipsam nempe habuisse propositum discedendi a viro, si hic extitisset infidelis ; - sed idem propositum matrimonialem consensum affecisse, uti conditionem sub qua nuptiae inibantur.

2.° ex tabulis processualibus tamen habetur quod Anna, interro-, gata an tale propositum verbis significaverit ante nuptias, negavit se fassam fuisse huiusmodi voluntatem. Re sane vera, cum vir narraverit: « Cependant *quatre jours environ avant le mariage,* comme je croyais « avoir droit de lui faire quelques observations... elle me dit qu'elle était « américaine protestante, qu'elle était libre, que son mariage ne pouvait « l'engager irrévocablement, et qu'elle se réservait la faculté de divor- « cer* le cas échéant. Le jour même du mariage, une heure et demie « environ avant la cérémonie, comm'elle était en larmes et que le Prince « Del Drago lui demandait le motif de sa douleur, elle lui dit que j'étais « trop pressant... qu'en tout cas, elle se réservait la faculté de divorcer, « si cela était utile; qu'elle le chargeait de me le dire... A mon frère « Jean... elle fit la même exposition de principesse chargeant aussi de « me répéter ce qu'elle venait de lui dire. À mon frère Jean et au Prince « Del Drago réunis, peu après... elle répéta aux deux réunis ce qu'elle « avait dit à chacun en particulier ».

Sed Anna, a iudice interrogata, reposuit: « Je n'ai pas prononcé « la phrase que l'on m'attribue. Je ne me souviens même pas d'avoir dit « quelque chose de semblable, ou ayant le même sens. J'ajoute que mon « père était opposé au divorce et qu'il m'avait élevée dans ces idées-là... « Pendant les trois premières années de mon mariage, je ne me souviens

« pas avoir parlé de divorce. Mais quand les difficultés sont venues, il « m'est arrivé plusieurs fois de menacer mon mari de demander le di- « vorce ». Quae assertio, in themate, eo est gravior, quia tota caussa fundatur in proposito quod ipsa Anna suo animo concepisset et verbis significasset ante nuptias.

Non agitur enim de conditione *in pactum* deducta, sed de subiectivo Annae proposito, contrario substantiae matrimonii, quod eatenus matrimonialem consensum infirmare poterat, quatenus id ab ipsamet Anna intendebatur. Haec autem candide fassa est: « À ce moment-là, «j'étais encore très enfant; la pensée de la possibilité d'un second « mariage ne m'est même pas venue. J'ai dit: "Oui "... parce queje me « mariais comme on se marie ordinairement. Je n'ai pensé à rien « autre ».

Et hoc confirmât Domina Gameron, quae Annae quaestionem proponens an pro certo haberet se cum Domino de Castellane felicitatem consecuturam, hanc ab Anna habuit responsionem: « S'il ne me rend « point heureuse, je divorcerai ». Et prosequitur Dña Cameron : « En « Amérique presque toutes les jeunes filles qui se marient, ont cette in- « tention d'user du divorce si le mariage ne les rend pas heureuses ». Dubitari ergo non licet quin Anna matrimonium a Christo institutum contrahere voluerit, in eoque consensum suum direxerit, quamvis erronee admisisset, se posse certis de causis a viro discedere ; seu contraxerit *cum errore iuris* matrimonium, quod ex dicendis validum est.

3.° Anna vero cum cognoverit Comitis Boni de Castellane depositionem, et Ioannis e Principibus Del Drago aliorumque testium attestationes, protestationem emisit adversus hos testes, et obtulit huic S. Tribunali, eamdemque publici iuris fecit vinculi Defensor. Protestata autem est Anna: « Je n'ai pas tenu le langage que me prête Mr. Jean de Ca- « stellane... Je suis certaine que je n'ai pas chargé Don Giovanni Del « Drago, Ou qui ce soit, de faire de ma part une déclaration quelconque « à Mr. Boni de Castellane le matin ou la veille de notre mariage. — « D'ailleurs le Prince Del Drago n'avait aucune relation avec moi et je « n'avais pas de confidences à lui faire. C'est de la pure calomnie. Del « Drago était un ami de Mr. de Castellane, mais non de ma famille ».

Advertit praeterea Anna, quod si propositum habuisset revera discecendi a viro statim ac de infidelitate hic argui posset, non expectasset 11 annos: « Si j'avais voulu divorcer, comme on le prétend, j'aurais «profité de la première occasion qui s'offrait; la preuve évidente de « la mauvaise conduite de Mr. de Castellane trois ans après le ma- « riage ... ».

4.° Aliud facti adiunctum habetur quod reddit parum verosimilem protestationem quae in relatis terminis et cum certa intentione Annae attribuitur. Sane refert Actor ipse, Comes de Castellane : « Au printemps « de 1894 j'eus l'occasion de voir à Paris Mile. Gould; elle ne me déplai- « sait pas et je sentais que je lui plaisais... En juillet de la même année « je partis pour l'Amérique dans le bout surtout d'expérimenter la per- « sistence du sentiment que je croyais... et il me paraissait peu proba- « ble d'enlever tout de suite son assentiment... Mlle, déclara dès lors « qu'elle voulait m'épouser ... ».

Frater Annae, Edward Gould, retulit: « La veille même du mariage, « elle (Anna) me déclarait qu'elle aimait beaucoup son fiancé ». Quamobrem sponsa «accepta librement les conditions exigées par l'Église « catholique pour le mariage mixte et elle accepta également toutes les « conséquences qui découlaient de cet engagement... elle espérait bien que «jamais rien ne pouvait l'en (scilicet: a viro) détacher ». Alter frater Annae, Georgius, percontatus : « Sapete... se Anna Gould volontieri pro- « mise di educare la prole nella religione cattolica? », respondit: « Si, « ella lo promise volontieri ». Et soror Annae ait hanc fuisse erga Paulum « molto amorosa ».

Quare non facile admitti potest quod de divortio faciendo loqueretur Anna ante nuptias cum eo animi proposito de quo hodie testantur et Paulus et testes ab eo inducti. Quocirca, si forte sermo de hoc incidit die nuptiarum vel paullo ante vel postea, dicenda est Anna leviter hoc asseruisse et quasi ex ioco, et praeter intentionem limitandi, sua firma voluntate, consensum in pactum-coniugale. Sane, refert Dux de Luynes, testis in caussa, quod Anna: « M'a dit plusieurs fois à moi- « même que le jour où elle en aurait assez, elle divorcerait; que cela se « faisait couramment en Amérique... elle le répétait si souvent que j'ai « cru devoir en parler à son mari, qui n'a pas considéré alors que ce «fussent des paroles sérieuses»: et Ioannes, Comes de Montebello: « J'ai cru devoir en avertir Boni... ce dernier prit la chose en souriant « et me dit qu'il comptait trop sur son affection pour y croire ».

5.° Quod si obiiciatur rationem loquendi tum Annae, tum suorum cognatorum in hoc processu, facile explicari posse ex proposito quod fovet Anna vindictam sumendi de Paulo quem hodie acerrime odit - testata est enim Marchionissa de Tillerand-Curtis: «Elle (Anna) a un «caractère très exigeant; elle demandait à Boni ce qui ne pouvait pas «donner, d'autre part... elle est très vindicative; elle la poursuivra «jusqu'à la mort de celui qui lui a manqué... fera l'impossible pour « empêcher Boni de retrouver sa liberté » - dicendum est huic accu-

sationi acta et probata non respondere. Nam ipsa sponsa, in ius vocata, comparuit; sed interrogata an vellet testes producere in confirmationem suarum attestationum, protestata est: « Je ne connais pas de témoins « à indiquer au tribunal ». Postea vero hos produxit; sed inferre licet, tempore prolatae suae attestationis, Annam ne cogitasse quidem de producendis contestibus qui suam attestationem sustentarent : qui autem deponit in iudicio non ex conscientia, sed ex proposito vindictae, cum primis sollicitus est de conquirendis iis qui suo mendacio, suo proposito vindictae, per testimonium suffragentur. Depositio vero Annae, testiumque ab ea productorum attestationes, nullimode redolent odium in Actorem, sed facta sobrie referunt absque praeiudicatis opinionibus. Quod quidem asseri non potest de adversis attestationibus.

6.° Ad haec, quae narrat ipse Comes de Castellane, Actor, in altera sua attestatione de Principe de Sagan, Annae amasio, qui Romae sollicite quaerebat rationem canonici impedimenti unde matrimonium Annae cum Paulo Comite nullum declararetur - Anna absque dubio consentiente, immo non modicam pecuniae summam solvere parata (uti infertur ab eadem attestatione Actoris) ; - haec nempe facti adiuncta docent, Annae maxime iucundum fore si eiusmodi matrimonium accusali de nullitate potuisset ; et in hoc adlaborarunt iurisconsulti, sed frustra : quid ergo ? Proinde dicendum est abfuisse quicumque defectus consensus ex parte Annae, quae probe hoc vitium ex ipso naturali iure derivans et ipsa, quamvis iuris canonici expers, ipsa, sua conscientia dictante, facile perspexisset, vel saltem iurisperitis indicia et argumenta aperuisset; neque coacta fuisset pertrahere Principem de Sagan ad apostasiam a catholica religione, ut ei ritu protestantico coniungeretur.

7.° Animadverterunt insuper Domini confessionem Actoris, testiumque ab eo inductorum testimonia ita se praebere, ut nullam concilient Actori ipsi fidem. Nam - praeterquamquod Actor non ab Anna directe didicit, sed a Principe Del Drago cognovit *conditionis appositionem,* unde maior non est illi fides habenda quam quae huic Principi est debita, cum unius affirmatio refundatur in affirmationem alterius - quae Actor exponit, a veritate sunt aliena. Cum enim supplici in libello dixisset: *a)* praesumptam *conditionem* ab Anna, tum fratri suo Ioanni, tum Principi Del Drago, manifestatam fuisse « un quarto d' ora prima che si cele« brasse il matrimonio »; *b)* Ioannem primum fuisse qui Annam flentem atque clamantem interrogavit, quique Principem Del Drago vocavit ut, cubiculum mulieris ingressus, et ipse suis auribus veram Annae cogno-

scerei intentionem; *c) unicam* hanc fuisse circumstantiam in qua Anna propositum suum relinquendi virum quandocumque sibi placuisset, utrique pandidit « questa *allora* ebbe a dire ad ambedue ecc.. » ; - ex adverso coram iudice ipse Actor deposuit'; *1)* id contigisse « une heure et demie « environ avant la cérémonie » ; *2)* Principem Del Drago et non Ioannem lacrimarum caussam ab Anna petiisse, « comm'elle était en lar- « mes et que le Prince Del Drago lui demanda le motif de sa douleur, « elle lui dit… > ; *3)* Annam propositum suum utrique manifestasse duplici in circumstantia: seorsim, primum; postea, coniunctim: ait enim: «Elle lui (Principi Del Drago) dit... qu'elle se réservait la faculté de « divorcer... À mon frère Jean... elle fit la même exposition de princi- « pes... *à mon frère Jean et au Prince Del Drago réunis peu après,* **ET « POUR QU'IL N'Y AIT POINT D'ERREUR**, *elle répéta aux deux réunis ce « qu'elle avait dit à chacun en particulier ».* - Quibus accedit contradictio Actorem inter et fratrem suum Ioannem: Actor affirmavit istum cognovisse Annae propositum die ipsa celebrationis matrimonii « un « quarto d' ora prima che si celebrasse » ; vel - ut coram iudice deposuit - « une heure et demie environ avant la cérémonie » ; Ioannes, e contra, retulit hoc se audivisse « la veille de son mariage » vel - ceu in altera sua attestatione - « un ou deux jours avant le mariage ». Fassus est Actor, Annam Ioanni commisisse ut de proposito pandito Actorem edoceret; at ipse Ioannes, a iudice opportune interrogatus, confessus est : « Mlle. Gould ne m'avait pas chargé de le dire à mon « frère. Lui en ai-je parlé ?.. Je crois sans pouvoir l'affirmer ». Et testes inter se pugnant. Et revera, Ioannes Boni in sua attestatione quam in scriptis iudici obtulit, ait : « Ma mère m'a plusieurs fois, pendant « notre séjour à New-York, dit combien elle trouvait navrants les sen- « timents de Mlle. Gould ; elle trouvait ces sentiments si affreux, qu'elle « en pleura à chaudes larmes **LA VEILLE ET LE JOUR MÊME DU MARIAGE** ». Mater vero Ioannis, in sua responsione, iudici percontanti testatur : « **JE N'AI ENTENDU AU MOMENT DU MARIAGE AUCUN PROPOS DE MLLE. GOULD** « qui, du reste, était très peu communicative avec moi ; mais j'ai su quel- « que temps après le mariage etc.. ». Quoad autem testem Principem Del Drago, animadverterunt Domini ipsum esse testem *unicum* qui unus *veram conditionem* assignat; dum coeteri vel erroneam referunt Annae opinionem, vel referunt quae tempore suspecto didicerunt vel a Principe Del Drago fuerunt edocti; et. proinde, vel appositam conditionem non probant, vel probatio refunditur in eamdem quam Princeps Dei Drago constituit. Iamvero - praeterquamquod Princeps est unus testis et ideo nullus testis - ipse suis depositionibus fidem non conciliat. Ne-

dum enim dixit, se paullo ante matrimonii celebrationem *a sponsa* fuisse vocatum ad audiendam suam intentionem (cum Actor dixerit vocatum fuisse a fratre suo Ioanne); sed etiam - quod gravius est - affirmavit se *certo scire* Annae declarationem factam fuisse tum Actoris genitrici eiusque fratri, tum feminae a cubiculis Annae; idque se *ab ipsis istis* accepisse: ait enim: « Tale dichiarazione *so di certo* che la « fece alla madre dello sposo, al fratello dello sposo ed alla sua dami- « gella di compagnia. **QUESTE TRÉ PERSONE MI HANNO CIÒ RIFERITO».** Porro iam matrem Actoris confitentem audivimus: « Je n'ai entendu, au « moment du mariage, aucun propos de Mlle. Gould qui, du reste, était « très peu communicative avec moi »: frater vero, et Domina Gameron referunt tantummodo *erroneam Annae opinionem* circa matrimonii dissolubilitatem.

Quare inde fluit, haud ex actis probatum haberi Annam edidisse ante nuptias eam protestationem, a viro obiectam, et cum ea intentione fecisse ut alligaret suum consensum in matrimonium fidelitati viri.

Verum consideraverunt Domini quod et si revera Anna ea protestata fuisset quae vir refert et testes ab eo producti confirmant, numquam ex actis probata existeret praetensa conditio.

Et profecto: Actor testatus est: « Elle me dit qu'elle était améri- « caine protestante, qu'elle était libre, que son mariage ne pouvait l'en- « gager irrévocablement ». Ioannes de Castellane, frater sponsi, testatus est, Annam dixisse paullo ante nuptias: « " Boni croit qu'il me gardera «toujours; il me gardera tant que je voudrai; et s'il ne me convient « plus, je divorcerai. Je suis protestante et je sais que je peux divorcer « quand je voudrais ". Je lui dis alors qu'elle devrait bien se faire catho- « Iique, et elle me répondit: " Pour rien au monde: parce que si je me « faisais catholique, je ne pourrais pas me rémarier et je veux être libre «de le faire quand je voudrais"». Et Catharina Cameron, Annae a cubiculis, quae nuptiarum celebrationi adfuit, testata est: « Je suis cer- « taine qu'avant le mariage, devant moi et plusieurs autres personnes, « Mme. Gould a dit qu'elle divorcerait si elle n'était pas heureuse... En « Amérique, presque toutes les jeunes filles qui se marient, ont cette « intention d'user du divorce, si le mariage ne les rend pas heureuses ». Pater autem Actoris haec retulit: « Le matin même du mariage, mon « fils Jean et le Prince Del Drago vinrent me faire part d'une scène qui « s'était passée entre eux et Anna Gould. Cette dernière leur avait dit « très nettement qu'elle était protestante, et qu'elle le resterait pour « avoir la faculté de divorcer quand bien lui semblerait ». Actoris vero mater haec narrat: « C'est quelques mois après le mariage qu'elle m'a

« tenu à moi-même le même propos... elle était venue assister à la «Messe dans la chapelle du château et, en sortant, je l'en remerciai; « mais elle me dit tout de suite: " Je ne me ferai jamais catholique, « parce que je tiens à pouvoir divorcer " ». Goeteri testes in hanc sententiam unanimi suffragio concordant, Annam protestatami fuisse mordicus, sibi et ante et post celebratas nuptias ius vindicasse discedendi a viro si hic foret infidelis aut alias sibi displiceret, et hanc facultatem sibi competere ex placitis sectae protestanticae cui adhaerebat, quamque derelinquere nolebat ne sibi adimeretur haec eadem facultas

Iam age : his in terminis continetur examussim *error iuris* quem ita definit Card. Gasparri, *De matrim, n. 792, (edit. 1891)* : « Error iuris « circa essentialem proprietatem matrimonii verificatur si contrahens « - vel putat vinculum matrimoniale solvi posse saltem in aliqua circum- « stantia, ut tenent infideles, necnon Graeci schismatici qui contra defi- « nitionem Concil. Trident, *sess. 24, cap. 7* adhuc autumant adulterio « induci divortium plenum, et nonnulli perversi ac ignorantes catholici, « praesertim post funestam divortii legem ; - vel putat se post illum « maritum vel uxorem posse alium quoque vel aliam superaddere, uti « rursus infideles ; - vel tandem putat matrimonium non esse sacramen- « tum, uti protestantes, quibus adhaerent plures perversi ac ignorantes « catholici ». Qua in definitione continetur quaecumque fuerit erroris species quae in Annae mente versabatur; sed certa et constans est Doctorum sententia et in foro iurisprudentia, talem nempe errorem validitati matrimonii non officere. Docet ipse Card. Gasparri, iam citat.: « Iam- « vero hoc in casu, certum est haberi consensum matrimonialem, ideoque « matrimonium per se valere cum simplici errore iuris, *etiam dante* «**CAUSAM** *contractui; nempe : si contrahens qui in errore versatur modo « vult inire verum matrimonium prouti a Domino institutum est... et posi- « tivo voluntatis actu non excludit proprietatem matrimonio essentialem, « licet excluderet si de ea cogitaret...* Quod si contrahens, explicito volun- « tatis actu, seu vera mentis conditione, illam proprietatem revera exclu- « dit, matrimonium irritum est ». In hanc rem ita disserit Bened. XIV, *De Synod. 1, 13, c. 22, n. 7.* « Praeterea Theologi et Canonistae non « solum rationem inquirunt cur nullum remaneat matrimonium in cuius « contractu insertae fuerint conditiones ipsius substantiae ac naturae «contrariae, sed etiam quae sit ratio illius discriminis unde fit ut vali- « dum firmumque haberi debeat matrimonium eorum qui, nuhVapposita « conditione, huiusmodi alteri nubent, etiamsi falsam illam opinionem « foveant qua putent matrimonium ipsum, fracta per adulterium fide, «solutum iri: contra vero nullum et irritum censendum sit matrimo-

« nium eorum qui praeter eum errorem quo imbuti sunt, conventionem « etiam adiiciunt de matrimonii dissolutione quoad vinculum, interve- « niente adulterio. Super quo ita ratio ein antur. Quicumque contractum « vult, necesse èst ut eiusdem substantiam velit; ideoque si contrahentes « in matrimonii foedere ineundo conditionem apponunt illius substantiae « contrariam, certissimum est argumentum nequaquam eos in veri matri- « monii contractum consentire... Quod si expressa illa conditio de matri- « monio ob adulterium dissolvendo minime apposita fuerit, quamtumvis « contrahentes in eo fuerint errore ut matrimonii vinculum per adulte- « rium dissolvi possit, nihilominus locus est praesumptioni ut dum « matrimonium, prouti a Christo institutum fuit, inire voluerunt, illud << omnino perpetuum, ac interveniente etiam adulterio, indissolubile con- trahere voluerint: praevalente nimirum generali, quam diximus volun- « tate de matrimonio iuxta Christi institutum ineundo, eaque privatum « illum errorem absorbente ; quo fit ut matrimonium ita contractum, «validum firmumque maneat..; Doctrinam hanc secuta est semper atque « constanter Congregatio S. Officii, quoties ei examinanda se obtulit vali- « ditas matrimonii vel inter duos Calvinistas, vel inter Catholicum et « Calvinistam contracti; cum scilicet vel ambo coniuges, vel alter eorum, « in ea opinione versaretur ut matrimonii vinculum, adulterii caussa, « dissolvendum foret. Ita colligitur a responsione data ad Dubium : « " An validum sit matrimonium contractum inter catholicum et schi- « smaticum haereticum cum intentione foedandi vel solvendi matrimo- « nium? ", die 2 octobris 1680 ita resolutum: "Si ista deducta sint in « pactum, seu cum ista conditione sint contracta matrimonia, sunt nulla; «sin aliter, sunt valida " ». Conf. item Pirhing, *Ius. canon. I. IV, t. 1, n. 74,* et Litter. Pii Pp. VI, ad Archiep. *Pragen, diei 11 iulii 1789 ;* et S. R. Rota in una *Monacen.-Friburgen. diei 24 iulii 1909,* c. Mori.

Iamvero adducti testes referunt eam fuisse Annae voluntatem nempe discedendi á viro si hic fuisset infidelis, quod sibi arrogaba t ius, utpote sectae evangelicae addictae. Ipse libellus supplex - qui non semper genuinam factorum veritatem significare solet, quippe ab Advocato, ad evincendam propositam actionem, magis quam ab Actore conscriptus et hac praecise de caussa iubetur in *cap. 14 JDe iudic.* : « Statuimus prae- « terea ut principales personae non per advocatos sed per seipsas factum «proponant» - ipse, inquam, supplex libellus hanc explicitam exhibet nullitatis rationem : « Noi abbiamo questo vantaggio sopra di voi catto- « liei, di poterci cioè rimaritare quando vogliamo ». Sed in hoc consistit error iuris quem iam explicavimus, quemque non excludere voluntatem ineundi matrimonium iuxta Christi institutum, et hinc firmum validum-

que in aevum, iam statuimus iuxta Doctorum doctrinam certam et constantem, necnon authenticas sacrarum Congregationum decisiones.

Neque dicatur quaestionem non esse de verbo, sed de re, et praefatos testes, utpote de iure canonico penitus ignaros, etsi in testimonio perhibendo, verbo *conditionis* usi non fuerint, adhibuisse tamen locutiones eidem verbo aequipollentes. Etenim verba sumenda sunt prout sonant: propositum autem aliquid agendi non secumfert consensum conditionatum; et in dubio, quis praesumitur pure contraxisse, nisi aperte liqueat de *conditione*, praesertim si conditio substantiae contractus opponatur, uti considerat Benedictus XIV loco citato.

Sed unus habetur testis qui non loquitur de simplici errore, sed de *expressa conditione* quae nata esset, iuxta regulam iam expositam, ipsum contractum nullum reddere. Refert enim Ioannes e Principibus Del Drago : « Rammento che la mattina stessa nella quale si doveva « celebrare il matrimonio, trovandomi in una stanza presso quella nella « quale era la sposa... sentii piangere e parlare concitatamente, tanto « da poter distinguere che cosa si dicesse. Neil'avvicinarmi fui chiamato « dalla sposa stessa la quale mi disse in istato di agitazione che ella « non era affatto sicura dell'affetto dello sposo e temeva di far male a « sposarlo: ad ogni modo dichiarava esplicitamente che ella sposava a «condizione di esser libera di poter divorziare non appena si vedesse «tradita dallo sposo, e all'uopo mi pregava di comunicare nettamente « tale sua affermazione allo sposo ». In quam vero attestationem advertendum est: 1.° In primis sese offerre menti regulam: « Unus testis, « nullus testis » seu « unicus testis non probat », uti censuit S. H. O. in *decis. s. 251, n. 1; decis. 664, n. 8, part. I, et decis. 191, n. 7 ; decis. 337, n. 16; decis. 487, n. 8, part. IV, t. II, Recent,* et in aliis innumeris eiusdem collectionis *Recent.* Et praeterea tenuit Rota testem unicum non probare etiam de facto proprio deponentem, et potissimum si adversus attestationem moveri possunt exceptiones (et has non deesse in casu iam supra visum est et inferius innuemus) ex *decis. 144, n. 3; decis, 403, n. 8, part. 1; decis. 237, n. 4, part. III ; decis. 125, part. 4; part. 4. Recent.* %° Quatenus vero attestatio unius adversatur aliorum attestationibus, adnitendum est ut sensus unius aliorum sententiae concordetur. Et in themate quia ahi testes, cum primis, Annae huiusmodi voluntatem perceperunt ex relatione Ioannis Del Drago, praesumendum est rem ita tunc significatam a Ioanne fuisse, uti hodie eam referunt iidem testes. Iamvero hi non loquuntur de propria ac vera conditione ab Anna contractui apposita ; sed de intentione libere et libenter utendi divortiandi facultate quam illi dabant placita sectae protestanticae. 3.° Quare concludere licet

de conditione loquutum fuisse Ioannem in sua attestatione, ex sua subiectiva persuasione, non quidem ex facto quod revera hanc mentem satis aperte Anna significaverit. Coeterum, quia Ioanni est hodie persuasum - et huc spectat sua attestatio - controversum matrimonium esse nullum, mirum non est si usus sit ea iuridica verborum conceptione qua utuntur iurisconsulti ad significandum defectum consensus contrahentis. Sane, iam 15 et amplius anni dilapsi erant ab inito matrimonio quando Ioannes hanc attestationem faciebat : poteratne ipse certorum verborum firmam habere memoriam, an nempe Anna de simplici erronea opinione loquuta sit, ut referunt coeteri testes, an vero de *vera conditione,* ut unus Ioannes memorat? 4.° Quare ad summum, dubiam rem dicere debemus: unde propterea matrimonium plena frui possessione in themate, nemo ambigere potest.

Denique perpenderunt Domini non deesse rationem firmitatem vindicandi huic matrimonio, etsi daretur conditionem fuisse appositam. Nam coniugium fuit Neo-Eboraci celebratum ubi caput « Tametsi » non vigebat; et hinc pacifica cohabitatione et copula spontanee admissa, nedum post detectam infidelitatem mariti, sed etiam per reliquos octo annos, et quidem cum generatione prolis, valuerunt coniuges praetensum consensus defectum sanare.

Hisce igitur omnibus sedulo perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus, et definitive sententiamus non *constare de nullitate matrimonii inter Mariam Paulum Boni de Castellane et Annam Gould;* seu proposito dubio : *Negative,* seu *non constare,* respondemus. Actorem vero in expensas iudicii condemnamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV De reform.* Concil. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. R., die 9 Decembris 1911.

Michael Lega, *Decanus, Ponens.*
Guilelmus Sebastianelli.
Petrus Rossetti.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

***N. B.* — Adversus sententiam interposita est appellatio.**

Michael Lega, *Ponens.*

IL
BALTIMOREN.

NULLITATIS MATRIMONII (REÍD - PARKUST).

Causa incidentalis super nova instructione concedenda.

Causa « Baltimoren. Nullitatis matrimonii» inter Mariam Reid et Fridericum Parkust, iudicata est in secunda instantia ab H. S. O. videntibus omnibus, et die 30 iunii 1910 prodiit Rescriptum : « *Non constare de nullitate matrimonii ».*

Haec autem sententia Rotalis, confirmatoria erat alterius sententiae, a S. Congregatione de Propag. Fide prolatae, et a SSfño approbatae, uti constat ex authentico documento, ab eadeni S. Congreg, ad hoc S. Tribunal remisso.

Ab huiusmodi Rotali sententia appellationem instituere petierunt Actricis Patroni et rescriptum fuit a Rmo P. D. Decano, Ponente, die 13 augusti 1910 : « *Admittatur si et quatenus de iure, ad normam Constitutionis " Dei miseratione " ».*

Quominus tamen appellatio admitteretur, se opposuit vinculi Defensor, quia in libello appellationis non continebatur ratio expetitae novae instructionis prouti requiritur a Constitutione Benedictina, scilicet « *nova res quae deducta vel ignorata fuerit* ». Tunc Actricis Procuratores articulos produxerunt, super quibus et veteres testes et novos audiri postulant; quare Rmus P. D. Ponens die 4 aprilis 1911 rescripsit: *«Admittantur novae testium productionis et testes iam producti sub novis articulis interrogentur, si et quatenus ad veritatem detegendam conducant, audito vinculi Defensore et praevio decreto Iudicis instructoris ».* In Iudicem instructorem deputatus fuit R, P. D. Ioannes Prior.

Hic suo decreto diei 31 iulii 1911 reiiçendam censuit novam instructionem.

Ab hoc reiectionis decreto Advocati appellationem interposuerunt apud Rotale Collegium, quod, die 29 novembris 1911, sequens edidit

DECRETUM.

Ad *ius* quod attinet perpensum est *a)* privilegium quo causae matrimoniales fruuntur, ita in Constit. *Dei miseratione* a Benedicto XIV enunciari ; « Salvo semper et firmo remanente iure, seu privilegio cau-
« sarum matrimonialium, quae, ob cuiuscumque temporis lapsum, num-
« quam transeunt in rem iudicatam ; sed si nova res, quae non deducta

«vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possunt et rursus in iudicialem « controversiam revocari ». - Communem Doctorum sententiam super intelligentia et applicatione eiusmodi privilegii, ita explicat Reiffenstuel *(de sent. et re iud. nn. 135-138)* inquiens : « Remanet quod sententia illa « quae non transit in rem iudicatam post lapsum decennii, solum possit « retractari per viam querelae.... Querela potest cognosci ab eodem « iudice qui sententiam, contra quam pars querelatur, tulerat, atque is, «interposita coram se querela, praemittit summariam eius cognitionem, « an videlicet allegetur aliqua vèrisimilis et probabilis causa quere- « landi ...... Appellatio autem quae interponitur, vi enunciati privilegii, semper vim habet querelae, seu extraordinarii remedii, ad removendum periculum animae, uti perpendit idem Reiff. *I. c. nn. 118 et 137 ;*

b) quod, proinde, non est a secunda instantia ad tertiam procedendum, nisi aliquid novi detegatur, idest: vel novum caput accusationis; vel nova aliqua species probationis; vel novum documentum quod aliquod facti adiunctum vel ipsum factum comprobet, cui potissimum innitatur valor et vis instauratae accusationis; salvo semper iure partium, sive respective Defensoris vinculi, etiam adversus sententiam, alterius sententiae confirmatoriam, latam ab Ordinariis, recurrendi ad S. Sedem, Uti cavet Instructio S. Officii 20 iunii 1883 § 28 : « Si utra- « que sententia fuerit pro validitate matrimonii, sciat tamen pars impu- « gnans matrimonium, sibi adhuc omnino patere appellationem ad apó- « stolicam Sedem » ;

c) quod Iudicis est decernere an nova expetita instructio contineat aliquam rem novam, vel ad hanc detegendam ordinetur; ceu docent Doctores, uti Reiff. *I. sup. c.:* « Iudex autem non debet simpliciter admit- « tere querelantem ; *sed oportet ut prius - summariter saltem - sese infor- « met* de iustitia querelae et iniustitia sententiae, ac, *cognita rei veritate,* « retráctet sententiam » : et directius ad rem Synopsis Pirhingiana, *I. II. Decret t. XXVIII, sect. II, § 3 :* « Sententia contra legitimum matrimo- « nium ad hoc dissolvendum lata, vel quae lata fuit pro matrimonio «quasi legitime illud contractum fuisset, cum tamen nullum sit, num- « quam transit in rem iudicatam ; cum semper ad illud reintegrandum, « vel ad hoc dissolvendum et retractandam sententiam, quoties comper- « tum fuerit cum errore quodam latam fuisse, agi possit, ut patet *ex.* « c. *Lator. 7, h. t.;* neque enim ulla iuris aut iudicis auctoritas aut par- « tium consensus etc. potest dissolvere matrimonium validum, aut invali- **de** dum reddere validum, cum talis sententia peccatum foveret dissolvendo « eos qui veri coniuges sunt, aut coniungendo eos qui non sunt coniu- « ges.... *Neque tamen passim et indifferenter quilibet admitti debet ad*

«sententiam talem impugnandam, ne nimis lites multiplicentur, et cum «praesumptio stet pro Iudice: sed prius a Iudice summaria cognitione « dispiciendum num causa verisimilis subsit sententiae latae impugnan- « dae »; et in casu nostro quo Iudices decernentes de admittendo supplemento actorum sunt iidem qui sententiam impetitam protulerunt, idem vigere debet principium, quod respuenda non est nova instructio, si haec *novam rem* contineat, probationibus legitimis constabiliendam, habita ratione intentionis earumdem probationum, quamvis hae ad convellendam sententiam prolatam tendant;

d) quod, proinde, R. P. D. Iudex Instructor officii sui limites non excessit, urgente quoque Rescripto Rmi D. Ponentis diei 4 aprilis 1911, edicente : « praevio Decreto Iudicis Instructoris » ; unde eius erat articulos serio perpendere et illos, decreto suo, tantum testibus proponendos admittere quos ad veritatem detegendam aptos comperisset, prudens suum sequutus arbitrium, prouti ipsi Canonicas Leges indulgent;

e) perpensum est insuper generale praeceptum Clementinae II *de « testibus* », quae praescribit non esse admittendos testes vel eosdem vel diversos, super iisdem articulis, attestationibus iam publicatis, quia subornatio, vel aliunde veritatis obnubilatio, est ordinarie timenda etiam in gradu appellationis : ait enim : « Testibus rite receptis, et eorum atte- « stationibus publicatis, sicut non licet super iisdem, vel directe contra- « riis, articulis alios vel eosdem testes in principali causa producere, sic «non debet in appellationis causa licere; cum non minus in appella- « tionibus quam in principali causa subornatio sit timenda » : quod praeceptum, debita servata proportione, vim habet etiam in causis matrimonialibus, quantumvis privilegiatis ;

f) denique perpensum fuit quod controverti nequeat caussam esse in H. S. O. actam in secunda instantia, cum testificet Emus D. Cardinalis S. C. de Prop. Fide Praefectus, sub die 25 maii 1905 : « SSmus refe- « rente Emo C. Praefecto . . . *Eminentissimorum Patrum sententiam qui « dubium, ex officio propositum, negativo responso dimittendum censuerunt, « approbavit ratamque habuit ».*

Hisce in iure perpensis, ad factum quod attinet, considerarunt Domini: *a)* quod in novis articulis nil contineatur *novi* quod innuere possit ad veritatem detegendam; quia in his neque *res nova* deducitur, vel quae antea praesumatur ignorata: proinde visi sunt propositi articuli et produca testes respuendi. Sane, quod nullum novum documentum detectum sit et nullum factum novum, antea ignoratum, patet ex silentio Patronorum qui nullum huiusmodi factum aut documentum allegant.

b) Quoad articulos perpensum est :

Ad L - Circa ignorantiam Mariae Reid de impedimento dirimente nil novi deducitur, nisi probaretur invicte errorem in Actrice se refudisse in substantiam actus ; sed huc non spectat expetita probatio ; et praeterea certum est Mariam Reid numquam alligasse suum consensum ad hanc sponsi qualitatem scilicet quod sit baptizatus ; fassa enim ipsa est : « *No, non mi entrò mai per la testa » ;*

Ad II. - Circa errorem qui irrepere potuisset in petitione, concessione, aut adnotatione dispensationis, tantae et tam sedulae factae sunt inquisitiones et diligentiae in anteactis instantiis, ut modo nedum agatur de articulo *non novo,* sed de re adeo perquisita, ut novos producere testes visum sit tempus tereré, et inutiliter testes et iudicem ipsum vexare, cui invocanda est Regula Iuris in VI, XXXI : « *Eum qui certus est certiorari « ulterius* non oportet ». Stat enim factum quod in libro dispensationum matrimonialium Curiae Baltimoren, sub anno 1887, haec verba leguntur: *« Die 18 septembris, sub n. 120, petente Rev. Chapelle, residente in Wash- « ington, concessa fuit dispensatio disparitatis cultus pro Mary Reid et < Frederic Parkust* ». Quod eo certius est, quia alia exempla, seu potius excerpta seu *transumpta* eiusdem formulae, omnino cum ea originali concordant *quoad substantiam,* nec differant nisi quoad accidentalia et quidem levissima. Quidquid igitur respondeant propositi testes de nomine Cancellarii pro anno 1887, de eius sollicitudine, de conservatis vel amissis scripturis ad praesentem causam relativis, de usu tunc vigente in péten-dis, concedendis, et adnotandis dispensationibus, et de aliis punctis propositis, et licet probaretur non defuisse negligentiam in scribendo et conservando praefato libro, haec omnia ad summum non constituerent nisi dubium contra auctoritatem huius libri : quo etiam probato dubio, standum esset pro valore actus. - Nec dicant Patroni forsan ex novis attestationibus probari posse, petitam fuisse solummodo a Dno Chapelle dispensationem *mixtae religionis :* nam licet hoc demonstraretur, non inde sequeretur concessam fuisse *tantummodo* dispensationem *mixtae religionis :* his enim in regionibus, ad maiorem cautelam, loco petitae *dispensationis mixtae religionis,* aliquando conceditur dispensatio super *disparitate cultus,* quia nimirum saepe saepius difficile demonstrari potest partem esse baptizatam;

Ad III. - Eadem animadversio, quod nempe « *qui certus est certio- « rari ulterius non oportet* », facit ad hoc caput petitae instructionis; quia instructiones quae inibi fieri proponuntur cum sufficienter expletae sint, nulla affulget spes aliquid novi detegendi. Quod autem irrepserit error in transcriptione, et notata fuerit dispensatio *disparitatis cultus* loco

dispensationis *mixtae religionis,* inverisimile omnino videtur; cum Reverendus Dominus Chapelle qui petiit et impetravit dispensationem, diserte affirmet sub fide iuramenti, se dispensationem *disparitatis cultus petiisse,* et in Rescripto Curiae Baltimorensis concessam fuisse dispensationem disparitatis cultus;

Ad IV. et coetera instructionis proposita capita - certum est agi vel de iisdem articulis, vel de iisdem testibus super iisdem vel novis articulis audiendis, et hinc obstat citata Clementina Constitutio. Quoad novos vero testes adest praesumptio quod *nihil novi* sciant; quia si essent de re bene edocti, iam producti essent; et aliunde in novis propositis articulis *nihil novi* continetur quod innuere possit ad veritatem detegendam. Quidquid enim respondeant testes circa caussas dispensationis et cautelas praestandas, standum erit semper pro validitate dispensationis: certum est enim in casu non defuisse causam dispensationis, neque cautiones : - non defuit causa ; quia saltem adfuit illa causa quam referunt communiter Doctores de his regionibus scribentes, scilicet, timor gravis ne sponsi, recusata dispensatione, matrimonium coram magistratu civili vel haeretico ministello ineant : - non defuere cautiones, quarum, praeter alias, probatio optima est quod a sponso non baptizato fideliter impletae fuerint. Quod si ex novis testium depositionibus ingereretur quoddam dubium de his causis aut cautionibus, semper posito hoc dubio,' standum esset pro valore dispensationis et idcirco, matrimonii.

c) Adverterunt autem Domini suae intentionis fuisse respuere expetitam instructionem, quia non continet *novas* deductiones ad praescriptum sacrorum Canonum ; quare semper audienda esset Actrix si *rem novam* vel *antea ignoratam* produceret.

Hisce igitur omnibus tum in *iure* tum in *facto* attentis, die 29 novembris 1911, Domini decreverunt *expetitam novam instructionem concedendam non esse,* et hanc proinde iure meritoque, suo Decreto respuisse Iudicem Instructorem.

Michael Lega, *Becanus, Ponens.*
Guilelmus Sebastianeiii.
Seraphinus Many.
Franciscus Heiner.
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD COMITEM DE MUN, QUI NOMINE OPERIS CUI PRAEEST « DES CERCLES CATHOLIQUES D'OUVRIERS », NATIVITATIS DOMINI NOSTRI OCCASIONE ARREPTA, BEATISSIMO PATRI FILIALE VENERATIONIS OBSEQUIUM EXHIBUIT.

Monsieur le Comte,

- Le Saint-Père a eu pour très agréable l'hommage de dévouement filial, que vous Lui avez adressé, à l'occasion des Fêtes de Noël au nom de l'« Œuvre des Cercles Catholiques d'Ouvriers ».

Les sentiments d'ardent amour pour l'Église et d'entière soumission aux enseignements et aux directions du Saint-Siège professés avec une indéfectible fidélité par l'Œuvre des Cercles depuis son origine, sont pour ses membres et spécialement pour son Comité Central, ainsi que pour son très distingué Président, un titre eminent à l'affection toute particulière du Souverain Pontife. Aussi est-ce de tout cœur que Sa Sainteté vous accorde à tous sa meilleure Bénédiction.

Le Saint-Père fait en outre des vœux pour que l'activité féconde déployée sans cesse par vous, Monsieur le Comte, et manifestée naguère avec tant d'éclat en faveur des grands intérêts de l'Église et de la Patrie, puisse répondre longtemps encore aux désirs de votre grande âme et à l'attente de tous les gens de bien.

Avec mes félicitations et mes souhaits personnels, veuillez agréer, Monsieur le Comte, l'assurance de mes sentiments bien dévoués.

Le 15 Janvier 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. P. D. PIUM M. BAGNOLI, MARSORUM EPISCOPUM, QUI BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS RENUNTIAVIT SE PRIMAM VISITATIONEM PASTORALEM PROXIME INITURUM.

Illmo e Rmo Monsignore,

Dalla lettera che V. S. Illma e Rma ha teste inviato, il Santo Padre ha appreso con piacere la notizia della imminente prima Visita Pastorale che Ella è per fare alla sua diocesi. Una prima Visita Pastorale costituisce in realtà un vero avvenimento per il gregge che la riceve, e che, animato da spirito di vera fede, ravvisa nel Presule che lo benedice, l'inviato del Signore per guidarlo nella via della salute eterna. Sua Santità, a cui è ben nota la pietà del Clero e del popolo Marsicano non dubita che i fedeli di cotesta diocesi siano per trarre profìtto da questa nuova grazia, che nella persona della S. V. è loro per fare il Signore, e che, colla dovuta docilità, apriranno al loro Vescovo più spedita la via ad effondere quegli spirituali benefici, dei quali non può non esser feconda una prima Visita Pastorale fatta con carità di padre, ricevuta con cuore di figli,

E perchè tale, coll'aiuto di Dio, riesca quella della S. V., il Santo Padre imparte di cuore a Lei, ai Convisitatori, al Clero e al popolo tutto della diocesi l'implorata Benedizione Apostolica, pegno della Benedizione di Dio ed auspice dei necessari celesti aiuti.

Con sensi di sincera stima passo, dopo ciò, al piacere di raffermarmi

29 Gennaio 1912.

Di V. S. Illma e Rma
Servitore
R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD R. P. D. AUGUSTUM DUBOURG, RHEDONENSIUM ARCHIEPISCOPUM, POST SYNODUM ANNO SUPERIORE IN RHEDONENSI ARCHIDIOECESI HABITAM.

Monseigneur,

Le Saint-Père a pris connaissance avec un vif intérêt des documents du Synode Diocésain tenu l'année dernière à Rennes sous la présidence de Votre Grandeur. Préparées avec un soin judicieux, élaborées et discutées avec une sage liberté, revêtues ensuite de la sanction de votre autorité, ces Constitutions synodales ne peuvent que contribuer puissamment au maintien de la discipline et au bien spirituel du clergé et des fidèles de votre grand et beau diocèse. Ces résultats consolants auront été dûs, après Dieu, au zèle, à la prudence, à l'incessante activité que déploie Votre Grandeur dans l'accomplissement de la noble et lourde charge. Le Souverain Pontife est heureux de Vous en témoigner Sa haute satisfaction, en Vous accordant de tout cœur la Bénédiction Apostolique pour vous et tous vos diocésains.

Avec mes remercîments et mes félicitations personnelles, je vous prie, Monseigneur, d'agréer l'expression de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Le 15 Février 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IV.

AD R. P. HUMBERTÜM EVEREST, O. P., PRAEPOSITUM ANGLICAE PP. PRAEDICATORUM PROVINCIAE, OB EXEMPLAR PRIMI VOLUMINIS SUMMAE THEOLOGICAE SANCTI THOMAE AQUINATIS, ANGLICE REDDITI, BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Reverende Domine,

Beatissimum Patrem pergrato te munere affecisse scito, quum Eidem dono nuper misisti primum volumen Summae Theologicae Sancti Thomae Aquinatis, quam anglice reddere, adlaborantibus delectis provinciae istius Sodalibus, optimo consilio instituisti. Optimo, inquam, consilio: vulgare enim im mortalia Aquinatis volumina idem prorsus est ac scripta vulgare humana divinaque scientia refertissima, atque

omnibus sciendi cupidis optimam praebere philosophandi rationem cum ad sacra vera aperienda atque illustranda, tum ad profligandos errores maxime efficacem. Quod satis ostendit dignos plane religiosis viris, dignos Sodalibus Dominicanis vos suscepisse labores.

Feliciter vero ut iidem eveniant uberesque pariant utilitates, Augustus Pontifex, pro oblato volumine officia reddens gratissimae voluntatis, tibi ac fratribus quorum uteris opera, Apostolicam Benedictionem, caelestium auspicem bonorum, amantissime impertit.

Amplector et ego humanitatem tuam et gratias, ut par est, agens pro altero eiusdem voluminis exemplari mihi exhibito, me Paternitati tuae profiteor

Romae, die 24 Februarii 1912.

Addictissimum

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 27 Febbraio 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Ernie Rmi Signori Cardinali componenti la medesima furono sottoposte le seguenti materie :

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Suor Angela Maria della Concezione, Riformatrice delle Monache dell'Ordine della SSma Trinità.

II. Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Gregorio Barbadico, prima Vescovo di Bergamo, poi di Padova.

III. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propri, nonché dell'elogio da inserirsi nel Martirologio, in onore del Beato Bonaventura Tornielli, Sacerdote professo dell'Ordine dei Servi di Maria.

IV. Revisione degli scritti del Servo di Dio P. Emmanuele Ribera, della Congregazione del SSmo Redentore.

V. Revisione degli scritti del Servo di Dio Fratello Scubilione, della Congregazione dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

VI. Revisione degli scritti dei Servi di Dio Isacco Jogues Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, Giovanni Brebœuf e Compagni.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

16 Febbraio 1912. — L'Emo Signor Cardinale Gaetano Bisleti, Protettore delle Religiose Francescane di S. Maria degli Angeli di Angers.

17 Febbraio. — Mons. Salvatore Talamo, Consultore della Sacra Congregazione degli Studi.

19 Febbraio. — Il Sig. Marchese Francesco Serlupi, Suo Cavallerizzo Maggiore.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Assistente al Soglio Pontificio :

9 Febbraio 1912. — Monsignor Carmelo Pujia, Arcivescovo di Santa Severina.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

20 Febbraio 1912. — Il Rev. Giorgio Guglielmo Herr, Parroco di Santa Maria neh" archidiocesi di Dubuque.

22 Febbraio. — Il Rev. Giovanni Coulondre, Vicario Generale della diocesi di Montpellier.

Protonotarii apostolico titolare:

9 Febbraio 1912. — Mons. Francesco Carinci, Arcidiacono della Cattedrale di Veroli.

Prelati domestici di S. S.:

26 Gennaio 1912. — Il Rev. Ciriaco Candacurry, Vicario Generale del Vicariato Apostolico siro-malabarese di Changanacchery.

13 Febbraio. — Il Rev. Dugaido M. Mac Donald, Parroco nella diocesi di Charlottetown (Canadá). >

15 Febbraio 1912. — Il Rev. Giuseppe Luzuy, Vicario Generale della diocesi di Clermont-Ferrand.

20 Febbraio — Il Rev. Giovanni Bruneau, Vicario Generale della diocesi di Clermont-Ferrand.

24 Febbraio. — Mons. Aristide Botti, Vicario Generale e Canonico delia Cattedrale di Faenza.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il S. Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordirne di S. Gregorio Magno,classe civile:

15 Febbraio 1912. — Al Sig. Carlo Deschamps, notaio a Rouen.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

18 Febbraio 1912. — Al Sig. Ing. Aristide Leonori di Roma.

20 Febbraio — Al Sig. Sélim Amboury Bey, di Damasco.

24 Febbraio. — Al Sig. Dott. Enrico Szarski, Vice-presidente del Consiglio Municipale di Cracovia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Febbraio 1912. — Al Sig. Pietro Mouchet de Battefort, Conte Laubespin, dell'archidiocesi di Rennes.

20 Febbraio. — Al Sig. Paolo Baugas, Professore di Diritto nell'Università cattolica d'Angers.

— Al Sig. Leone Francesco M.ª Philouze, Direttore del « Journal de Maine-et-Loire » nella stessa città.

23 Febbraio. — Al Sig. Barone Carlo de Pelleport Burète, di Bordeaux.

27 Febbraio. — Al Sig. Avv. Fernando Daudet, di Nîmes.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

20 Febbraio 1912. — Al Sig. Pio Leonori, di Roma.

22 Febbraio. — Al Sig. Alessandro de Vichet, Direttore dell' « Éclair » di Montpellier.

24 Febbraio. — Al Sig. Avv. Raimondo Chanoine-Davranches, di Rouen.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari di S. S. :

31 Gennaio 1912. — Il Rev. Giovanni Rihánek, dell'archidiocesi di Praga,

9 Febbraio. — Il Rev. Giulio de Lescluze, dell'archidiocesi di Malines.

— Il Rev. Francesco Kerner, della diocesi di Königgrätz.

9 Febbraio 1912. — Il Rev. Giovanni Corti, Officiale della S. Congregazione di Propaganda Fide.

là Febbraio. — Il Rev. Arcangelo Rosati, della diocesi di Gubbio.

Cameriere d'onore in abito paonazzo :

3 Febbraio 1912. — Il Rev. Luigi Monticelli, della diocesi di Alife.

Cappellano segreto d'onore:

7 Febbraio 1912. — Il Rev. Armando Cavallini, dell'archidiocesi di Pisa.

Cappellani d'onore extra Urbem :

31 Gennaio 1912. — Il Rev. Domenico Rodinò-Toscano, della diocesi di Mileto.

3 Febbraio. — Il Rev. Francesco Mazzarella, della diocesi di Alife.

NECROLOGIO

28 Febbraio 1912. — Mons. Edmondo Stonor, Arcivescovo tit. di Trebisonda.

Annus IV. - Vol. IV. Die 15 Martii 1912. Num. 5

ACTA APÌTOLIGAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE.

DE PROVISIONE DIACONIAE S. MARIAE IN DOMNICA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto Filio Nostro Basilio, Sanctae Mariae in Domnica, Sanctae Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali, Pompili nuncupato, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum Nos, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine, Te in eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconum Cardinalem duxerimus assumendum, volentes Te, prout ratio postulat, propria Cardinalis Diaconi denominatione decorare, Tibi ecclesiam Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica, quae Diaconi Cardinalis est denominatio et cui bonae memoriae Aloysius, ipsius Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconus Cardinalis, Tripepi nuncupatus, praesidebat, per obitum dicti Aloysii Cardinalis qui in Romana Curia debitum naturae persolvit, vacantem assignare et plenarie committere statuimus. Decessor quidem Noster fel. record. Clemens Papa Decimus secundus, de consensu Cardinalis tunc temporis Diaconi S. Mariae in Domnica, ad maius Religionis incrementum et ad divini cultus splendorem varietatemque in vetusta ecclesia tuenda benigne concesserat Monachis Basilianis Graeco-Melchitis Congregationis S. Ioannis Baptistae in Soario in Monte Libano, ut apud dictam ecclesiam in domo ipsi adnexa et propria Sedem haberent qui Monasticum Collegium ibi constituerent-propagandae conservandaeque Religioni catholicae Romanae apud Melchitas Graeci Ritus in Syria, et quotidie divinas laudes

ibidem persolverent. At quoniam varias ob causas, neque consilium hoc ad effectum adduci, neque dicto in loco hospitium aptum erigi potuit, recentiori aetate Procuratoribus Congregationum Melchitarum Soaritarum Baladitae et Aleppinae ea ipsa ecclesia concessa fuit. Nos vero probe habentes cognitum in Coelimontana regione et apud dictam ecclesiam Sanctae Mariae in Domnica multitudinem haud exiguam christiani populi coaluisse, quae eam singulari pietate ac religione prosequitur, dum Tibi, dilecte Fili Noster, eamdem Diaconiam committimus, simul volumus, prouti est sanctissimum officii Nostri munus, ut ipsa decore divini cultus iterum fulgeat et spirituali bono fidelium in vicinia incolentium consulat, idque ope sacerdotum, qui ad hunc peculiarem finem deligantur. Itaque oportebit, qui curam custodiamque dictae ecclesiae usque in hodiernam diem habuerunt et in domo ecclesiae adnexa domicilium obtinuerunt, eos alio sedem transferre; quippe irrita et nullius in posterum roboris sunto beneficia supra memorata olim quocumque modo etiam a Romanis Pontificibus Nostris Praedecessoribus concessa de Diaconia Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica. Nos igitur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium item consilio et plenitudine Apostolicae potestatis, Tibi, dilecte Fili Noster, concedimus et assignamus ipsam Diaconiam Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica, cum omnibus suis cappellis, domibus, aedibus, bonis, proprietatibus, possessionibus, membris, pertinentiis, fructibus, redditibus, iuribus, iurisdictionibus, pro tui Cardinalatus denominatione, Teque ipsi ecclesiae Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica in Diaconum Cardinalem praeficimus, curam, regimen et administrationem ipsius ecclesiae Tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; ita quod liceat Tibi regiminis et administrationis eiusdem ecclesiae ac illius iurium, iurisdictionum et pertinentiarum praedictarum possessionem, seu quasi-possessionem, per Te, vel per alium aut alios nomine tuo, propria auctoritate, libere apprehendere et apprehensam retinere, ipsamque ecclesiam Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica in iisdem spiritualibus et temporalibus regere et plenissime gubernare, prout Diaconi Cardinales, qui ei pro tempore praefuerunt, eam regere et gubernare potuerunt vel etiam debuerunt. Tuum propterea, dilecte Fili Noster, erit dare operam, ut divinus cultus in dicta Ecclesia iterum floreat, et opportune cum dilecto Filio Nostro Cardinali in Urbe Vicario in spiritualibus Generali bono spirituali christianae plebis circumstantis providere, etiam si res postulaverit, curam regularem animarum ibidem statuendo. Quocirca memoratam curam et administrationem, quam eidem circumspectioni tuae per Apostolicas has

Litteras mandamus, sic exercere studeas sollicite, fideliter ac prudenter, ut ecclesia ipsa Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica gubernatori provido ac vigili administratori gaudeat se commissam, Tuque praeter aeternae retributionis praemium Nostram et Sedis Apostolicae benedictionem et gratiam inde uberius consequi merearis. Per praesentes etiam mandamus dilecto filio Rectori eligendo eiusdem ecclesiae Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica, aliisque ipsius ecclesiae ratione Tibi subditis personis, ut ipsi Tibi pareant -atque obediant, alioquin poenas quas Tu statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore Domino, observari. Et insuper, ut Cardinalatus dignitati et splendori aptius consulere queas, motu proprio et ex mera Nostra liberalitate deque Apostolicae potestatis plenitudine, Tibi, etiam postquam pacificam possessionem seu quasi-possessionem regiminis et administrationis praefatae ecclesiae Sanctae Mariae in Domnica seu in Dominica ac illius bonorum, si quae sint, assequutus fueris, facultatem concedimus, una cum illa quamdiu eidem praefueris, omnia et singula alia officia et beneficia, quae ex quibusvis concessionibus et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, aut alias quomodolibet obtines, aut in quibus, vel ad quae ius Tibi quomodolibet competit, ut prius et quoad vixeris, libere et licite retinendi ac ius Tibi in illis, vel ad illa, quomodolibet competens prosequendi, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo undecimo, die trigesima mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARDINALIS AGLIARDI, *S. B. E. Cancellarius.*

Loco t& Plumbi.

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*
Paulus Pericoli, *Cancellariae Apostolicae Adiutor a studiis.*
Alfridus Marini, *Plumbator.*

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

SODALITAS IN HONOREM S. CHRISTOPHORI ERIGITUR IN ARCHISODALITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. - Christianas Consociationes, sodalium numero ac praestantia conspicuas et ubique gentium prolatas, quae in primis Dei Sanctorumque cultum sibi proponentes, hominum non modo animorum sed etiam corporum integritati prospiciunt, peculiari benevolentia Nostra libentes prosequimur, easque de more institutoque Romanorum Pontificum honoribus ac privilegiis cohonestamus. Itaque iucundum Nobis accidit comperire curiali in templo Paroeciae vulgo « St-Christophe le Jajolet » nuncupatae atque intra fines Sagiensis dioeceseos positae, sodalitatem in honorem S. Christophori iam inde ab anno MDCCCXCIX conditam extare, quae id praesertim intendat, ut viatores ceterique omnes qui tum vitae genere, tum sedis ratione, omnigenis periculis sunt obnoxii, se suaque Beato Christophoro, optimo periciitantium Patrono, committant et credant. Cuius Sodalitatis utilitas nostris praecipue conspicitur temporibus, quibus eo hominum pervenit industria, ut non solum terra marique, sed in aere quoque itinera quam celerrime conficiant, et ita in vitae discrimen saepissime adducantur. Mirum igitur non est, huiusmodi Consociationem, a sacris plerisque Antistitibus rite comprobatam, ingenti numero sodales gremio suo complecti, ac sive in Europam, sive in Asiam, sive etiam in longinquas Americas quotidie magis propagari. Homines enim, qui se hisce periculis obiiciunt, numisma, Beati Christophori referens imaginem, suis vehiculis ut a Sancto Patrono iuventur affigunt, seque inter eiusdem Consociationis sodales non intermisse conscribunt. Quae cum ita sint, votis Venerabilis Fratris Claudii Bardel, Episcopi Sagiensis, benigne exceptis atque Ipsi pariter et eius populo gratum facientes, eandem, quam supra diximus, Sodalitatem honoribus privilegiisque propenso quidem animo augendam existimamus. Quare, hisce Litteris, Auctoritate Apostolica Nostra, Sodalitatem sub titulo S. Christophori, in aede parochiali loci vulgo « St-Christophe le Jajolet» dioeceseos Sagiensis canonice institutam, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus et constituimus. Archisodalitatis autem sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus ac futuris,

ut ipsi alias quaslibet sodalitates eiusdem nominis atque instituti, ubique terrarum existentes, servatis tamen Constitutione r. m. Clementis PP. VIII Decessoris Nostri, aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare et cum illis omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes eidem Sodalitati, ita in Archisodalitatem per Nos erectae, iam ab hac S. Sede concessa, et quae aliis impertiri queant, communicare libere liciteque possint ac valeant, eadem Apostolica Auctoritate Nostra, praesentium vi, perpetuo item concedimus ac largimur. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII Februarii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. ^ S.

IL

SODALITAS SUB TITULO « NOTRE-DAME DE SUPRÊME PARDON » ERIGITUR IN ARCHISODALITATEM CUM FACULTATE AGGREGANDI IN TOTA GALLIA.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. - Quae Deiparae Virginis cultum promovere Sodalitates intendant, eas honoribus ac privilegiis propenso animo exornamus. Cum igitur Nobis relatum sit in aede S. Mauritio vulgo « de Chiddes » dicata, dioeceseos Nivernensis, piam Confraternitatem utriusque sexus Christifidelium extare, quae sub titulo gallice « Notre-Dame de Suprême Pardon » iam inde a die decimo secundo Aprilis anno MDCCCXCVI canonice erecta fuit, atque id sibi potissimum proponit ut Christianorum religio erga Misericordiae Matrem magis magisque in dies augeatur, Nos, quo huiusmodi Consociatio maiora in Deo suscipiat incrementa, votis Nivernensis Episcopi benigne exceptis, eam exoptatis

titulo iuribusque libenter cohonestamus. Quare hisce Litteris, Auctoritate Apostolica Nostra Confraternitatem sub inscriptione vulgo « Notre-Dame de Suprême Pardon » in templo S. Mauritii de Chiddes intra fines Nivernensis dioeceseos rite conditam, in Archisodalitatem cum solitis facultatibus perpetuum in modum erigimus et constituimus. Archisodalitatis autem sic erectae Officialibus et Sodalibus praesentibus ac futuris, ut ipsi alias qualisbet cognomines et eiusdem instituti Sodalitates in cuncta Gallica ditione canonice existentes, servata tamen forma Constitutionum rec. me. Clementis Papae VIII Decessoris Nostri « Quaecumque a Sede Apostolica », aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare et cum illis omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes ipsi Sodalitati, ita in Archisodalitatem a Nobis erectae, a Sede Apostolica concessas, et quae aliis impertiri queant, communicare licite possint ac valeant, eadem Auctoritate Nostra praesentium tenore perpetuo item concedimus et indulgemus. Haec denique largimur, dummodo nulla alia sit eiusdem tituli in Gallus sodalitas, quae eodem honore ac facultatibus fruatur. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos* spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari ; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque omnibus, etiam speciali et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxvni Februarii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

L

INTERAMNENSIS ET NARNIENS1S.

DE MODO CAPITULI INDICENDI AD VICARIUM CAPITULAREM ELIGENDUM.

Apostolicis litteris « *Cogitantibus nobis* » diei 12 Aprilis 1907 SSmus D. N. Pius PP. X ecclesias episcopales Interamnensem et Narniensem *aeque principaliter* univit. Porro cum ibi decerneretur: «.... edicimus autem « quotiescumque communem episcopalem sedem vacare contigerit, eisdem « Capitulis, unum in locum congregatis, ius esse communem Vicarium « Capitularem ad Sacrorum Canonum praescripta eligere », sequentia dubia sunt nata, quae pro resolutione ad praecavendas in futurum difficultates huic Sacrae Congregationi proposita sunt, nimirum :

I. utrum sede vacante ius convocandi et praesidendi Capitulum pro Vicario Capitulari eligendo spectet ad priorem Capituli Interamnensis, an ad archipresbyterum Narniensem, an ad utrumque;

II. utrum, vacante prioratu vel archipresbyteratu, praedictum convocationis ius transeat ad canonicum decanum respectivi Capituli, an potius transeat ad dignitatem non vacantem alterius Capituli ;

III. utrum convocatio fieri debeat in civitate episcopali illius qui Capitulum indicit, an ipse possit Capitulum convocare quo melius reputet ;

IV. utrum omnes utriusque Capituli canonici et dignitates convocari debeant non habita ratione de diverso numero eorum qui in alterutro Capitulo habentur, an tot unius Capituli quot in altero.

Requisito Consultoris voto, et omnibus perpensis, ad proposita dubia Sacra Congregatio respondendum censuit:

ad I. Spectare ad utramque dignitatem, alternis vicibus, incipiendo a prima dignitate Capituli Interamnensis;

ad II. *affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam;

ad III. Capitulum indicendum esse in civitate episcopali illius dignitatis seu canonici qui convocat;

ad IV. omnes esse convocandos.

Quae omnia cum relata fuerint SSmo D. N. Pio PP. X in audientia

diei 9 Februarii 1912 ab infrascripto Cardinali huius Sacrae Congregationis Secretario, SSmus resolutionem approbavit et confirmavit.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 19 Februarii 1912.

C. CARD. DB LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

IL

LIMERICENSIS.

DE CATHEDRALIS ECCLESIAE EIUSQUE CAPITULI CONSTITUTIONE.

Decreto Sacrae Consistorialis Congregationis diei 7 Ianuarii 1912, SSmus D. N. Pius PP. X ecclesiam S. Ioannis Baptistae in urbe vulgo *Limerick* ad Cathedralis honorem et gradum perpetuo evexit ac extulit, cum iisdem iuribus et privilegiis quibus vetus cathedralis ecclesia ab acatholicis ante duo saecula occupata fruebatur, ibique cathedrale Capitulum instituit iisdem dignitatibus et canonicatibus constans ac vetus illa ecclesia, adiectis tamen canonici theologi et poenitentiarii titulis et officiis.

Romae, e Secretaria S. C. Consistorialis, die 10 Martii 1912.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

III.

PISANA ET S. MINIATI.

IMMUTATIONIS QUORUNDAM FINIUM.

SSmus D. N. Pius PP. X decreto huius Sacrae Consistorialis Congregationis diei 12 Ianuarii 1912 loca vulgo *Carratello* et *Yalibranci,* necnon territorium quod rivo *Tora* et via *Aemilia* usque ad pontem *Santoro* est circumscriptum, a paroecia *Fauglia* simulque a dioecesi S. Miniati, quibus usque nunc subiecta erant, perpetuo seiunxit ac paroeciae *Colle Salvetti* simulque archidioecesi Pisanae aggregavit, ita ut fines paroeciarum vulgo *Fauglia* et *Colle Salvetti* sicut et dioecesum Pisanae et S. Miniati, iidem omnino sint ac ipsi hodierni confines civiles, qui inter municipia *Tauglia* et *Colle Salvetti* intercedunt.

Romae, e Secretaria S. C. Consistorialis, die 10 Martii 1912.

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

ORDINIS PRAEDICATORUM.

DE PRIVILEGIO PROCESSIONEM CUM SANCTISSIMO SACRAMENTO PERAGENDI.

De mandato Rmi Patris Fr. Hyacintho* Mariae. Cormier, Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum, Rmus P. Fr. Maria Henricus Desqueyrous, Procurator Generalis eiusdem Ordinis, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X. supplicibus votis rogavit, ut privilegium suo Ordini concessum a Sancto Pio V et confirmatum a Summis Pontificibus Clemente VIII et Benedicto XIII, nempe processionem agendi qua defertur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Dominica infra Octavam Solemnis Commemorationis Ssmi Corporis D. N. I. G., transferre dignaretur in Dominicam primam post eandem Octavam; siquidem ex novissimo Decreto Urbis et Orbis diei 24 Iunii anni superioris, Processio solemnis cum Sanctissimo Sacramento quae in *Caeremoniali Episcoporum,* lib. II, cap. 33, praescribitur, die Dominica infra Octavam Solemnis Commemorationis Ssmi Corporis D. N. I. C. ubique peragenda est. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, precibus benigne annuens, indulsit Fratribus memorati Ordinis, ut Dominica prima post Octavam Corporis Christi, Processionem cum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento instituere valeant, eo prorsus modo quo a Romanis Pontificibus concessa fuerat eidem Ordini facultas illam agendi Dominica infra Octavam praefatae Solemnitatis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 28 Februarii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II.

DUBIA.

Ad Sacram Rituum Congregationem pro opportuna solutione sequentia dubia delata sunt; nimirum:

I. Decurrente anno 1912, Dominicis diebus in quibus, iuxta Praescriptiones temporarias, Missa lecta celebrari potest vel de Festo duplici

maiori vel minori occurrente, vel de Dominica, utendumne est, in Missa de Dominica, colore a Kalendario pro Festo occurrente indicato?

II. Anno proximo 1913 Dominica in Septuagésima occurrit die 19 Ianuarii, anticipari propterea debet Dominica II post Epiphaniam. Quum autem in Kalendario Universali singuli dies hebdomadae impediantur Festis ritus duplicis, praeterquam dies 16 in qua occurrit Festum ritus semiduplicis, et in permultis Kalendariis particularibus nulla dies libera sit a Festo ritus duplicis; quaeritur an Dominica praedicta in Kalendario Universali anticipanda sit per integrum officium, ut antea, die 16 Ianuarii, et in Kalendariis particularibus per simplicem commemorationem die 18 Ianuarii?

III. Quum ex Praescriptionibus temporariis facta sit locorum Ordinariis et Superioribus Regularium facultas expungendi a proprio Kalendario Festa B. M. V. aut Sanctorum ritus duplicis maioris aut minoris Dominicis diebus assignata; quaeritur an ipsi eadem gaudeant facultate, quoad festa fixa particularia a S. Sede indulta, quin necesse sit ad S. R. C. recurrere?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. *Negative;* et Missa Dominicalis sicut et Missa ferialis colorem sibi proprium iugiter servet.

Ad II. Officium Dominicae II post Epiphaniam impeditae amodo anticipetur in Sabbato aut in alia praecedenti Feria, in qua occurrit Festum ritus semiduplicis. Quod si nullum Semiduplex infra hebdomadam habeatur, anticipetur in Sabbato, aut in alia praecedenti Feria, occurrente etiam Festo ritus duplicis minoris.

Ad III. *Negative* et in singulis casibus ad S. Rituum Congregationem negotium deferatur.

Atque ita rescripsit, die 2 Martii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

GONGHENSIS.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS ANGELAE MARIAE A CONCEPTIONE, REFORMATRICIS MONIALIUM ORDINIS SS. TRINITATIS.

Angela Maria a Conceptione, orta in oppido Cantaiapiedra Salmaticensis dioeceseos, die 1 Martii an. 1649, egregiis naturae dotibus bonaque ad virtutem indole praedita, quum decimum tertium aetatis annum ageret, castitatis et religionis voto se obstrinxit. Mox, quum divinam voluntatem bene perspectam haberet, Metymnae Campi Sanctissimae Trinitatis Religionem professa, Religionem ipsam, multos perpessa labores, ad primaevam strictiorem observantiam, Innocentio XI probante, inter moniales ita revocavit, ut iure Reformatrix passim fuerit appellata. Cuius virtutum odor ac fama post mortem, quae obtigit die 13 Aprilis an. 1690, quum magis in dies invalescerent, Inquisitiones Ordinaria Auctoritate in ecclesiastica Curia Conchensi adornatae, ad Sacram Rituum Congregationem transmissae sunt. Eapropter, instante Rmo P. Antonino ab Assumptione, Ordinis Ssmae Trinitatis Excalceatorum Ministro Generali et Causae Postulatore, attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Praepositorum Ordinum seu Congregationum, una cum universo clero et populo dioeceseos Conchensis et tota monialium Ordinis SSmae Trinitatis reformatarum Familia, Emus ac Rmus Dnus-Cardinalis Iosephus Calasanctius Vives y Tuto, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu subsignata die ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 27 Februarii 1912.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, Commissionem Introductionis Causae beatificationis

et canonizationis Ven. Servae Dei Sor. Angelae Mariae a Conceptione, Reformatricis monialium Ordinis Ssmae Trinitatis, propria manu signare dignata est, die 28, iisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

IV.

VENETA SEU PATAVINA.

CANONIZATIONIS BEATI GREGORII CARDINALIS BARBADICI, EPISCOPI PRIUS BERGOMENSIS, POSTEA PATAVINI.

Gregorius Barbadicus, Venetiis nobili genere natus die 18 Septem^bris anni 1625, inde a primaeva aetate mores ad modestiam et pietatem composuit. Quum esset promptus ingenio, in liberalibus ac philosophicis disciplinis inter suos aequales longe praestitit. Ad ecclesiasticam militiam vocatus, a Mauroceno Venetiarum Patriarcha, anno 1655, prima tonsura initiatus est et per gradus ad Presbyteratum promotus. Postea Canonicus Patavinus renuntiatus, etiam inter utriusque Signaturae Referendarios et Praelatos domesticos recensitus est. Pestilentia Romae grassante, Gregorius, regioni transtiberinae praefectus, hoc munus recte sancteque peregit. A Summo Pontifice Alexandro VII Ecclesiae Bergomensi regendae praepositus, die 29 Iulii anni 1657, Romae in Ecclesia S. Marci, Episcopus consecratus est. Septennio vix incepto, ad Sedem Patavinam translatus fuit, quam tres supra triginta annos tenuit ac gubernavit. Episcopalis infulae et sacrae Purpurae honore ac dignitate ornatus et auctus, in pastorali munere obeundo Sanctum Carolum Borromaeum sibi imitandum proposuit, eiusque imaginem mirifice retulit atque expressit. Gregi suo ex animo forma factus, religionis cultum, disciplinae ecclesiasticae iuxta decreta Tridentina reformatae observantiam atque effusam in pauperem charitatem verbo atque exemplo provexit. Neque solum ad suos, sed etiam ad extraneos, necnon ad haereticos, iudaeos et paganos sollicitudinis suae curas extendit. Ad pietatis, doctrinae et sacri ministerii decus et incrementum, plura sacerdotum et iuniorum sodalitia constituit, simulque Seminarium Patavinum ac litterarum seientiarumque Athenaeum, aede veteri in commodiorem locum translata, amplificavit, statisque legibus atque annuis proventibus auxit. Tandem, adveniente die 18 Iunii 1697, laboribus morbisque fractus, virtutibus ac meritis dives, migravit in coelum perpetuam gloriae

coronam a Principe Pastorum recepturus. Inclarescente post obitum fama Eiusdem sanctitatis, necessariis opportunisque inquisitionibus, tum Ordinaria tum Apostolica Auctoritate, peractis riteque probatis, Ven. Dei Servus Gregorius Barbadicus, heroicis virtutibus prodigiisque fulgens, a f. r. Clemente Papa VIII per Litteras Apostolicas in forma Brevis, die 11 Septembris anni 1761, inter Beatos coelites relatus est, solemniis Beatificationis in Patriarchali Basilica Vaticana eodem mense concelebratis. Quum vero ex illa auspicatissima die et cultus et devotio Christifidelium in Beatum constanter maiora suscipiant incrementa, etiam per frequentem concursum ad sepulchrum quod in Cathedrali Patavina religiose custoditur; quumque nonnulla quoque prodigia, ipso Beato intercedente, divinitus patrata ferantur post indultam Eidem venerationem ; hisce omnibus permoti causae Actores, sumpta occasione festivitatis anno elapso 1911, centesimo quinquagesimo a Beatificatione solemni ritu sacrisque caeremoniis feliciter absoluta, ipsius causae Reassumptioni promovendae solerter incubuerunt. Hinc, instante Rmo Dno Scipione Tecchi, Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis Canonico, Sacri Cardinalium Conlegii a Secretis et causae Postulatore legitime constituto, attentisque obsequentibus litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, Rmorum Episcoporum necnon Capitulorum seu Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium ceterique cleri Patavinae et Bergomensis dioecesium, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Franciscus a Paula Cassetta, Episcopus Tusculanus, huiusce Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem eiusdem Cardinalis Ponentis, audito etiam R. P. D. Alexandro Verde, Sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 27 Februarii 1912.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis Beati Gregorii Barbadici, Episcopi Confessoris, die 28, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SAGRA ROMANA ROTA

OSNABRUGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HARCK-GÄRTNER).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 11 Ianuarii 1912, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* « Osnabrugen. - Nullitatis matrimonii », *instante pro appellatione Defensore vinculi Osnabrugensi, inter Minnam Martham Harck, repraesentatam per legitimum procuratorem C. H. Pezzani, advocatum, et Theodorum Gärtner, amentem, interveniente et disceptante in causa Defensore vinculi ex officio, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Minna Martha Harck, religioni protestanticae addicta, et Maximilianus Theodorus Gärtner, eiusdem religionis protestanticae, die 9 Aprilis 1901 coram ministro protestantico in Lichtenberg prope Berolinum matrimonium inter se contraxerunt. Tribus post annis maritus in domum mente captorum civitatis Berolinensis in Dalldorf inclusus est; a competente autem medico amentium publica attestatione declaratus est aegrotus, stupidus et tardus, qui tantopere mente captus exsistat, ut nullum intellectus aut voluntatis actum ullo modo imputabilem aut utilem ponere valeat. Uxor vero die 25 Aprilis 1908 obtinuit divortium civile ob mariti amentiam, et paulo post in sinum Ecclesiae catholicae recepta est. Die 27 Maii 1909 in Lichtenberg matrimonium civile iniit cum Ioanne Hauser, catholico. Post aliquot menses petiit ab Ordinario sui domicilii, ut primum matrimonium ob impedimentum vis et metus declaretur nullum. Die 24 Iunii 1910 prodiit sententia, qua declaratum est, *certo constare de matrimonii nullitate in casu.* Appellante vero ex officio vinculi Defensore Curiae Osnabrugensis ad Sedem Apostolicam, H. S. Ordini causa dirimenda proponitur sub dubio consueto : *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

IUS QUOD SPECTAT.

1. In casu agitur de matrimonio haereticorum inter se, quod coram ministro protestantico initum est. Istud autem matrimonium in foro ecclesiastico ut validum habendum est, si tunc temporis, quando matrimonium celebratum est, nullum impedimentum dirimens obstabat. Iamvero ex modo quo matrimonii valor in casu impugnatur, apparet nul-

lum adfuisse impedimentum dirimens, nisi impedimentum vis et metus vel forte etiam defectus consensus validi ob partialem amentiam viri. Processus autem instructus est solum super vis et metus impedimento, cum in casu vix probari posse videatur, quod vir ante matrimonium taliter amens fuerit ut validum consensum matrimonialem dare nequiverit.

Neque dicatur, matrimonium in casu esse invalidum iam ex solo defectu formae Tridentinae seu ob impedimentum clandestinitatis, iuxta doctrinam quam Wernz, *Ius Decret., t. IV n. 166,* ita exprimit: « Concilium Tridentinum, ut a verteret incommoda ex nullitate tot matrimoniorum acatholicorum (baptizatorum) oritura, sapienter limitavit valorem « capitis *Tametsi* ad parochias, in quibus legitime fuisset promulgatum; nullibi autem apposuit alteram clausulam restrictivam, vi cuius « intra unam eandemque parochiam nova forma celebrandi matrimonium « solos catholicos obligasset; hinc cum ex iure communi acatholici quoque (baptizati scil., sive haeretici, sive schismatici) ecclesiasticis legibus « irritantibus matrimonia teneantur, a servanda forma Tridentina non « fuerunt exempti. Quare haec acatholicorum matrimonia, sive cum parte « catholica sive inter se, non servata forma substantiali Concilii Tridentini celebrata, omnino sunt *nulla* et irrita, nisi legitima concedatur « legis Tridentinae relaxatio ». In casu enim negandum est suppositum, scilicet promulgationem capitis *Tametsi* (Conc. Trident., *Sess. XXIV, cap. 1, de ref. matr.)* in illa regione locum habuisse. Constat enim de contrario (loder, *Formulaire matrim., 1891),* neque ullo alio modo forma Tridentina ibi est introducta.

2. Impedimentum vis et metus quod attinet, Capita 13 et 14 libri IV Decretalium illud spectantia, in iure sunt notissima. Praeterea certum est in iure, metum tunc tantum dirimere matrimonia christianorum, si sit gravis, iniustus et a causa externa libera incussus ad extorquendum consensum matrimonialem. Notat autem Wernz, *I. c, n. 261* de vi ut causa metus : « De vi absoluta et physica vel de ea trepidatione animi « quae usum rationis penitus tollit, hic non est multum disserendum... « Restat igitur sola inquisitio de vi causativa metus qui liberum consensum quoad substantiam non tollit, sed tantum minuit, quoniam « relinquit optionem sive electionem inter malum intentantum et actum « vi exactum ».

FACTUM QUOD SPECTAT.

1. De veracitate et credibilitate actricis et testium imprimis haec notanda sunt. Ipse Vinculi Defensor Osnabrugensis de actrice scribit: « La querelante, secondo la relazione del tribunale, fece *Y* impressione

« che ella volesse dire la verità ». Verum est quidem, eam contradicere depositioni a parocho Rieger et a capellano Anders factae, quod scilicet eam monuerint de impossibilitate contrahendi alterum matrimonium, nisi primum matrimonium ab Ecclesia fuerit declaratum nullum. Sed attento actricis testimonio se promisisse eisdem novas nuptias haud se inituram fore ante obtentam Ecclesiae licentiam, illa contradictio est fere nullius momenti, nec infirmare valet actricis veracitatem.

Testes vero non ideo refici possunt, quia fere omnes sunt aut actrici *propinqui* aut *acatholici* In causis enim matrimonialibus inprimis propinqui audiendi sunt. « Consanguinei et affines, ita Wernz, *I. c,* *«n. 745,* qui melius ceteris impedimenta quaedam scire possunt, testi- « ficari non prohibentur, sive pro valore, sive pro nullitate matrimonii « deponunt, nisi ob speciales rationes sint suspecti ». Huiusmodi autem rationes suspicandi in casu non habentur.

Etiam protestantes, si sub fide iuramenti deponunt, eredibiles sunt ideoque audiri debent, praesertim si, uti in casu, fere unici testes sint, qui depositiones facere valent. Accedit quod credibilitas uniuscuiusque testis, uti adnotat sententia primae instantiae, a delegato tribunali Berolinensi expressis verbis affirmatur, nec in ullo casu Defensor matrimonii eiusdem tribunalis hanc affirmationem impugnavit. Praeterea cauta circumspectio qua singuli testes in deponendo utuntur, diligentia et subtilitas qua affirmant, se alias minas et offensiones audivisse et vidisse, alias nonnisi fando compertas habere, alias prorsus ignorare, omnino comprobant testium credibilitatem. Neque negligenda est illa circumstantia, quod testes protestantici deponant in favorem causae actricis, licet haec testium religionem abiuraverit. Tribunal autem Berolinense simpliciter declarat: «De testium credibilitate non est dubitan- « dum ». Testes revera de factis concretis sine contradictione et sine collusione deponunt, quae propriis oculis viderunt vel propriis auribus audierunt. Sola mater actricis sibi contradicere videtur et confundere ea quae ante et quae post matrimonium audivit.

Ipse denique maritus Gärtner ob suam amentiam non potuit subiici examini, neque reperti sunt eius propinqui, qui examinari potuerint. Is autem defectus ad rem nihil facit, cum Defensor vinculi rite in causa intervenerit et disceptaverit.

% Ex sequentibus autem actricis et testium depositionibus, quoad ipsum factum elucet, in casu revera adfuisse impedimentum vis et metus. Actrix ait: « Mi minacciò che mi avrebbe uccisa... Io dovetti poi «aver timore che egli avesse effettuato le m inaccie, perchè alla restitu- « zione dell'anello mi ha percosso e graffiato; oltre a ciò minacciò

« ancora che mi avrebbe spezzato l'osso nasale, per cui m'avrebbe sfi-
« gurata. Tutto ciò avveniva poco tempo prima che avvenisse il matri-
« monio .... In nessun modo avrei sposato il Gärtner se non avessi avuto
« una terribile paura che egli avrebbe messo in esecuzione le minaccie
« tante volte ripetute ».

Verba actricis confirmant alii testes. Emma Wagner, eius soror, ait: « Secondo il mio modo di vedere le minaccie erano certamente pensate, « tanto è vero che in caso che il fidanzamento fosse stato sciolto avrebbe « il Gärtner messo in effettuazione tutte le sue minaccie... Io stessa ho « visto le traccie dei pizzichi sul suo braccio ».

Altera soror actricis, Mathilda Scharemberg, ait: « Mia sorella mi « ha dichiarato che ella non si ritirava dal fidanzamento col Gärtner per « la paura... Anche dopo il matrimonio mia sorella mi dichiarò, che ella « non avrebbe in alcun modo sposato il Gärtner, se non avrebbe avuto « paura che egli mettesse in esecuzione le sue spesso ripetute minaccie ».

Magni momenti est testimonium Pauli Wagner, catholici, leviri actricis, qui deponit: « Maximilianus Theodorus Gärtner alla mia pre- « senza per parecchie volte, allorché egli era fidanzato con Minna Marta « Gärtner, ha indirizzato verso di lei minaccie e sgridate, e l'ha picchiata. « Una volta l'ha minacciata con la rivoltella in mia presenza... Minna « Marta Harck prima del suo matrimonio m'ha dichiarato che avrebbe « certamente sposato il Gärtner, altrimenti questi l'avrebbe uccisa ».

Ex hisce testimoniis igitur patet, in casu revera adfuisse metum gravem, iniustum, a causa externa libera incussum ad extorquendum consensum matrimonialem. De iniustitia illarum minarum sponsi, quibus sponsam ad matrimonium contrahendum compellebat, nullum potest esse dubium. Constat autem insuper, hunc metum incussum fuisse gravem seu talem « qui cadit in virum constantem ».

Iuxta Sánchez enim *(Lib. IV, d. 3),* cui auctores generatim consonant, quinque conditiones requiruntur ut metus dici possit gravis, seu « cadens in constantem virum »: *a)* ut metus sit gravis pro persona patienti; *b)* ut timens credat malum illud probabiliter sibi imminere; c) ut metum incutiens potens sit minas exequi; *d)* ut metum incutiens solitus sit minas exequi ; *e)* ut timens non possit facile occurrere malis sibi imminentibus. Iamvero metus actrici incussus huic erat omnino gravis, eo magis quod patre orbata erat et protectore indigebat. Apparet insuper, sponsum et potentem et solitum fuisse minas exequi. Mulierem enim alapis plectebat et vellicabat, et tam nervosae erat indolis, ut postea mente captus evaserit. Neque malis sibi imminentibus sponsa se subtrahere poterat. In domo enim non habuit nisi matrem, quae eam

contra virum efficaciter protegere nequibat; nec patuit ei fuga, cum nusquam fugere potuerit, nec in fuga spem liberationis a malis sibi minitatis vidit. « Io era ancora giovane, ait ipsa, aveva le mie occupa- « zioni in casa, e non avrei quindi potuto fuggire ».

3. Sponsa igitur elegit matrimonium ad vitandum malum, quod aliter saltem in apprehensione sua, vitare non potuit. Nec dicatur mulierem non vere timuisse, eo quod post matrimonium marito debitum negare sit ausa. Nam ipsi magis horrori erat, terribilem luem qua vir laborabat, contrahere, quam periculum mortis subire.

Neque dici potest, matrimonium decursu temporis reconvalidatum esse. Imprimis enim sponsa non videtur deposuisse metum tempore matrimonii, cum adhuc perseverarent minae et offensiones ex parte viri. Sed utcumque haec res se habet, defectus prioris consensus iam ideo non poterat suppleri per pacificam cohabitationem, quia sponsa nesciebat consensum priorem fuisse nullum et irritum. Sponsam hac cognitione caruisse patet ex actis; huiusmodi vero scientiam ad revalidationem matrimonii in casu requiri, ab auctoribus docetur. Ita v. g. Wernz *(I. c, n. 268) :* « Pars quae metum passa est, matrimonium per consensum novum vel expressum vel tacitum per copulam cum affectu « maritali vel diuturniorem cohabitationem legitime datum potest con- « validare, dummodo cessante metu certo sciat primum matrimonium « fuisse nullum ».

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus : *Constare de matrimonii nullitate in casu,* seu proposito dubio respondemus: *Affirmative;* statuentes praeterea, actricem ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim *cap. S, sess XXV, de reform. Concil. Trid.,* iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 11 Ianuarii 1912.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

REGULAE SERVANDAE IN IUDICIIS
APUD
SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL
APPROBATAE ET CONFIRMATAE
A PIO PAPA X

Regulae, quibus apud Supremum Apostolicae Signaturae Tribunal causarum pertractationis ordo et ratio statuitur, non brevi temporis intervallo ad experimentum adhibitae, atque ab Emis PP. Cardinalibus in idem Tribunal adlectis sedulo recognitae, Apostolicae demum sanctioni humillime submissae fuere. Sanctissimus autem Dnus N. Pius PP. X, ipsas Regulas, probato earum tenore, in audientia habita hac die vi mensis Martii mcmxii ab infrascripto Cardinali Praefecto, confirmare ratasque facere dignatus est; quin imo vim iisdem auctoritatemque *Legis peculiaris* pro Supremo Apostolicae Signaturae Tribunali attribuens, in *Acta Apostolicae Sedis* referri, promulgari et ab omnibus, ad quos spectet, stricte in posterum observari iussit.

Romae, die vi mensis Martii MCMXII.

VINCENTIUS CARD. VANNUTELLI,
S. A. S. T. Praefectus.

L. & S.

NICOLAUS MARINI, *a Secretis.*

TITULUS I.

Quae causae Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali subiiciuntur.

ART. 1.

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, iuxta *Legis Propriae* can. 37, videt tamquam sibi propria et praecipua :

a) de exceptione suspicionis contra aliquem Auditorem, ob quam ipse recusetur ;

b) de violatione secreti, ac de damnis ab Auditoribus allatis eo quod actum nullum vel iniustum in iudicando posuerint ;

c) de querela nullitatis contra sententiam rotalem ;

d) de expostulatione pro restitutione in integrum adversus rotalem sententiam, quae in rem iudicatam transierit.

Praeter hosce casus, *ex commissione SSmi* iudicat etiam, de restitutione in integrum contra sententiam ab aliqua S. Congregatione emissam.

ART. 2.

Suspicionis exceptioni locum praebent :

a) quaestiones nondum per iudicium decisae inter aliquem Auditorem et partes ;

b) inimicitiae graves;

c) ratio aliqua ob quam deduci iure liceat Auditori quodvis commodum morale aut oeconomicum ex causa esse proventurum ; aut ipsum alteri partium litigantium nimis adhaerere ;

d) opinio sive consilium circa causam ab Auditore emissum ; causa ab eo cognita in alio iurisdictionis gradu tamquam iudice vel arbitro ; causa iam alias ab ipso propugnata uti advocato vel procuratore ;

e) necessitudo cuiusque gradus in linea recta, atque in linea transversa usque ad quartum gradum computationis civilis inclusive; affinitas indirecta cuiusque gradus; transversa usque ad secundum.

Quum vero recusans proposuerit exceptiones de merito causae, exceptio suspicionis contra Auditorem admitti nequit, nisi posterius suspicionis argumentum innotuerit.

ART. 3.

Querela nullitatis produci potest non solum contra sententiam definitivam, veram etiam adversus interlocutoriam sententiam a Sacrae Rotae tribunali quomodocumque emissam, dummodo tamen gravamen aliquod inde sit oriturum, quod per definitivam sententiam reparari nequeat; aut etiam ipsa sententia vim habeat sententiae definitivae.

ART. 4.

Argumenta querelae nullitatis sunt:

a) defectus citationis qua causa introducitur;

b) defectus iurisdictionis;

c) defectus mandati procuratorii, aut vitium in eodem substantiale;

d) ratio in sententia non habita alicuius legis;

e) manifesta quaevis legis violatio.

ART. 5.

Non admittitur recursus ob defectum citationis qua causa introducitur quando pars non citata in iudicium venit suasque rationes aut defensiones de merito causae adduxit, neque tamen actus nullitatem allegavit.

ART. 6.

Recursus ob defectum iurisdictionis fieri quoque potest ad obtinendam circumscriptionem iudicii, dempto semper casu quo pars comparuerit, nullaque circa competentiam exceptione opposita, defensiones aut documenta in causa produxerit.

ART. 7.

Defectus aut vitium in mandato procurationis veluti sanata habentur ob appellationem interpositam ab ipso actore, sive per se, sive per procuratorem, adversus quamlibet sententiam, ante-

quam pars altera nullitatem opposuerit ; aut generatim ob actum quemlibet positivum ante querelam nullitatis emissum, unde sanctio colligatur iuxta normam iuris communis.

ART. 8.

Recursus ex querela nullitatis admitti nequit, nisi vitium aliquod, de quibus supra, manifeste comprobetur; in dubiis reiicitur recursus tamquam fundamento boni iuris carens. Reiicitur etiam pure ac simpliciter si defectus remissus aut sanatus, uti supra, appareat.

ART. 9.

Ut admittatur recursus ad obtinendam *restitutionem in integrum,* inde colligatur oportet :

a) iudicium ex documentis fuisse emissum, quorum fallacia aut adulteratio in posterum cognita fuerit;

b) documenta publica aut privata reperta esse, quibus factum aliquod novum decretorium in causa comprobetur;

c) aut generatim rationem aliquam intercessisse non prius deductam neque disputatam, ex qua detrimentum grave atque manifestum boni iuris demonstrari queat, ideoque sit locus actioni rescissoriae, ad normam iuris communis.

ART. 10.

Executio voluntaria rei iudicatae post sententiam ultimi gradus iure minime privat petendi atque obtinendi a Supremo Tribunali restitutionem in integrum.

ART. 11.

Non aliter atque ad petendam restitutionem in integrum et introducendum iudicium nullitatis contra sententiam rotalem, terminus etiam intra quem causa ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal ex commissione SSmi delata inchoari potest, est trium mensium a die obtentae commissionis.

TITULUS IL

Ritus procedendi coram Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali.

ART. 12.

Libellus, quo causa introducitur, exhibetur R. P. D. Signaturae Apostolicae Secretario per Notarium *protocollo* addictum; eique alligari debent :

a) exemplar authenticum sententiae adversus quam recursus interponitur, et in causis quae ad Supremum Tribunal deferuntur ex commissione Sanctissimi, documentum obtentam commissionem comprobans;

b) apocha libellarum centum apud Officialem Supremi Tribunalis distributorem in cautelam commissarum. Huiusmodi summa aerario Sedis Apostolicae acquiretur si reiiciatur recursus; si vero admittatur, ex causae expensis subducetur;

c) procurationis mandatum in formis, si actor per seipsum recursum non exhibuerit.

ART. 13.

Acceptum libellum eiusque adnexa documenta Notarius *protocollo* addictus in fasciculum colliget, quem, in appositum librum relatum et numero signatum, ad R. P. D. Secretarium remittet, ut per decretum adversae parti legitime notificandum terminum is constituat ad animadversiones contra recursum in scriptis Supremo Tribunali submittendas; secus contumaciter procedendum.

ART. 14.

Notificationis actus exarabitur a Notario Scriptore seu Actuario, vel ab alio Supremi Tribunalis Officiali ad id deputato, qui, post R. P. D. Secretarium, et ipse subsignabit sigilloque Supremi Tribunalis actum communiet.

Ad validitatem exemplaris, parti vel eius procuratori tradendi, satis erit subsignatio Officialis in Notarium deputati, et sigillum Supremi Tribunalis.

ART. 15.

Notificationis actus formula erit prout sequitur, *mutatis mutandis* :

(Titulus causae et Protocolli numerus).

De mandato Emi ac Rmi Dñi ... Supremi huius Signaturae Apostolicae Tribunalis Praefecti; notificetur Dno N. N. coram hoc Supremo Tribunali et contra ipsum dnum N. N. exhibitum esse [ex commissione SSmi, si ita sit] *recursum contra sententiam a ... latam in causa ... ad obtinendam [nullitatem dictae sententiae, seu restitutionem in integrum,* etc.]; *atque ideo supra memorato dno N. N. convento fatalis dies ...hora meridiana constituatur ad deducendum in scriptis sive per se sive per procuratorem legitime deputatum coram infrascripto Secretario in aedibus Supremi Tribunalis Romae ... si quid habeat contra admissionem praefati recursus; quo termino elapso, procedetur contumaciter ad ulteriora, omni etc.*

Datum Romae ex aedibus S. T. die ...

ART. 16.

Notificationis actus (itemque citationes et alius quilibet actus S. T.) in Urbe transmittetur per manum apparitoris ipsius Supremi Tribunalis, qui peractae traditionis fidem faciet in calce ipsius actus. Si vero pars extra Urbem commoretur, transmittetur per cursum publicum in fasciculo, ut vulgo audit, *commendato,* cuius acceptilatio, a publico pariter epistolarum diribitorio requisita, in actis servabitur.

Pro iis denique, quorum ignotum est domicilium, S. T. opus adhibebit Curiae Dioeceseos, aut aliis rationibus utetur, quae R. P. D. Secretario necessariae aut opportunae in casu videantur.

ART. 17.

Quum actus quivis cuidam Episcopo notificandus sit, ad instar epistolae conscribetur; a R. P. D. Supremi Tribunalis Secretario ac Notario deputato subsignabitur, et per publicum cursum, uti supra, transmittetur.

ART. 18.

Formula tum erit prouti sequitur, *mutatis mutandis:*

Illme ac Revme Domine,

Infrascriptus P. D. Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis Secretarius, Amplitudini Tuae notum per praesentes facit, 'dnum N. N. recursum [de commissione SSmi, si ita sit] *obtulisse contra sententiam a ... latam in causa ... ad obtinendum ... Quod quum ex ratione muneris mei Tibi communico, id pariter significo, Amplitudini Tuae esse tempus usque ad diem ... ut si quid contra acceptationem praefati recursus deducendum habeas, vel per Te, vel per Procuratorem legitime deputatum deducas scriptis ad me mittendis in aedibus Supremi huius Tribunalis Romae quo termino elapso, ultra procedetur ad normam « Legis Propriae » can. 40.*

Interim bona omnia et fausta a Deo Tibi adprecor. Amplitudinis Tuae

Famulus addictissimus.

ART. 19.

Elapso termino pai*ti conventae constituto ad iura sua deducenda contra recursum (qui tamen terminus, instante eadem parte, per rescriptum R. P. D. Secretarii prorogari poterit), neque ab ipsa parte conventa animadversionibus suis productis, R. P. D. Secretarius, nisi ei videbitur per novum decretum renovari citationem, procedere potest ad ulteriora.

ART. 20.

Item, per decretum R. P. D. Secretarii explanationes tam iuris quam facti, pro rei opportunitate, sive ab actore sive a con-

vento exigi poterunt; et decreti notificatio illi fiet parti, a qua huiusmodi deductiones exquirantur; neque altera pars obiicere quidquam poterit.

ART. 21.

Praeter necessariam ab adversa parte deductionum expostulationem, R. P. D. Secretarius, quo facilius et accuratius recursus naturam et rationes cognoscere queat, a S. R. Rota vel a S. Congregatione apud quam causa iam agitata fuit, acta omnia, quae praecesserunt, requiret.

Requiret insuper, si ei videbitur, unius aut plurium Supr. Trib. PP. Consultorum votum, itemque votum Promotoris Iustitiae, et, quum agatur de re matrimoniali, Vinculi Defensoris; vel etiam partibus diem dicet, ut coram se de recursus rationibus verbis disputent.

ART. 22.

Decretum R. P. D. Secretarii, quo oralis disputatio iubetur, argumenta indicabit, quibus discussio ipsa contineatur, et utrique parti transmittetur per citationem tenoris qui sequitur :

De mandato etc.... *citentur dñi N. N. et N. N. ad comparendum coram infrascripto S. T. Secretario, in aedibus eiusdem S. T. Romae ... die ...hora ... ad habendam discussionem oralem circa recursum a N. N. exhibitum contra ... pro ... et decretum aliud quodcumque desuper necessarium et opportunum videndum in forma fieri et interponi etc., non solum etc., sed et omni etc. - Argumenta autem ipsius discussionis erunt quae sequuntur: ...*

Datum ex aedibus S. T. die ...

(Sigillum, et subscriptio R. P. D. Secretarii atque Notarii).

ART. 23.

Partibus quoque, vel earum alteri, fas erit discussionem oralem a R. P. D. Secretario per supplicem libellum exposcere. R, P. D. Secretarius per decretum, a quo appellari non poterit, iudicabit tum de admissione discussionis, tum de eius argumentis, quae in ipso libello proposita iam fuerint.

ART. 24.

Partium rationes in discussione orali ab ipsarum advocatis explicabuntur. Verum R. P. D. Secretarius, in causis criminalibus praesertim, actorem ipsum vel conventum discussionis participes efficere poterit.

ART. 25.

Oralis disceptationis moderator est R. P. D. Secretarius, cui praesto erunt alter ex Officialibus Supremi Tribunalis, qui, in Notarium deputatus, argumenta a partibus prolata fideliter scriptis referet; praeterea unus vel duo Supremi Tribunalis PP. Consultores, quando R. P. D. Secretario videbitur, vel etiam, si oportuerit, Promotor Iustitiae aut Vinculi Defensor.

Qui omnes disceptationi interfuerint, cum Notario actum subsignabunt.

ART. 26.

Si quis in orali disceptatione ab ordine discesserit, aut reverentiam S. T. debitam non adhibuerit, poenis mulctabitur a *Lege Propria* can. **30** num. **6** constitutis, quae statim per decretum R. P. D. Secretarii irrogari poterunt.

ART. 27.

Attentis iis omnibus, quae superius praescripta sunt, Cardinalis S. T. Praefectus et R. P. D. Secretarius iudicabunt deferendus necne sit recursus plenis Purpuratorum Patrum comitiis, iuxta *Legem Propriam,* can. **40,** n. **2.**

Admissio, itemque reiectio, partibus nota fiet in formis. Reiectionis decretum a R. P..D. Secretario et a Notario conservando archivo deputato, tamquam Cancellarii munere fungente, signatum, atque sigillo S. T. munitum, in *Actis Apostolicae Sedis* publici iuris fiet, nisi aliter Cardinalis Praefectus constituerit.

ART. 28.

Reiectionis notificatio erit prouti sequitur :

De mandato etc.... *notificetur dno N. N., Procuratori dñi N. N. in causa legitime constituto, in ordinario Coetu seu Congressu*

habito in aedibus praefati Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Praefecti die ... attente consideratam et perpensam fuisse- instantiam a dno N. N. exhibitam [de commissione SSmi, si ita sit] *contra sententiam latam in causa a ... ad obtinendum fundamentum tamen boni iuris in eadem non inventum esse, atque idcirco, iuxta Legem Propriam, can. 40, fuisse reiectam.*

Datum Romae ex aedibus S. T. die ...

(Sigillum et subscriptio R. P. D. Secretarii atque Notarii).

Art. 29.

Quum recursus admissus fuerit, in actu notificationis generaliter etiam continebitur citatio ad comparendum pro dubiorum concordatione, prout infra :

De mandatu [etc., uti supra] *ad obtinendum quumque inventum esset fundamentum aliquod boni iuris in eadem haberi, iuxta Legem Propriam, can. 40, fuisse admissam, atque decretum ut plenariis comitiis proponeretur. Itaque citetur ipse dnus N. N. ut supra Procurator dñi N. N. in causa actoris* [seu *conventi] ad comparendum coram infrascripto Secretario in aedibus Supremi huius Tribunalis Romae ... die ... hora ... ad concordandum de dubiis disceptandis, videndum destinari diem qua habeatur plenarius EE. PP. Coetus pro tractatione causae de qua agitur, ac decretum aliud quodcumque desuper necessarium et opportunum in forma fieri et interponi, etc. omni, etc.*

Datum Romae ... etc.

ART. 30.

Si in actu notificationis, de quo in sup. art., citatio *ex officio* defuerit, diligentior! parti relinquitur apud R. P. D. Secretarium instare ut dies praefigatur ad litis contestationem ac dubiorum propositionem. Quo in casu, post verba notificationis : « *fuisse admissam* », hoc modo concludete* : « *et datum actori seu diligentiori parti proponi citationem pro concordatione dubiorum, aliisque omnibus necessariis et opportunis, omni, etc.*

Datum ... etc. »

ART. 31.

Notificatio Emis Episcopis per epistolam fiet sequentis tenoris, *mutatis mutandis:*

Illme et Revme Domine,

Infrascriptus P. D. Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis Secretarius, Amplitudini Tuae notum per praesentes facit, instantiam a ... coram Supremo hoc Tribunali [de commissione SSmi, si ita fuerit] *exhibitam contra sententiam a ... latam in causa ...ad obtinendum iuxta Legis Propriae can. 40 fuissse admissam, ac decretum ut plenariis comitiis proponeretur, utque Amplitudo Tua in ius vocaretur. Itaque decretum edidi, quod per praesentes Tibi communico, ad effectum ut, nisi legitima causa excuseris, compareas vel per Teipsum, vel per Procuratorem legitime deputatum coram me infrascripto Secretario in aedibus Supremi huius Tribunalis Romae ... die ... hora ... ad concordandum de dubiis disceptandis, videndum destinari diem qua habeatur plenarius EE. PP. Coetus pro tractatione causae de qua agitur, et decretum aliud, quodcumque desuper necessarium et opportunum in forma fieri et interponi etc., non solum etc., sed et omni etc.*

Dum haec ad Amplitudinem Tuam defero, tibi omnia bona et fausta a Deo adprecor.

Datum Romae ex aedibus S. T. die ...

(Sigillum, et Subscriptio tum R. P. D. Secretarii, tum Notarii).

ART. 32.

Supplex libellus quo pars diligentior a R. P. D. Secretario expostulabit actum contestationis litis dubiaque proponet, erit proulti sequitur:

Ad tramitem Decreti huius Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis sub die ... constituentis ut causa ... proponatur ad plenarium Coetum Emorum Iudicum; infrascriptus N.N-, procurator dñi N. N. in causa legitime constitutus petit atque instat ut citetur dnus N. N. ad comparendum sive per se sive per pro-

curatorem in aedibus S. T. die et hora destinandis ad concordandum de dubiis disceptandis; sin minus videndum subscribi infrascriptum, nec non destinari diem qua habeatur Plenarius Emorum Patrum Coetus pro tractatione causae de qua agitur, et decretum aliud quodcumque desuper necessarium et opportunum in forma fieri, etc., omni etc.

Dubium

Die...

(Subscriptio)

ART. 33.

Decretum quo R. P. D. Secretarius diem dicit ad litis contestationem parti, quae institit, notificabitur. Pars altera in ius vocabitur per citationem « *ad comparendum die ... hora ... ad concordandum de dubiis disceptandis; sin minus videndum subscribi infrascriptum ab actore* [sive *a convento] propositum, nec non destinari diem,* etc., uti supra.

ART. 34.

Quum citatio fiat iussu R. P. D. Secretarii in ipso actu quo admissio recursus significatur, partes tribus diebus ante litis contestationem suas dubiorum propositiones in manus R. P. D. Secretarii rémittent.

ART. 35.

In actu concordatione dubiorum si partes non comparuerint, vel de dubiis proponendis inter se minime conveniant, R. P. D. Secretarius litis contestationem suspendere poterit, vel ad alium diem prorogare, vel etiam ex officio dubiorum formularum decernere.

ART. 36.

Litis contestationi, praeter R. P. D. Secretarium e$ partes, intererit alter ex Officialibus S. T., qui, in Notarium deputatus, acta omnia ét actitata fideliter scriptis describet, atque de omnibus, fidem faciet.

Promotor Iustitiae ac Vinculi Defensor intervenient quum aut suum alterutrius officium reposcat, aut a B. P. D. Secretario invitentur, aut denique ad instantiam partium, a E. P. D. Secretario per rescriptum admissam.

ART. 37.

In actu contestationis litis constituetur etiam quae pecuniae summa a partibus solvenda sit tamquam depositum ad expensarum iudicialium cautionem. Indicabitur praeterea dies resolutionis causae, idest plenarii Emorum Patrum conventus; terminus ad defensiones atque documenta exhibenda, prout infra :

Die ... mense ... hora ... coram R. P. Domino N. N., Supremi huius Apostolicae Signaturae Tribunalis Secretario; in aedibus Supremi eiusdem Tribunalis Romae ... legitime citati comparuerunt dnus N. N. procurator dñi N. N. in causa legitime constitutus, prouti patet ex procurationis mandato in actis exstante; et dnus N. N. procurator, uti supra, dñi N. N., ad concordanda dubia coram EE. PP. proponenda in causa . . . . inter N. N. et N. N. ad obtinendum ... Quae quidem dubia a dno N. N. proposita et a domino N. N. accepta, sunt prouti sequitur:

(Dubiorum textus indicatur).

Et R. P. Dominus N, N. Supremi Tribunalis Secretarius, eadem dubia admisit.

[Sive : <(*Quum vero dominus N. N. declarasset, se iisdem assentiri non posse, recusationisque suae argumenta attulisset, R. P. D. Supremi Tribunalis Secretarius, auditis atque perpensis utriusque partis rationibus, ea tandem - ex officio - declaravit habenda esse prouti sequitur ... »].*

Deinde dnus N. N. petiit et institit, ut praefigeretur dies tum plenorum Comitiorum, tum pro documentorum et scripturarum exhibitione, utque alia omnia necessaria et opportuna in causa statuantur, omni etc.

Tum R. P. Dnus N. N. Supremi Tribunalis Secretarius, de mandato Emi ac Rmi Dñi N. Cardinalis N. Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis Praefecti, statuit :

l.° ut plenaria S. T. Comitia ad disceptanda dubia, de quibus supra, in Vaticano habeantur die

2. ut ante diem ...apud Cancellariam S. Tribunalis a ... deponantur libell. ... ad causae expensarum tutelam;*

3.° *ut scripturae typis concreditae ac documenta producantur in formis die ...; atque insuper ut responsiones et alia fiant iuxta terminos tum ex iure communi, tum a Lege Propria et a regulis S. T. admissos.*

A tque ita mandavit ac decrevit, et in fidem una cum N. N., Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis Officiali in Notarium deputato, partibusque in causa contendentibus, uti supra, se subscripsit, prouti sequitur: ...

ART. 38.

Dubiorum formula mutari nequit nisi per decretum R. P. D. Secretarii, instante vel altera Partium, vel Promotore Iustitiae aut Vinculi Defensore, auditaque parte adversa; idque etiam quum ipsa formula ob partium dissensum decreta fuerit ex officio.

ART. 39.

Quum agatur de recursu pro restitutione in integrum adversus sententiam, quae in rem iudicatam transierit, quae pars eumdem interponit cogi poterit ad integrum pro expensis depositum faciendum. Causa absoluta, rationes partium expedientur prouti S. T. constituerit.

ART. 40.

Terminus ad exhibenda documenta atque defensiones minor quadraginta diebus ante diem resolutionis causae sive plenorum Emorum Patrum Comitiorum esse non poterit.

ART. 41.

Defensiones duplici exemplari ex rudi typorum impressione (vulgo *bozze di stampa)* R. P. D. Secretario exhibendae erunt, qui imprimendi facultatem, post advocati subscriptionem, scriptis apponet.

Si quae in ipsis R. P. D. Secretarius corrigenda quomodocumque iudicaverit, ea adamussim ab advocato servabuntur; secus idem advocatus poenis a *Lege Propria,* can. **30** num. **6** constitutis, mulctabitur.

ART. 42.

Documenta deponenda erunt in formis penes Cancellariam S. T., ut ibidem libere examinari possint a partibus; quae autem in summarium relata erunt, ea cum duplici exemplari ex rudi typorum impressione tradentur.

ART. 43.

Notarius protocolli una cum Custode Archivi S. T. collationem peraget huiusmodi exemplarium cum documentis originalibus. Factae collationis testimonium reddetur vel in calce cuiusque documenti, vel etiam in fine summarii; quod, hoc testimonio carens, neque vulgari neque distribui poterit.

ART. 44.

Ex duobus tum defensionis tum summarii rudibus exemplaribus, uti supra exhibitis, alterum parti pro definitiva impressione restituetur, alterum in Cancellaria S. T. servabitur ad correctiones, si oportuerit, conferendas.

ART. 45.

Defensionis distributio fiet triginta diebus ante causae definitionem in Cancellaria S. T.

Officialis S. T. Distributor defensionem cum summario inter partes commutat; in ea quae actis alligato fidem facit peractae exhibitionis et permutationis; exemplaria denique Emis Patribus, R. P. D. Secretario, R. P. Consultori cuius votum fuerit requisitum, Promotori Iustitiae aut Vinculi Defensori, quum in iudicium venerint, per apparitorem S. T. statim transmittet.

ART. 46.

Responsiones atque documenta in summario additionali alliganda quindecim diebus ante causae definitionem produ-

centur; distributio autem fiet decem diebus ante plenarium Emorum Patrum Conventum iuxta formam in art. **41-45** descriptam.

ART. 47.

Officialis Distributor, simul cum responsionum exemplaribus, ad Emum Iudicem, qui Ponens seu Relator in causa fuerit designatus, acta omnia originalia, quae ad causam referuntur, transmittet.

ART. 48.

R. P. D. Secretarii erit singulis Emis Patribus in S. T. adlectis non minus decem diebus ante causae definitionem, *ex officio* fasciculum mittere, in quo *status iuridicus causae* exponatur et summaria a partibus adducta compleantur; additis scilicet documentis, quae necessaria atque opportuna videantur ad causam satius Emis Patribus enucleandam.

Quod si quis ex RR. PP. Consultoribus in causam suo voto intervenerit, ac post editas defensiones et responsiones a partibus, novas animadversiones addere existimaverit, eae, si necesse fuerit, in *summario additionali ex officio* Emis Patribus transmittentur non minus quinque diebus ante causae definitionem.

ART. 49.

Responsionum distributione conclusum in causa reputantur iuxta can. **27** *Legis Propriae,* iisque congruenter servatis, quae in eiusdem can. § 3-**4** statuuntur. Admitti tamen etiam tum poterit discussio oralis, quae á R. P. D. Secretario requiretur per supplicem libellum, rationes extraordinarias explanantem invocati beneficii et capita singularia ac distincta de quibus disceptandum sit.

ART. 50.

Decretum R. P. D. Secretarii, quo discussio haec oralis admittitur vel negatur, irrevocabile erit, atque partibus notificabitur, addita citatione pro die, hora et loco disceptationis, si eadem fuerit concessa,

ART. 51.

Discussio oralis, praeterquam in casibus peculiari exceptione dignis, angustiori termino quam dierum quinque ante causae definitionem haberi nequit.

Eius ritus idem erit atque in artic. **24, 25** et **26** describitur. Officialis ad acta conficienda deputatus, ea statim cum documentis productis, si quae fuerint, ad Einum Cardinalem in causa Ponentem seu Eelatorem de mandato R. P. D. Secretarii transmittet.

ART. 52.

Non aliter ac informationes orales ad Iudices, *(Lex Propria,* can. **30),** scripturae quoque ex gratia legendae, atque generatim distributio quaevis defensionum aut responsionum, approbatione R. P. D. Secretarii carentium, et per tramitem Officialis S. T. Distribuions haud facta, omnino prohibentur ac vetantur.

ART. 53.

Resolutio dubiorum plenario Emorum Iudicum Coetui propositorum, partibus notificabitur, nec non S. Tribunali aut Congregationi adversus cuius sententiam ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal recursus fuit interpositus.

Actus subsignabitur a R. P. D. Secretario et a Notario Archivi Custode, tamquam Cancellarii munere fungente, sigilloque S. T. munietur.

In eo etiam decreta de expensis referentur, ut in sequenti formula;

De mandato etc. ... *Notificetur dno N. K., Procuratori dñi N. N. in causa legitime constituto, in plenaria Supremi Tribunalis sessione habita in aedibus Vaticanis die relatore Emo P. Dno N. Card. N., funditus pertractatam esse causam, de qua supra, inter N. N. et N. N. ad obtinendum ... atque propositis dubiis, scilicet... responsum fuisse ...*

In expensis autem iudicialibus Supremum idem, Tribunal condemnavit et condemnat ... [Sive : « *decrevit eas inter partes esse compensandas* ***n,*** aut alias, pro re nata].

Atque ita mandatum est atque decretum; omni etc. - Datum ... etc.*

ART. 54.

Originalis sententiae tenor infra mensem publicabitur, neque partibus dimittetur nisi in authentico exemplari, ad earum instantiam, earumque sumptibus.

ART. 55.

Originalis sententia continebit brevem causae historiam a statu iuridico desumptam, de quo in art. 48, dubiorum formulam eorumque responsiones, decreta circa expensas, et mandatum executivum ampliori forma, scilicet: « *Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus, ad quos spectet, executioni mandaretur, non solum etc., sed et omni etic. - Datum ...* etc ».

Originalis denique sententiae a R. P. D. Secretario subsignatae, Notarius Archivi Custos uti supra, fidem faciet, eamque duplici sigillo muniet, altero S. T., altero in quo expressa Uteris erit pecuniae summa, sive *taxa* sententiae eidem apposita.

ART. 56.

Notarii Archivi Custodis, accepta ab Emo et Rmo Cardinali S. T. Praefecto ad id facultate, curae erit ut sententia in *Actis Apostolicae Sedis* publici iuris fiat.

Quod si Cardinali S. T. Praefecto minus opportunum videatur inftegre sententiam in *Acta Apostolicae Sedis* referri, indicabitur tantum titulus causae, dubiorum formula et Emorum Iudicum responsum.

ART. 57.

Post latam sententiam, Officialis S. T. Distributor expensarum rationes pro singulis partibus litigantibus expediet, iuxta ipsius sententiae decreta. Quas quidem supputationes a R. P. D. Secretario ratas habitas, ad eum, qui satisfacere debeat, quamprimum transmitti curabit.

Pro actis S. T. eamdem rationem habentibus atque S. Rotae, taxatio duplex erit quam ut pro eadem S. Rota in Appendice *Legis Propriae* c. I-II constitutum est.

ART. 58.

Si is cui expensae solvendae erunt, exonerare se debito coram S. T. nimis cunctetur, per decretlum R. P. D. Secretarii poterit ei peremptorius terminus praefìgi; quo frustra elapso, mandatum executivum ad Curiam Dioecesanam debitoris, si expediat, mittetur, ut modis, qui in sua potestate sunt, eum ad solvendam pecuniam cogat.

ART. 59.

Expensis exaequatis, Officialis S. T. Distributor aerario Sanctae Sedis proventus solvet, qui ad illud spectabunt iuxta *Legem Propriam* (Append. c. I) ; eorumque notula, a R. P. D. Secretario recognita atque adprobata, in actis servabitur.

ART. 60.

Proventus quoque Procuratorum atque Advocatorum duplices erunt ac in *Legis Propriae* Append. c. III pro Tribunali S. Rotae adnotantur.

Exceptiones quae contra Advocatos et Procuratores, circa ipsorum proventus, obiiciantur, per decretum R. P. D. Secretarii, a quo appellari nequibit, resolventur, audita tamen parte.

ART. 61.

Inappellabili pariter R. P. D. Secretarii decreto cum executiva formula emisso, ut scilicet ab omnibus ad quos spectet executioni mandetur, eo instante cuius interesse possit, atque iuxta sententiam S. T., rata habebitur aut imminuetur supputatio quaelibet proventuum R. P. D. Secretarii iudicio submissa.

ART. 62.

Expensae pro actis ac decretis, de quibus supra in art. **60-61**, debentur ab eo qui instat, salvo eius iure pecuniae redditionis

exigendae ab altera parte, si R. P. D. Secretarii responsum petitioni congruens evaserit.

ART. 63.

In ceteris omnibus quae hisce regulis non sunt cauta, vel ubi non provideat *Lex Propria S. R. Rotae et Signaturae Apostolicae,* neque *Ordo servandus in Sacris Congregationibus, Tribunalibus, Officiis Romanae Curiae,* apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, congrua congruis referendo, stetur tum *Regulis S. R. Rotae a Pio PP. X approbatis et confirmatis,* tum normis iuris communis.

Ita est

IOSEPHUS Adv. FORNARI,

L. © S.' *S. A. S. T. Arch. Cusi.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI.

AVVISO DI CONCORSO.

È aperto un concorso a due posti di Officiale in questa Sacra Congregazione dei Religiosi. Istanza e documenti dovranno essere presentati alla Segreteria della medesima Sacra Congregazione dentro il mese corrente. L'esame scritto avrà luogo il giorno 18 Aprile, nella Segreteria stessa, alle ore 8 ant.

Dalla Segreteria della S. Congr. dei Religiosi, il 15 Marzo 1912.

f **DONATO, Arciv. di Efeso,** *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Consultori della Sacra Congregazione di S. Uffizio:

4 Marzo 1912. — **Mons. Camillo Laurenti, Segretario della S. Congregazione di Propaganda Fide.**

— **Il Rmo P. Guglielmo Arendt, della Compagnia di Gesù.**

Consultore della Commissione Pont. per la Codificazione del Diritto Canonico :

9 Marzo 1912. — Mons. Niccolò Marini, Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

Consultori del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica:

9 Marzo 1912. — Il Rev. P. Benedetto Ojetti, della Compagnia di Gesù.
— Il Rev. P. Giulio Saubat, dei Preti del S. Cuore di Betharram.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

29 Febbraio 1912. — Mons. Giuseppe Adolfo Pessard, Vicario Generale della diocesi d'Angers.

Prelati domestici di S. S.:

28 Febbraio 1912. — Il Rev. Giulio Clemente Baudriller, Vicario Generale della diocesi d'Angers.
— Mons. Emanuele Fejer, Canonico lettore della Cattedrale di Munkács.
— Il Rev. Giovanni Turjay, Canonico cantore della predetta Cattedrale.
— Il Rev. Geisa Marsò, Canonico della Cattedrale di Rosnavia.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il S. Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

4 Marzo 1912. — Al Sig. Dott. Pietro Scherer, Consigliere intimo del Governo e Consigliere Superiore delle Scuole a Strasburgo.
5 Marzo. — Al Sig. Cav. Camillo Serafini, Custode del Gabinetto Numismatico Vaticano.
6 Marzo. — Al Sig. Marchese Maurizio Giuseppe de Gourion Saint-Cyr, della diocesi di Évreux.
— Al Sig. Cav. Claudio Schmid, Dottore in medicina, dell'archidiocesi di Vienna.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

1 Marzo 1912. — Al Sig. Massimiliano Büchner, di Monaco di Baviera.
4 Marzo. — Al Sig. Augusto Peaucelle, di Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 Febbraio 1912. — Al Sig. Giovanni Battista Godmard, Presidente della Società diocesana delle Conferenze di S. Vincenzo de' Paoli a Verdun.
— Al Sig. Giuseppe Chevalier, della diocesi di Arras.
— Al Sig. Guglielmo Delattre, di Boulogne.
rr- ¡ú. Sig. Enrico Delcourt, della stessa città.

27 Febbraio 1912. — Al Sig. Enrico Morel, di Lilla.

— Al Sig. Giulio Duthil, della stessa città.

28 Febbraio. — Al Sig. Ernesto Behaghel, Presidente delP « Association des Anciens Elèves de l'École Saint-Joseph à Lille ».

2 Marzo. — Al Sig. Fernando Wousen, dell'archidiocesi di Cambrai.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

29 Febbraio 1912. — Al Sig. Pietro Filippucci, Capo-medico dell'Ospedale di S. Antonio a Smirne.

— Al Sig. Giovanni Topuz, Procuratore dell'Arcivescovato di Smirne.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri segreti soprannumerari di S. S. :

6 Marzo 1912. — Mons. Emerico Pisapia, della diocesi di Ariano.

8 Marzo. — Mons. Bernardo Giuseppe Eras, della diocesi di Bois-le-Duc.

9 Marzo. — Mons. Giovanni Battista Rosa, della diocesi di Mantova.

Camerieri d'onore m abito paonazzo :

6 Marzo 1912. — Mons. Giuseppe Schinzel, dell'archidiocesi di Olmütz.

— Mons. Domenico Pellicano, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.

— Mons. Pietro Pejakic, della diocesi di Sirmio.

12 Marzo. — Mons. Calogero Licata, Sostituto della Penitenzieria Apostolica.

— Mons. Giorgio Suba, della diocesi di Münkács.

— Mons. Francesco Parrillo, Difensore del Vincolo presso il Tribunale della S. Rota.

Cameriere d'onore extra Urbem:

6 Marzo 1912. — Mons. Guglielmo AnderUc, della diocesi di Sirmio.

Cappellano segreto d'onore :

6 Marzo 1912. — Mons. Casimiro Monti, della diocesi d'Ischia.

Cappellano d'onore extra Urbem :

12 Marzo 1912. — Mons. Vittore Melles, della diocesi di Munkács.

Cameriere segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

13 Febbraio 1912. — Il Sig. Marchese Flavio Durazzo, dell'archidiocesi di Genova.

NECROLOGIO.

7 Marzo 1912. — Mons. Guglielmo Blazek, Vescovo titolare di Modra e secondo Ausiliare dell'Arcivescovo di Olmütz.

Annus IV. - Vol. IV. Die 30 Martii 1912. Num. 6

AGTA^APOSTOLICAÍm

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

ECCLESIA S. AMABILIS PRESBYTERI IN URBE RICOMAGENSI DIOECESIS CLAROMONTENSIS TITULO BASILICAE MINORIS DECORATUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquum a Romanis Pontificibus, Decessoribus Nostris, traditum morem quarundem sacrarum Aedium •dignitatem, quae peculiari ratione insignes inter ceteras excellant, titulis ac privilegiis augendi, iure merito retinemus ac servamus. Iamvero apud Christianum populum singulari esse in honore et pretio accepimus templum quod, Sancto Amabili Presbytero Confessori sacrum, Urbem Ricomagum Claromontensis dioeceseos decorat. Nam, exuviis eiusdem Beatissimi Viri, Patroni Civitatis, in primis nobilitatum, vetustatis et monumentorum quoque gloria conspicuum apparet: siquidem splendidae molis amplitudine, saeculo undecimo ineunte, excitatum est eodem loco ubi sacellum sive oratorium ad sepulcrum S. Amabilis, quingentis fere ante annis extructum, reperiebatur; omnigenae artis operibus abundat •et insignibus Coelitum reliquiis ac supellectile copiosa refertum est, ita ut in numerum nobiliorum templorum quibus Arvenia honeslatur, sit referendum. Neque minus divinis enitet officiis, quae Archipresbyter parochus eiusque Vicarii, et complures naviter obeunt sacerdotes. Itaque, quum Venerabilis Frater, Petrus Maria Belmont, Claromontensium Antistes, Kleri et Populi Ricomagensis votis obsecundans, Nos supplex rogaverit ut templum illud Basilicam Minorem renuntiaremus, Nos optata «eorundem explere libenter decrevimus. Quare, Apostolica Nostra Aucto-

ritate, harum Litterarum vi, vetustum et praeclarum templum sub titulo S. Amabilis Presbyteri Confessoris in Urbe Ricomagensi Deo dicatum, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, illique privilegia omnia attribuimus quae Minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis competunt: decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, efficaces semper existere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus Constitutionibus Apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die **VII** Martii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. S. *a Secretis Status.*

II.

ERECTIO IN BASILICAM MINOREM TEMPLI SS. FERREOLO ET FERRUTIO MARTYRIBUS PROPE VESONTIONEM DICATI.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacras et praeclaras Aedes, quae sive amplitudine, sive artis operibus, sive potissimum fidelium religione ac celebritate in primis commendentur, ex more institutoque Romanorum Pontificum perhonorificis titulis eximiisque privilegiis propensa voluntate cohonestamus. Suffragium igitur ac preces Venerabilis Fratris Francisci Leonis Gauthey, Archiepiscopi Bisuntini, peramanter excepimus, quibus Nos suppliciter rogavit, ut templum ad Vesontionem, civitatem suam, ex publico voto et aere collaticio nuper extructum ac Ss. Ferreolo et Ferrutio Martyribus dicatum, Basilicae Minoris titulo exornare dignaremur. Ad quod concedendum privilegium facile eiusdem Aedis laudibus adducimur, utpote quae, ingenti mole et artificiis exaedificata, Sanctuariis successerit super gloriosum illorum sepulcrum erectis, eo nimirum loco, quo inclyti illi Fidei Athletae Martyrium pro Christa strenue fecere. Summa praeterea veneratione eorundem Sanctorum Martyrum exuvias, quae religiosissime ibidem asservantur, populus colit et honorât, atque ab antiquis temporibus, pia quotannis suscepta peregrinatione, illuc accedere, praesertim mense Iunio, consuevit, ut diem ipsius

mensis decimum sextum, Sanctorum natalem, quam maxima pietate concelebrant. In hoc autem templo, sacra supellectile abunde instructo, Klerus divinis muneribus caeterisque paroeciae officiis assiduam sollicitamque operam navat, ac devota Sodalitas extat, canonice instituta, quae dum cultum caritatemque exercet, id potissimum a Deo precibus impetrare contendit, ut alieni a recto fidei dogmate, in Bisuntinae Ecclesiae regionibus adhuc degentes, ad catholicam religionem feliciter revocentur. Quae cum ita sint, omnes quos supra diximus, Antistitem, sacerdotes et fideles peculiari benevolentia complectentes, praesentium vi, Apostolica Auctoritate Nostra templum in honorem Ss. Ferreoli et Ferrutii Martyrum prope Bisuntinam urbem recens aedificatum, ad Basilicae Minoris dignitatem perpetuum in modum evehimus, eique universa ac singula iura, privilegia, honores et indulta largimur, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis iure conveniunt. Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas, efficacesque semper extare et manere, suosque plenos et integros effectus sortiri, obtinere: illisque ad quos pertinent sive in posterum pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter aut ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII Martii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. ✠ S. *a Secretis Status.*

III.

TITULUS BASILICAE MINORIS PRO ECCLESIA PAROCHIALI VIRGINIS IMMACULATAE OPPIDI « FAVERNEY » ARCHIDIOECESIS BISUNTINAE.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Archidioeceseos Bisuntinae intra fines, in oppido vulgo « Faverney » cui nomen factum, templum extat vetustum, olim Abbatiale, duodecimo vertente saeculo una cum continente Ordinis Benedictini coenobio aedificatum, ac Deo sacrum in honorem Virginis Immaculatae. Hoc quidem templum ineunte saeculo decimonono Paroeciae sedes factum est, nuperque, corrogata fidelium stipe, ad pristinum decus est restitutum. Tribus a saeculis summa ibidem

veneratione asservatur Sancta Hostia, quae anno millesimo sexcenté-simo octavo, dum fidelium adorationi in ostensorio proposita maneret, grassante circum undique fortuito incendio, ex edacibus flammis triginta tres post horas incolumis mirifice et intacta recuperata fuit: haec autem Hostia, saeculo etiam decimo octavo labente, authentice ac legitime recognita est. Quare ipsam ad ecclesiam, ad quam olim peregre confluentes piae fidelium turmae accesserunt ut vetustissimam Imaginem Immaculatae Virginis Mariae sub vulgari titulo « Notre-Dame de la Blanche » celebrarent, opemque illius flagitarent, haud minori concursu confluere etiam solent ab illo anno turmatim fideles, Sanctam ipsam Hostiam flagranti pietatis studio veneraturi. Sacerdotes, qui philosophicae facultati tradendae in seminario operam navant, una cum Parocho Decano, in eadem Ecclesia sacris omnibus officiis, qua par est dignitate ac diligentia, funguntur. Praeterea eodem in curiali templo iam inde a saeculo decimo septimo, canonice erecta extat Confraternitas a Sanctissimo Sacramento nuncupata, in quam illustres viri tum e Gallia, tum etiam ab exteris regionibus adsciti, cultum pietatemque erga Divini Amoris Sacramentum laudabili sedulitate fovent, adaugent. His fretus rationibus, cum Venerabilis Frater Franciscus Leo Gauthey, Archiepiscopus Bisuntinorum, Nos supplicibus votis rogaverit, ut super enunciatam parochialem ecclesiam ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignemur, Nos, animo repetentes gloriosos eiusdem templi fastos, optatis his annuendum libentissime existimavimus. Quae cum ita sint, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, templum curiale B. M. Virginis Immaculatae vulgo « Notre-Dame de la Blanche » dicatum, situm in oppido « Faverney », dioecesis Bisuntinae intra fines, titulo ac dignitate Basilicae Minoris cohonestamus, omnibus honorii]centiis ac privilegiis eidem attributis quae minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas, efficacesque semper extare et manere, suosque plenos et. integros effectus sortiri, obtinere, illisque ad quos pertinent sive in posterum pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si quidquam secus, super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter aut ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII Martii MCMXii, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

EPISTOLA.

AD IOSEPHUM MARIAM CARD. GOS Y MACHO, ARCHIEPISCOPUM VALLISOLETANÜM, OB CATHOLICORUM CONVENTUM CATECHISTICUM VALLISOLETI HABENDUM.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Respondet plane optatis Nostris consilium istud tuum celebrandi Vallisoleti catholicorum conventum de sacrae catechesis institutione in maius provehenda. Nosti enim, dilecte Fili, quo Nos studio quaque sollicitudine, suscepto vix supremo pontificatu, encyclicis litteris *Acerbo nimis* Antistites Sacrorum et Parochos universos de officio monuerimus fidei christianae praeceptionibus populos erudiendi. Monebamur scilicet Nosmet ipsi officio sanctissimo pascendi dominici gregis, cui ex tam misera, tam late fusa rerum divinarum ignoratione, tanta tamque gravia impendere animadvertebamus mala. Diligentia igitur tua et optatissima Nobis est et iucundam movet fructuum laetabilium expectationem.

Quam quidem expectationem ex eo etiam augeri, ex litteris tuis comperimus, quod non Vallisoletanae tantum provinciae, sed Hispaniae totius Episcopos bene plures consentientes habeas, eosque consiliorum ac coeptorum socios te confidas habiturum: ita sane ut spes affulgeat conventum, proposito provincialem, fore re atque eventu toti nationi frugiferum. Pergratum Nos scito eiusmodi habuisse nuncium, non modo quia diligentiam arguit dignam Episcopis ac temporibus apprime congruentem, sed etiam quia amplior studiorum consensio quaesitarum spem auget utilitatem. Sed plane intelligimus, dilecte Fili Noster, hanc Sacrorum Antistitum diligentiam Curionum studium comitem desiderare. Horum quippe si desit conspiratio quorum est implere caelesti sapientia ceteros et ad virtutem duces esse multitudini, vix quicquam Episcoporum proderit hac in re sollertia. Ad Curiones igitur patet os Nostrum, eosque et hortamur et obsecramus in Domino ut officium impertiendi fidelibus christianam doctrinam praetermittere ne umquam velint, neu negligenter remisseve persolvere. Repetant animo secum ac serio considerent muneris quo aucti sunt has esse partes praecipuas, fidei veritates rite populum edocere; easque partes, aetate praesertim hac nostra, graviores persaepe fieri, cum ob lamentabilem parentum negligentiam, tum ob tot venena doctrinarum, quae corrumpunt opinionibus animos et ad vitia pertrahunt. Auctores autem sumus, dilecte Fili Noster, nihil ab ipsis praestari posse conducibilius ad excitandam fidem, ad potioris vitae studia in christiano populo renovanda, quam si christianae sapientiae semina in animis serant ac sedulo foveant.

Quamobrem Deum adprecamur ut tibi atque omnibus propitius adsit qui Vallisoletum, te auspice, congregabuntur, detque benignus ea inire consilia, ea coepta aggredi quae tradendae, celebrandae sacrae catechesi aptius in Hispania conducant, catholieaeque rei bene vertant. Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae tibi atque illis Apostolica sit Benedictio, quam ex animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Martii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

DECLARATIO AC RETRACTATIO R. P. D. CYRILLI MAC ARU, QUONDAM PATRIARCHAE ALEXANDRINI COPTORUM.

Je soussigné, Cyrille Macaire, Patriarche démissionnaire des Coptes Catholiques, venu spontanément à Rome pour attester au Saint-Siège ma ferme résolution de vivre et de mourir dans la foi catholique sous l'obéissance du Pontife Romain, déclare librement et sincèrement ce qui suit:

J'exprime tout mon repentir pour avoir fait, dans des jours de tentation, de découragement et de perturbation morale profonde, adhésion publique à l'Église grecque-schismatique d'Alexandrie en Egypte, remerciant Dieu toutefois de n'avoir participé aux actes religieux de la dite Eglise. Je rétracte toutes mes démarches à cet effet, je les condamne, je les déplore de tout mon cœur, je suis prêt à accepter toutes les pénitences et réparations que le Saint-Siège jugera bon de m'imposer, et à vivre dorénavant dans la retraite, appliqué aux exercices de piété et aux études qui me sont chères. Je rétracte de même, je condamne et déplore de tout mon cœur, ce que, durant mon aberration, j'ai pu dire, faire ou écrire de schismatique, et je demande humblement pardon des scandales donnés par ma défection aux fidèles. Je renouvelle enfin mes promesses solennelles d'obéissance au Siège Apostolique et ma pleine et sincère adhésion aux doctrines et aux enseignements de la Sainte Église Catholique Romaine, notamment en ce qui concerne la Primauté absolue de droit divin du Pontife Romain sur l'Église en général et sur tout rite et tout fidèle en particulier.

Rome, le 9 Mars 1912.

f Kyrillos Macaire.

S. CONGREGATIO CONCILII

GERUNDEN.

EMOLUMENTORUM.

Vacante per mortem Rmi Thomae Sivilla anno 1906 Sede episcopali Gerundensi, elegans exorta est controversia circa perceptionem emolumentorum eventualium obvenientium ex iurisdictionis exercitio et usu sigilli: cuinam nempe proventus illi, sede vacante, spectarent, Vicario ne Capitulari an Capitulo vel potius futuro Episcopo. Quaestio haec toto sedis vacantis tempore fuit acriter agitata Capitulum inter et Vicarium Capitularem, Rmum Iosephum Matas, qui putans emolumenta iurisdictionis et sigilli sibi exclusive competere, ea pro se absolute retinuit, capitulo reclamante.

Novus hodiernus Episcopus, cui quaestio fuit delata, autumavit e contra neuter ex contendentibus ius habere ad dictos proventus, quos potius sibi ipsi tamquam episcopo successori fore reservandos. Attamen arduam quaestionem ex se resolvere non audens eam definiendam remisit Sacrae huius Congregationis iudicio sub sequenti dubitandi formula: *Emolumenta vi iurisdictionis et sigilli in sede vacante Rmi Thomae Sivilla, Episcopi Gerundensis, obtenta ad quemnam pertinent? ad Episcopum, ad Capitulum Cathedrale, aut ad Vicarium Capitularem?*

Capitulum ad ulteriora sua iura deducenda, uti petierat, admissum, in primis miratur et conqueritur Episcopum ampliasse controversiae terminos; cum ipsum numquam postulaverit et vindicaverit emolumenta *iurisdictionis,* sed tantum *sigilli,* ea scilicet, quae percipiuntur ex documentis in quibus impressum appareat Capituli sigillum.

Haec igitur sibi spectare contendit, praeterquam ex dispositione in statutis capitularibus ab Ordinario approbatis contenta ubi ad art. 60 legitur: « Proventus sigilli sede vacante obvenientes, ad Capitulum exclusive « spectabunt », etiam ob peculiares titulos, quos ex historia et origine huius iuris desumit. Enarrat enim quod, anno 1344, ut ex nonnullis antiquis libris eruitur, Arnaldus De Mourodon, Episcopus Gerundensis, Capitulo donavit sigilla eorumque proventus; ex qua donatione Capituli evasit proprietas sigillorum una cum proventibus non tantum *sede vacante,* sed etiam *sede plena.* Immo ex antiquis Actis Capitularibus depromitur Capitulum ius suum ex sigillorum usu locasse pro annuo

pretio libell. 200 monetae barcinonensis. Et cum anno 1656 Archidiaconus Cardona, cui sede vacante munus Vicarii Capitularis ex privilegio, inhaerebat, Capituli ius circa proprietatem sigillorum impugnasset, querela hac de re coram Sacra Romana Rota mota fuit; et hoc Tribunal sub die 15 Ianuarii 1663 sententiam Capitulo faventem protulit, quae in secunda instantia sub die 20 Aprilis eiusdem anni confirmata fuit verbis : « In decisis ».

Ast quoniam, hisce non obstantibus decisionibus, discordiae et contentiones circa dictum ius minime desinebant, sub die 1 Aprilis anni 1665 concordia facta fuit inter Episcopum, Ioseph Ninot, et Capitulum, qua proventus quicumque ex usu sigillorum obvenientes cedebantur Episcopo, sub conditione ut libellae bis centum annuae solverentur canonico ferialerio seu administratori Capituli, et ut, adveniente sedis vacatione, sigilla una cum eorum emolumentis redirent in proprietatem Capituli. Quam concordiam omnes Episcopi Ninot successores qui Sedem Gerundensem occuparunt, ratam habuere atque, Capitulo requirente, servare et adimplere declararunt sub iurisiurandi religione ; et hoc usque ad vigens Concordatum cum Apostolica Sede anni 1851. Similiter se gesserunt ceteri Episcopi post Concordatum usque ad ultimum Vicarium Capitularem, qui huic liti originem dedit, quique, quamvis et ipse in actu possessionis iuraverit servare statuta et iura Capituli, proventus tamen sigilli solvere detrectavit.

Ex quibus omnibus aliisque Capitulum concludit clarissime patere eius favore ius ab ipsa S. Rom. Rota recognitum percipiendi proventus sigilli etiam sede plena ab anno 1344, et sede vacante tantum ab anno 1757 usque ad praesentem diem iuxta novam disciplinam vi legum Concordatarum.

At ex adverso respondetur: I°. Titulus seu fundamentum praetensi iuris Capituli, scilicet donatio a. 1344 ab Episcopo Mourodon peracta, est valde incertus et claudicans, uti inter alia ostendunt acres contentiones et controversiae hac super re cum episcopis, vicariis capitularibus et ipsis Camerae Ap. ministris exortae. Refert enim Episcopus: « Erat ab antiquo in ecclesia Cathedrali Gerundensi quaedam entitas « dicta feriatis, cui incumbebat de omnibus obventionibus, quaecumque « illae essent, tum ecclesiae Cathedrali tum ipsi Capitulo pertinentibus, « providere, et ex acervo huiusmodi obtento Capitulum, anno 1344, « summam pecuniariam mutuam dedit Episcopo Gerundensi Arnaldo « de Mourodon, qui uti pignus praestimonii emolumenta sigilli episco- « palis donasse videtur. Attamen animadvertere libet quod Episcopus « Mourodon neque ob privatam utilitatem vel ipsiusmet Mitrae aut

« Dioecesis lucrum illam creditam pecuniam postulavit, sed propter « templum Cathedrale huius dioeceseos, architectonicae artis mirabile « prodigium, in Cuius extructionem eam integram invertit. Nobilissimus « amor laudabilisque zelus Episcopi Mourodon pro hac Sancta Ecclesia, « etiamsi primario ipsismet canonicis prae aliis quibuscumque haud « dubio benefacerent, quamplurima reportarunt Episcopis Gerundensibus « incommoda molestiasque affecerunt ».

T. Insuper quaestio nunquam fuit in favorem Capituli definita a S. Romana Rota in iudicio petitorio: nam duae allatae sententiae *nn. 394 et 395 coram Celso* respiciebant manutensionem in possessione sigillorum, quae possessio tunc temporis reapse inveniebatur penes Capitulum: sed ad validitatem tituli quod attinet, ait S. Rota: « Exce- « ptiones erunt discutiendae in petitorio, et interim concedenda manu- « tensio Capituli ».

3°. Concordiae ipsae seu transactiones deinceps sequutae indicant sane ius primitivum dubium ac incertum ad maximum habendum veluti initium possessionis.

4°. Concordia vero inita cum Episcopo Ninot anno 1665, aiunt, fuit tantum temporaria ac personalis; et quamvis a successoribus Episcopis prorogata, non potest ius certum ac definitivum constituere, immo, notat Episcopus, « vertente saeculo xrv, virtute Reservationum Aposto- « licarum, proventus Sedium vacantium in aerarium poritificium ingredi « debebant, quaeque Reservationes in Hispania pro sedibus episcopa- « libus tantum viguerunt. Ab hac autem lege generali Sedes Gerun- « densis nullo modo fuit excepta; quamobrem Capitulum se aliquando « emolumenta sigilli percepisse antequam adveniret vacatio anni 1876 « propter translationem Episcopi Bonet in Sedem archiepiscopalem « Tarraconensem, minime probavit. Ex quibus fas erit inferre quod « quidem apertissime patet, cum ageretur de pacto inter personas pri- « vatas inito, quod exceptionem ullam a lege generali ecclesiastica haud- « quaquam parere valet ».

5°. Insuper praefatae concordiae Episcopi Ninot et alia nova suffecta est anno 1757, auctoritate Pontificia et Regia roborata, inter Episcopum de Palmero et Capitulum, quae varias comprehendebat quaestiones easque solvebat, scilicet circa causas criminosas canonicorum, circa visitationem Ecclesiae Cathedralis, circa ius patronatum quoad praebendas; at in puncto sigillorum Capitulo non reservatur nisi merus honor, ut nempe ab ipso, sede vacant^, custodirentur, et sede plena ab Episcopo adhiberentur, atque quoad emolumenta ne verbum quidem. En ad rem verba concordiae: «*Punctum quartum:* Similiter dictum

« Capitulum favore episcopalis Mitrae seu Mensae cedit ac donat bis « centum libras monetae barcinonensis pensionis annuae, quam ratione « sigilli mensae suae operi vulgo dicto Feriali solvit dicta mensa cum « expressa tamen conditione quod, non obstante hac cessione, Curia « episcopalis idem omnino sigillum adhibere debeat, dictumque Capi- « tulum illud custodire teneatur vacante Ecclesia, donec successor episco- « palis Ecclesiae possessionem coeperit dicti episcopatus, cui tradere illud « debeat Capitulum, prout servatum extitit usque modo ».

Quapropter, animadvertit Episcopus, « per hanc concordiam, illa « antiqua Episcopi Ninot quoad manutensionem sigilli episcopalis prorsus « derogata fuit, novumque Capituli ius ad meram custodiam sigilli Eccle- « sia vacante, donec successor possessionem coeperit, restrictum, quin « ulla facultas percipiendi fructus, sede vacante, ipsiusmet Capitulo « agnoscatur, proindeque munus tantum honoris haudquaquam utilitatis, «quod praecipue réclamât ».

Ex quo deduci legitime etiam potest iuramentum ab Episcopis et Vicariis Capitularibus in actu possessionis successive praestitum non afficere proventus sigillorum, sed alias concordiae partes: « Equidem me « ignorare fateor, ait Episcopus, quid iuraverint antecessores mei, sed « propemodum incredibile videtur quod praestiterint iusiurandum aliquid « detrimenti importans tum dignitati episcopali, tum reservationibus « Pontificiis, nec non ipsis Concordatis ».

6°. Demum nec utiliter favore Capituli invocari potest argumentum ex possessione pluries centenaria desumptum, quippe quae, ipso Capi- tulo non diffitente, nec pacifica nec continuata extitit: cum hoc ius, ut dictum est, continuo impugnatum acriterque impetitum fuerit.

Quinimo Capitulum ipsum affirmat, anno 1650 canonicum feria - lerium seu administratorem « recuperasse sigillum ut a semetipso sigil- « larentur documenta...». Ceterum constat Capitulum nihil prorsus percepisse ex usu sigilli sede vacante, saltem ab anno 1757 usque ad annum 1876.

Ait enim Episcopus: « Concordatum inter Benedictum XIV et Regem « Ferdinandum VI, anno 1753 firmatum, fructus Ecclesiarum vacantium « cessit in pios usus impendendos, Regique catholico concessit facul- « tate m eligendi collectores, qui regali protectione muniti illorum fruc- « tuum essent administratores; qua de causa ex eo tempore, quoties £>e- « des episcopalis Gerundensis vacabat, subcollectores regales spoliorum « et vacantium omnes proventus iurisdictionis et sigilli perceperunt ».

Quapropter pristinum Capituli ius seu privilegium considerandum est veluti antiquatum et penitus obsoletum. Idque adeo verum est ut,

cum Capitulum occasione novorum statutorum capitularium anno 1868 tentasset antiquum ius resuscitare et dubitatum fuerit in quo praecise consistèrent proventus sigilli sede vacante, in sessione diei 17 Septembris 1877 declaratum fuit sub nomine iurium sigilli comprehendi quidquid indiscriminatim Mitra seu Episcopus perciperet sede plena a Secretaria Camerae, seu proventus Curiae Vicariatus pro negotiis gratiosis et Officialatus pro negotiis iudicialibus; quod verum non erat: nam sigilla Vicariatus in praetensa donatione anni 1344 comprehensa haud erant. Ita Capitulum ostendit nullam exactam memoriam conservasse de antiquo iure.

Quare concludendum videtur, aiunt, ipsum fore absolute repellendum a fruitione enunciatorum proventuum; praesertim cum iuxta receptam hodiernam disciplinam admitti nequeat intromissio capitulorum in regimine et iuribus dioecesis sede vacante, quae integra transmittenda sunt in vicarium capitularem. Eo vel magis quod huiusmodi emolumenta, titulo laboris débita, mere personalia censentur atque ei tantum cedant oportet qui negotia expedit.

Infirmato sic iure Capituli, maius acquirit robur ius in favorem vicarii capitularis. Verum.equidem est iuxta generalem regulam, iure Decretalium fructus beneficiorum vacantium esse impendendus in utilitatem ipsorum aut fideliter reservandos futuris successoribus, et quod Bonifacius VIII statuit ut, sede vacante, capitula vel singulares personae nequeunt bona tempore vacationis obvenientia occupare aut inter se dividere, etiamsi agatur de emolumentis ex iurisdictione et sigillo aut alias undequaque provenientibus; uti declaravit Clemens V in c. *Statutum, De elect.* et DD. passim tradunt: cui iuris communis regulae pluries adhaesit S. H. C. respondens, emolumenta tempore vacationis sedis episcopalis obvenientia neque ad capitulum neque ad vicarium capitularem pertinere, sed reaervanda ad futurum episcopum; uti in *Ostunen.* 28 Iul. 1708, in *Goana* 6 Mart. 1847, aliisque.

Attamen Doctores communiter monent enuntiatas dispositiones ei resolutiones esse intelligendas de illis proventibus eventualibus qui directe usufruuntur ex iurisdictione et sigillo, quique sede plena, non vicario generali, sed ipso episcopo iurisdictionem exercente aut alio titulo cedunt; reliqua vero emolumenta quae, sede plena, spectarent ad vicarium generalem ratione sui officii, haec vicario capitulari, sede vacante, esclusive cedant oportet. Lauren., *De Vicar.*, tract. B, cap. 1. Unde in cit. *Goana, 6 Martii 1847* S. Congr. statuit: « Emolumenta quae sede plena « ad vicarium generalem pertinuissent, sede vacante, vicario capitulari « spectare ... ».

An vero huiusmodi normae urgeri possint in locis ubi viget peculiaris disciplina inducta per leges concordatarias vel ubi vigent iura Camerae Apostolicae, et quomodo sint intelligenda verba Clementinae *Statutum,* quoad vicarios capitulares, abunde explicat eximius Consultor. .

Tametsi Episcopus Gerundensis, postquam plura congesserit ad excludendum Capitulum et Vicarium Capitularem a partecipatione proventuum sede vacante, demonstrare conatur illos sibi tamquam episcopo successori fore reservandas, iuxta textus Decretalium, resolutiones S. H. C. et Canonistarum doctrinam, scribens : « Prima dispositio canonica quoad « emolumenta in sede vacante invenitur in cap. 7 *Statutum,* tit. 3, lib. I° « *in Clement.,* ubi statuitur quod omnia emolumenta profecta ex iurisdi- « ctione et sigillo *aut alias undecumque* quae sede plena pertinuerint « episcopo, fideliter reserventur futuro successori, exceptis expensis « necessariis, nulla obstante consuetudine in contrarium.

« Quamplurimae resolutiones S. Congr. Concilii hanc legem confir- « marunt inter quas extant: in *Agrigentina* et in *Cephaluden.* (17 Novem- « bris 1594), in *Nullius* (16 Iulii 1616) et in *Ostunen.* (27 Iulii 1708) « declarantes : " emolumenta tempore vacationis sedis episcopalis obve- « nientia ex iurisdictione et sigillo aut alias undecumque, neque ad « capitulum, neque ad vicarium spectare sed libere futuro successori « reservari, si ad episcopum ecclesia non vacante pertinuissent „; ex his « tamen deducendum esse rationale salarium vicario constituendum et «persolvendum; superaddentes *in Einen.* (28 Martii 1848): " Vicarium « capitularem nihil posse percipere, etiam pro sigillo, non obstante imme- « morabili observantia,,, et in *Goana* (6 Martii 1847) : " emolumenta quae « sede plena ad vicarium generalem pertinuissent, vicario capitulari sede « vacante competere „. Et quamvis Ss. Congr. Romanae ab hoc criterio « numquam discesserint, ut constat in resolutione in *Ianuen.* (23 Fe- « bruarii 1875) et in *Mexicana* (14 Februarii 1857), attamen aliquando « admiserunt, tamquam legitimum titulum ad proprietatem conquirendam « fructuum sede vacante obvenientium, privilegium apostolicum et con- « suetudinem immemorialem, prouti patet ex resolutionibus S. Congre- « gationis Concilii in *Cephaluden.* (17 Novembris 1594) et in *Goana* « (26 Februarii 1856).

« Praeclarissimi canonistarum communi iudicio Ss. Congregationum « merito assentientes eamdem docent doctrinam, inter quos eminent : « Benedictus XIV, *De Synod. Dioeces.,* lib. X, cap. X, num. 4; Lauren., «*De Vicar.,* tract., cap. 1, quaest. 405; Ventrig., loc. cit., num. 33; Pel- « legrin., *De Vicariis,* part. I, sect. 4; Barbosa, *Collect, doct. ad Concil.*

« *Trid.*, sess. 25, cap. 2, num. 9; De Angelis, *Praeled. Iuris Canon.*, lib. I, « tit. 28, num. 22, et Russo, *Codex vigens De person.*, can. 768. Bene « vero notemus quod De Angelis, in *Praeled. Iuris Canon.*, lib. I, tit. 27, « sic se habet: " In hac materia omnia secundum consuetudinem diver- « sarum Dioecesum determinari „.

« Iam vero, abeuntibus annis, innumerae reservationes, quibus bono « Ecclesiae Universalis quoad fieri posset, consuleretur, ex indigentia « praesertim qua afficiebatur Sedes Apostolica, concretae fuerunt, sicque « virtute legum " De spoliis et vacantibus „ fructus Sedium episcopa- « lium in Hispania vacantium ad Cameram Sedis Apostolicae destina- « bantur, et hanc novam iurisprudentiam modificavit Concordatum anni « 1737 inter Papam Clementem XII ac Regem Philippum V initum, ubi « statuitur (art. 22) Romanum Pontificem decreturum esse ut tercia pars « fructuum ecclesiarum in Hispania vacantium in posterum impenderetur « ad ecclesias et pauperes sublevandos; sed haec conventio virtutem « iuridicam amisit propter aliud Concordatum inter Benedictum XIV et « Ferdinandum VI anno 1753 confectum, in quo decernitur ut in futu- « rum, quibusdam exceptis retributionibus pro Aerario Apostolico, quod- « cumque colligentur ratione expoliorum et vacantium, ad usum cau- « sasque pias Sacris Canonibus praescriptos esse dicandum, ad quorum « observantiam Rex Catholicus eligere debebat oeconomos et collectores « qui sub eiusdem regali protectione ea fideliter administrant.

« In archivo huius dioecesis extant documenta recollectionis spo- « horum et vacantium relata ad tempus vacationis sedium Revmorum « Episcoporum qui Dioecesi Gerundensi ab anno 1775 usque ad 1834 « praefuerunt, hisce in documentis apertissime patet quod proventus iuris- « dictionis et sigilli in " Collectoriam vacantium „ ingrediebantur, quin « ulla eorum participatio ad Capitulum Gerundense devenisset, tametsi « nonnumquam aliqua retributio vicario capitulari sede vacante ex illis « elargita fuisset.

« Concordatum anni 1851 nunc in Hispania vigens, ob art. 12 sup- « pressit hanc collectoriam generalem spoliorum, vacantium et annata- « rum, decernendo ut incorporantur Commissariae Generali S. Cruciatae « delegatio creata ad negotia non finita terminanda et ad réditos non « solutos recolligendos, et in art. 37 disponit ut assignationes obtentae « sede episcopali vacante, deductis emolumentis pro oeconomo et expensis «necessariis ad reparationem domus episcopalis, aequaliter pro semi- « nario et episcopo successori distribuantur.

« Nunc vero, memoratis reservationibus ab ipsa Apostolica Sede iam « deletis, Collectoriaque Generali spoliorum et vacantium etiam sublata,

« cum Concordatum 1851 non determinet ad quemnam obventiones ex « iurisdictione et sigillo sede vacante cumulatae attineant, pro certo tenen- « dum est suam plenissimam vim et efficaciam parere ius ecclesiasticum « commune et secundum idem esse hanc controversiam dirimendam.

« In dioecesi Gerundensi ab anno 1851 usque ad praesentem diem. « sedes Episcopalis quater vacavit, scilicet: post pontificatum Episcopi « Lorente anno 1862, Episcopi Bonet an. 1876, Episcopi Valls an. 1877 « et Episcopi Sivilla 1906. In vacatione Sedis subsequente pontificatum « Episcopi Lorente ignoratur quisnam percepit proventus, sed in subse- « quentibus pontificatum Episcoporum Bonet et Valls illos percepit Capi- « tulum, et questio de qua nunc agitur, tota versatur circa vacationem « sedis post mortem Episcopi Sivilla. Cum vero neque lex, neque pri- « vilegium Apostolicum, neque ulla consuetudo extet sive pro Capitulo «sive pro Vicario Capitulari: ad quemnam spectant proventus eo tem- « pore sedis vacantis obtenti? ».

Hisce quavis ex parte breviter ex actorum fasciculo delibatis, rogantur EE. VV. ut, perpensis quae ad rem fuse ac plene disserit Consultor, velint sequens enodare dubium : *An et cui competant, sede vacante, proventus iurisdictionis et sigilli in casu.*

Et Emi Patres, sub die 10 Iunii 1911, proposito dubio respondere dignati sunt: *Dilata et ad mentem.*

Iterum, novis productis informationibus, reassumpta est causa et sub die 16 Decembris eiusdem anni ad supradictum dubium Emi Patres responderunt: *Affirmative favore Vicarii Capitularis.*

Romae, e Secretaria S. C. Concilii, die 15 Februarii 1912.

I. Grazioli, *Subsecretarius.*

VOTUM CONSULTORIS.

1. Anno 1906, vacante per mortem Revmi Episcopi Thomae Sivilla sede Gerundensi, electus fuit in Vicarium Capitularem Canonicus Iosephus Matas, cum quo coepit contendere Capitulum Cathedrale circa perceptionem emolumentorum eventualium ex sigillo provenientium; Vicarius enim capitularis emolumenta illa pro se retinuit, putans sibi pertinere proventus et iura omnia sede vacante obvenientia ex iurisdictionis exercitio ac sigilli usu ; Capitulum e contra praetendebat se peculiares titulos habere ad percipiendos proventus sigilli. Res pacifice componi non potuerunt toto tempore sedis vacantis; quare paulo post adventum novi hodierni Episcopi, utraque pars subiecit ipsi Episcopo definiendam con-

troversiam. Episcopus autem, cum intimius rem perpenderet, censuit animadverti ius illud controversum revera nec ad Capitulum nec ad Vicarium Capitularem, sed potius ad episcopum successorem, nempe in casu ad seipsum pertinere : « Sed cum agatur, ipse inquit, de quaestione « non clare definita in legislatione canonica Hispaniae, praeterquam « quod ipsimet dignitati episcopali admodum afficiat », non est ausus rem definire; ac proinde huic Sacrae Congregationi sequens dubium declarandum proposuit : « *Emolumenta vi iurisdictionis et sigilli in sede vacante Revmi Thomae Sivilla, Episcopi Gerundensis, obtenta ad quemnam pertinent? ad Episcopum, ad Capitulum Cathedrale, aut ad Vicarium Capitularem? ».*

2. In quo dubio animadvertenda est facta ab Episcopo terminorum quaestionis extensio seu ampliatio; de qua extensione in novis deductionibus conquestum est Capitulum hisce verbis : « Episcopus rogat ut « S. C. declaret ad quemnam pertineant proventus *iurisdictionis* et « sigilli; circa quod notum sit, Capitulum numquam petiisse proventus « *iurisdictionis,* sed tantum sigilli, id est emolumenta percepta ex docu- « mentis in quibus appareat Capituli sigillum » ; quare in fine sui Memorialis Capitulum primo petit ut S. C. dignetur restringere dubium a Revmo Episcopo propositum, ad proventus *sigilli* tantum. Episcopus vero, ni fallor, ea mente, non satis celata, dubium ampliavit, ut si S. C. in sui favorem responsum dederit, ipse possit repetere a Vicario capitulari, non solum emolumenta a Capitulo praetensa, verum etiam quoslibet alios eventuales proventus, qui tempore sedis vacantis undecumque obvenerunt. Quaenam autem magis determinata sit differentia inter praetensionem Capituli et ampliationem ab Episcopo inductam, melius ex dicendis patebit.

I.

3. Imprimis ergo agendum est de iure Capituli ad proventus sigilli, sede vacante. Ac certe non negat Capitulum intentionem eius adversari iuri communi: sed pluries repetit « in casu praesenti praevalere « debere ius particulare ac proprium huius Cathedralis quod pro Capi- « tulo stat ».

4. Primum autem istiusmodi particularis iuris fundamentum et titulus, ex quo etiam, iuxta Capitulum, originem duxit ipsum ius hodie invocatum, est *donatio sigillorum* ac consequenter etiam proventuum ex illorum usu obvenientium, non solum sede vacante sed etiam sede plena, in perpetuum favore Capituli anno 1344 facta ab Arnaldo de Mourodon, tunc Episcopo Gerundensi.

5. At vero titulus huiusmodi est omnino incertus; nam vel numquam extitisse vel saltem validum agnitum non fuisse clare demonstrant acres et crebrae controversiae successivis temporibus exortae inter Capitulum ex una parte, ac Episcopum, Vicarium Capitularem et ministros Camerae Apostolicae ex alia, circa ista sigilla eorumque proventus. Et probe notandum est illas controversias numquam ab auctoritate iudiciali fuisse *in petitorio* definitas; quia duae sententiae Rotales anno 1663 in favorem Capituli prolatae non respiciebant nisi mandatum de manutenendo in possessione sigillorum, ut videre licet in decisionibus 394 et 597 coram Celso, quae sunt duae illae decisiones in hac causa *Gerunden.-Sigillorum* datae ; quam possessionem ideo Rota agnovit Capitulo, quia demonstratum tempore motae litis circa ipsam manutentionem sigillorum, nempe anno 1656, sicut etiam aliis temporibus ibi citatis, ipsum Capitulum extitisse in possessione eorumdem sigillorum; sed quod attinet *ad validitatem dicti tituli,* ait Rota: « Exceptiones « erunt discutiendae in petitorio et interim concedenda manutentio Capi- « tuli ». Dubium item fuisse titulum illum donationis probant posteriores concordiae seu transactiones a Capitulo initae circa istud ius sigillorum ; transactio namque non fit nisi de re dubia et incerta, praeterquamquod, ut notum est, per transactionem, tituli et iura antiqua resolvuntur et funduntur in titulum et ius in ipsa transactione constitutum et definitum. Igitur illa praetensa donatio ad summum posset a Capitulo invocari ut initium possessionis et praescriptionis, cuius proinde evolutionem ac vicissitudines sequi ac cum ea confundi debuit, et ab ea nunc quoad valorem iuridicum pendere. Re quidem vera, Capitulum etiam, magis quam titulo illi donationis, nunc innititur possessioni ac praescriptioni quinquies et amplius centenariae, ut ait ipsum, ac in ea maxime confidit.

6. Quod si reapse Capitulum demonstraret possessionem illam per quinque et amplius saecula obtinuisse pacificam et continuatam, ac praesertim durasse semper non interruptam etiam usque ad nostra tempora, sine dubio titulus esset validissimus. Sed argumenta a Capitulo allata nullo modo praebent demonstrationem illam necessariam, quia potius fateri cogimur possessionem ipsam non fuisse pacificam, multoque minus sine interruptione perseverasse continuatam usque ad hodiernum diem.

7. Episcopus immo, in novis suis deductionibus, eo usque procedit ut asserat, tenendum esse « quod Capitulum Gerundense emolumenta- « sigilli, sede vacante, neque dum invaluerunt reservationes pontificiae » - videlicet iura Camerae Apostolicae quoad spolia et fructus beneficiorum vacantium - « neque vigente Concordato anni 1753, seu a finibus sae-

« culi **XIV** usque ad annum 1851 numquam perceperit». Hoc certe nimium est; nam, ut iam vidimus, anno 1663 Sacra Romana Rota concessit Capitulo mandatum de manutenendo in possessione sigillorum et in consequenti perceptione fructuum; atque in citatis decisionibus rotalibus quibus tale ius agnoscitur Capitulo, plura innuuntur argumenta quae de possessione Capituli tempore illo et nonnullis anteactis docebant: tunc autem ius retinendi sigilla et percipiendi eorum proventus exercebatur a Capitulo non solum sede vacante, verum etiam sede plena. Sequuta fuit anno 1665 concordia inter Episcopum Iosephum Ninot et Capitulum, in qua, fatente ipso hodierno Episcopo, «pro qui-« busdam respectivis transactionibus inter Episcopum et Capitulum « pactum initum fuit cedendi ex parte Capituli Episcopo, dum Dioece-« sim regeret, omnes proventus sigilli, cum conditione, ex parte Episcopi, « solvendi quotannis canonico ferialerio Capituli 200 libellas monetae « barcinonensis, sed *mortuo Episcopo aut sede derelicta, Capitulum recu-« perare debebat dicta sigilla una cum eorum emolumentis».* Rursus ergo patet Capitulum, sede vacante, aliquando percepisse emolumenta sigilli.

8. Nec obstat provocatio Episcopi ad iura spoliorum et vacantium in favorem Camerae Apostolicae reservata, unde a priori contendit Episcopus « inferre quod concordia Episcopi Ninot, numquam quoad emo-« Jumenta sigilli sede vacante in executionem devenisset ». Nemo certe negat in Hispania viguisse iura Camerae Apostolicae, saltem pro vacantibus sedibus episcoporum, prout testes sunt inter alios Garcia, *de Benef., part. 2, c. 1, n. 91;* Barbosa, *Vot. decis., 101, n. 3;* Gonzalez, *In Decret., lib. 1, tit. XXXI, c. 4,* et aperte invenitur statutum in Const. S. Pii V *« Alias emanarunt* » 12 Dec. 1567, renovante similem aliam Const. Iulii III, 20 Mart. 1554. Imo certum est etiam Cameram Apostolicam percepisse non solum fructus mensae episcopalis vacantis, sed etiam taxas et emolumenta provenientia ex iurisdictione et sigillo, siquidem et in genere refert Card. De Luca *de Benef., disc. XC, n. 74,* quod ministri Camerae Apostolicae, « sede episcopali vacante, inter fructus ac emolumenta « Ecclesiae exigunt et incamerant etiam ista iurisdictionis et cancella-« riae » ; et in citatis Constitutionibus Iulii III et Pii V conceditur generali in regnis Hispaniarum Collectori fructuum et proventuum aliorumque iurium ad Cameram Apostolicam pertinentium, facultatem per se vel per alios subcollectores omnia et singula fructus, redditus, proventus, iura, obventiones et emolumenta singularum ecclesiarum cathedralium, quovis modo vacantium, quomodolibet provenientia, percipiendi, exigendi et levatidi. Haec omnia ergo vera sunt; nihil tamen prohibet quominus,

his legibus non obstantibus, alicubi essent nonnulli qui *de facto* fructus et emolumenta sedium vacantium perciperent. Possessio autem in se merum factum importat; facta vero nequeunt a priori excludi cum illa aliunde per documenta historica extitisse demonstrentur. Iamvero *in facto* esse vidimus, Capitulum Gerundense aliquando possessionem habuisse sigillorum ac emolumentorum ex eis provenientium; imo et in huiusmodi possessione fuisse manutentum per sententias Rotales ac concordiam cum Episcopo.

9. Dum autem haec admittimus, alia ex parte debemus affirmare possessionem illam non fuisse pacificam; etenim cum exercitium illius iuris aperte contradiceret claris et determinatis regulis canonicis et iuribus reservatis in favorem Camerae Apostolicae, nec a Capitulo ostenderetur titulus certe legitimus sui praetensi iuris; hinc exercitium ipsum ut illegitimum fuit impetitum ab episcopo simul ac ab archidiacono maiori de Rogationibus dicto (qui erat prima Dignitas et ex specialissimo privilegio habebat ius exclusivum regendi Dioecesim sede vacante seu nempe erat Vicarius Capitularis natus) atque etiam a subeollectoribus Camerae Apostolicae. Nec talia Capitulum negat; imo affirmat anno 1656, praecise ad vindicandum et defendendum ius Capituli ita acriter impugnatum, canonicum ferialerium seu administratorem Capituli recuperasse sigilla, ut a semetipso sigillarentur documenta ac perciperentur proventus. Nimirum, ut constat ex superius citata Rotali decisione 397 coram Celso, illa sigilla antea retinebat notarius Curiae seu Vicariatus Gerundensis, cui fuerant a Capitulo in commendam concessa sub obligatione restitutionis et reddendae rationis de omnibus emolumentis; sed cum vacatio sedis advenisset dicto anno 1656 et Archidiaconus D. Bernardus de Cardona pro nativo suo iure administrationem Dioecesis suscepisset, hanc occasionem nactum Capitulum ut tutius posset retinere et exercere ius sigillorum, iam saepius acriter impertitum, ipsa sigilla occupavit et apud se retinuit. Contra huiusmodi occupationem exsurrexit prior, non ipse Archidiaconus, ut inquit Capitulum, sed (prout constat ex informationibus in causa *Gerunden.-Sigillorum coram Otalora,* 3 Martii 1664) Subcollector Rev. Camerae Apostolicae, contendens sigilla illa ad Capitulum non pertinere, proinde Curiae Vicariatus esse restituenda, ac vindicans Camerae Apostolicae emolumenta sede vacante ex usu sigillorum provenientia. Sententiam favorabilem in Tribunali Dioecesano obtinuit Subcollector, at interposita appellatione a Capitulo apud Sanctam Sedem, causa fuit commissa Tribunali Rotae, coram quo disputarunt adversus Capitulum Procurator Fiscalis Camerae Apostolicae, Archidiaconus seu Vicarius Capitularis et novus Episcopus

successor. Causa vero, ut diximus, agitata fuit tantum in possessorio, ac bis in favorem Capituli fuit resoluta; sea non ideo lites cessarunt, quia sententiae rotales non definiebant utrum iusta an iniusta esset illa Capituli possessio.

10. In petitorio tamen causa non fuit umquam discussa et definita, quia anno 1665 inita fuit concordia seu transactio suprarelata inter Episcopum Ninot et Capitulum. Iuvat tamen animadvertere illam concordiam, ex confessione ipsius hodierni Capituli, temporalem tantum fuisse ac personalem inter Episcopum Ninot et Capitulum; et quamvis Episcopi successores omnes et singuli in actu possessionis Dioecesis, requirente Capitulo, iurabant servare et adimplere concordiam Ninot, tamen vis huiusmodi iuramenti non alia esse poterat nisi prorogare de pontificatu in pontificatum temporaliter et personaliter transactionem cum Episcopo Ninot stipulatam, numquam vero firmum, certum et perpetuum reddere ius illud a Capitulo praetensum. Insuper concordia illa Episcoporum ligare quidem poterat ipsos Episcopos ; numquid tamen ipsius vis urgeri etiam potuerit contra Vicarios Capitulares et praesertim contra ministros Camerae Apostolicae? Et an ipsi auditi fuerint et consenserint in dictam concordiam qua parte afficiebat tempus sedis vacantis? Res prorsus incertae, de quibus, saltem in Actis praesentis controversiae, nullo modo docemur.

11. Ergo non satis certum et firmum fuisse ius Capituli in sigillis retinendis et emolumentis percipiendis, iam ex hucusque dictis apparet. Verum ratio quae potissimum adversatur intentioni Capituli, et quae ipsius modernas praetensiones iugulare et omnino destruere videtur, est deficientia continuitatis in exercitio percipiendi illa emolumenta et interruptio quae certo fuit protracta saltem ab anno 1757 usque ad annum 1876, quo rursus tentavit Capitulum resuscitare ius antiquum. Capitulum nunc asserit in suis novis deductionibus (part. I[a], II): « Ex « actis capitularibus et rationum tabulis in archivio Capituli existentibus « constat Capitulum ab anno donationis, id est a 1344 usque ad 1736, « *continenter* proventus sigilli percepisse ». Non tamen probat huismodi assertionem. At vero etiam admissa ista nimis generali assertione, aperte fatetur post annum 1756 emolumenta non amplius percepisse. Qua de causa?

12. Anno igitur 1757 conventa fuit nova Concordia inter Episcopum Gerundensem, Ioannem Antonium de Palmero, Archidiaconum Isidorum Orteu (qui, ut diximus, ratione suae dignitatis erat, sede vacante, Vicarius Capitularis natus) et Capitulum ; ac praeter alios articulos de rebus ac quaestionem nostram non pertinentibus, definitum fuit etiam pun-

ctum circa ius sigillorum, atque ita statutum: « Punctum IV. Similiter « dictum Capitulum favore episcopalis mitrae seu mensae cedit ac « donat 200 libras monetae barcinonensis pensionis annuae, quam ratione « sigilli, massae seu operi, vulgo dictae Feriali, solvit dicta mensa, cum « expressa tamen conditione, quod non obstante hac cessione, Curia « episcopalis idem omnino sigillum adhibere debeat, dictumque Capi- « tulum illud custodire debeat vacante Ecclesia, donec successor epi- « scopalis Ecclesiae possessionem ceperit dicti episcopatus, cui tradere « illud debeat Capitulum, prout servatum extitit usque modo ». Hanc autem concordiam Ferdinandus VI, Rex Hispaniae, rogatus a partibus, detulit approbandam Summo Pontifici, et revera Benedictus XIV per litteras in forma Brevis 16 Dec. 1757 ratam habuit et confirmavit. Patet autem hanc eamdem concordiam suftectam in hoc sigillorum puncto fuisse concordiae Ninot, huiusque locum ab illo tempore tenuisse, non solum sede plena, verum etiam sede vacante, ut manifestat ipsa littera conventionis et confirmat interventus archidiaconi, cui de iure competebat regimen Dioecesis vacantis. Proinde si etiam Episcopi successores iurarunt in actu possessionis servare concordiam Ninot, hoc certe intelligendum est de alio vel aliis capitibus quae in ea concordia defmiebantur, non vero de iure Capituli quoad sigilla eorumque emolumenta.

13. Quomodo ergo in concordia Palmero definiuntur iura Capituli circa sigilla? Quoad ipsa sigilla non reservatur Capitulo nisi honor quidam, ut nempe, sede plena, sigillum quod censebatur pertinere ad Capitulum, in Curia episcopali adhiberetur, sede vero vacante, sigillum ipsum a Capitulo custodiretur tradendum novo episcopo; quoad emolumenta ex usu sigillorum provenientia, Capitulum, sede plena, expresse renunciat cuicumque participationi emolumento-rum; de ipsis vero emolumentis, sede vacante, altum silentium premitur. Quid significat hoc silentium? Capitulum tenet in hac concordia sibi fuisse reservatum et recognitum ius antiquum percipiendi emolumenta sigilli sede vacante, imo dicit ad haec sola emolumenta sede vacante fuisse illud restrictum, cum usque ad illud tempus complecteretur etiam emolumenta sede plena. At vero Capitulum non potest praetendere expressam asserti iuris recognitionem et reservationem, nam de ipso iure in concordia ne verbum quidem; ad summum potest asserere concordiam Ninot quoad perceptionem emolumentorum sede vacante fuisse tacite conservatane Sed huic etiam tacitae conservationi repugnat insequens praxis, quae, ut mox videbimus, fuit ut ab illo tempore Capitulum non amplius perciperet emolumenta sigilli nec sede plena nec sede vacante. Potius ergo

dicamus vel iam antea Capitulum amisisse ex causa nobis incognita ius vel exercitium percipiendi emolumenta sede vacante, vel potius anno 1757, dum pactavit concordiam Palmero, retinuisse sibi ademptum fuisse ipsum ius in Concordato quatuor ante annis, nempe 1753, inter Benedictum XIV et Regem Hispaniae firmato. Et haec videtur esse vera ratio quare in concordia 1757 nec verbum habeatur de emolumentis sigilli sede vacante.

14. In articulo namque 9° citati Concordati 1753 haec statuuntur: « Altri casi pure di controversie erano non già circa il *ius* della Camera « Apostolica e Nunziatura di Spagna sopra gli spogli e frutti delle « Chiese vescovili vacanti nei Regni delle Spagne, ma sopra l'uso, eser« cizio e dipendenza del detto diritto, in tal maniera che eravi la neces« sita di venire sopra ciò a qualche concordia e composizione. Per « levare anche queste continue controversie la Santità di N. S. dero« gando, annullando e privando d'ogni effetto tutte le precedenti Apo« stoliche Costituzioni, tutte le concordie e convenzioni che sonosi finora « fatte fra la R. Camera Apostolica, Vescovi, Capitoli e Diocesi, ed ogni « altra cosa che sia in contrario, dal giorno della ratifica di questo Con« cordato applica tutti gli spogli e frutti delle Chiese vacanti, esatti ed « inesatti, a quegli usi pii, che sono prescritti dai Sacri Canoni... ; conce« dendo alla Maestà del Re Cattolico e suoi Successori l'eleggere in « avvenire gli Economi e Collettori, che però sieno persone ecclesia« stiche, con tutte le facoltà necessarie ed opportune, acciò sotto la Real « Protezione, siano dai predetti fedelmente impiegati i suddetti effetti « negli usi accennati » (apud Nussi, *Conventiones inter S. Sedem et civilem potestatem).* Et revera ex archiviis Ecclesiae Gerundensis « apertis« sime constat, ait hodiernus Episcopus, Subcollectoriam spoliorum et « vacantium huius Dioeceseos emolumenta iurisdictionis et sigilli quo« tiescumque sedes episcopalis vacavit ab anno Concordati 1753 usque « ad annum 1851 - quo novum Concordatum cum Hispania fuit con« clusum - continuatim percepisse, nullamque partem ratione sigilli « Capitulo tributam fuisse, uti comprobat adiunctum Secretarii Cancel« larii huius Episcopalis Curiae documentum ». Nulla, ergo, ratione defendi potest quod ait nunc Capitulum, videlicet: « Capitulum susti« net Concordatum 1753 vim non habuisse in hac Ecclesia in eo quod « ad emolumenta respicit, quia ius particulare eiusdem recognitum fuerit « in favorem Capituli quatuor post annis 1757 in concordia toties citata, « Brevi Apostolico eiusdem Benedicti XIV approbata ». Huiusmodi enim interpretatio Capituli repugnat litterae et spiritui sive Concordati sive Concordiae et posteriori praxi iam expositae.

15. Cum vero Capitulum negare haud possit suam exclusionem toto illo tempore a quacumque perceptione emolumentorum, hoc tribuit rapacitati subcollectorum, qui, protecti auctoritate regia, iura Capituli usurparunt. Concludit proinde ius percipiendi emolumenta sigilli favore Capituli iam antea legitime praescriptum, firmatum et recognitum, illo tempore fuisse tantum suspensum, nullo vero modo potuisse per praescriptionem subtolli, cum deficeret bona fides aut iuridica aut theologica ex parte collectorum, et ipsum Capitulum in tanta rerum iniquitate agere non valeret. At, quin dicamus de gratuita et iniuriosa assertione rapacitatis collectorum Gerundensium (nulla enim peculiaris et positiva probatio affertur), Capitulum debuisset saltem contra huiusmodi usurpationem protestari, dum e contrario ne vestigium quidem vel minimae protestationis ex parte Capituli toto illo tempore reperiatur; quod silentium, etiam admissis violentis interpretationibus Capituli, tacitam renunciationem sui iuris contineret, et praescriptioni contrariae daret locum. Optime proinde huc quadrant sequentes animadversiones Episcopi: « Ex « eo quod (concordia Palmero 1757) approbatione Regis et Pontificis « simul sit roborata, Capitulum intendit deducere exceptionem Concor- « dati anni 1753, supponendo quod in ea iura sigilli sede vacante pro « Capitulo recognoscantur. Sed si Capitulum privilegium hoc impe- « trasset, quare illud inefficax reliquit? Tunc enim Capitulum regali « protectione fruebatur; quamobrem prorsus incredibile videtur quod « non tentasset pro viribus ut exceptio iuris obtenta, quae, dum sibi « quam maxime favebat, simul inter coetera Hispaniarum Capitula hono- « rifice distinguebat, in applicationem practicam reduceretur... Praeterea « alterum adest argumentum, ex quo licet inferre quod Capitulum num- « quam emolumenta sigilli sede vacante perceperit. Nam si eis aliquando « potitum fuisset, cum ageretur de re magni quidem momenti pro Capi- « tulo reputanda, haud dubio aliqua adnotatio *facti* inter innumera docu- « menta quibus abundat ditissimum archivum Capituli Gerundensis « reperiretur, praesertim cum his in documentis inveniantur quamplu- « rimae relationes minutatim confectae non solum circa iura et facta ad « Capitulum spectantia, sed etiam circa casus et eventus privatorum « civium pro nihilo ac parvi pretii revera ducendos. Et nihilominus « Capitulum *de facto* perceptionis emolumentorum ratione sigilli sede « vacante obvenientium ullum documentum fidem faciens ante an. 1876 « haudquaquam exhibere potuit ».

16. Teneamus ergo ius illud, a Capitulo invocatum, percipiendi emolumenta sigilli, si aliquando anteactis temporibus extitit legitimum, post medium saeculum XVIII fuisse sublatum et antiquatum non solum

pro tempore sedis plenae, verum etiam pro tempore sedis vacantis. Nec alia desunt indicia huiusmodi antiquationis. Propter vicissitudines quibus Ecclesia Hispana fuit subiecta, status singularum Ecclesiarum in multis mutatus fuit. Nominatim in Ecclesia Gerundensi constitutio Capituli, prout erat antea, fuit multipliciter eversa: hodie archidiaconus est unus, cum plures antea essent, nec ille qui remanet habet ius nativum fungendi munere vicarii capitularis sede vacante, imo nec est prima dignitas, talis enim est decanus, ut in aliis Cathedralibus Hispaniae. Maxime attendendum est hodie in Curia Gerundensi nec etiam haberi illa antiqua specialia sigilla, de quorum proprietate, possessione et usu imprimis tanta animi contentione disputabatur, et nonnisi consequenter et secundario disputatio porrigebatur ad emolumenta ex sigillis ipsis provenentia; sed haberi sigillum Episcopi in illa parte Curiae quae vocatur Secretaria Camerae, sigillum vero vicarii generalis in alia parte Curiae quae Officialatus et Vicariatus audit; haec autem duo sigilla nullo modo censentur ad Capitulum pertinere ; Capitulum vero suum proprium sigillum habet, sicut alia Capitula, ad negotia interna ipsius Capituli. Unde etiam antiquatum est dicendus vel honor ille reservatus Capitulo in concordia Palmero 1757, ut nempe sede episcopali plena adhiberetur in Curia episcopali sigillum quod censeretur ad Capitulum pertinens, sede vero vacante idem sigillum custodiretur a Capitulo et postea novo Episcopo traderetur. Si ergo hodie nec etiam sigilla existunt quae erant fundamentum iuris percipiendi emolumenta ex ipsis provenientia, quomodo, etiam aliis argumentis praetermissis, poterit subsistere ius ad ipsa emolumenta percipienda ? Sede autem vacante, hodie quidem adhibetur in Curia sigillum Capituli, sed hoc tantummodo eadem ratione ac in quacumque dioecesana Curia vicarius capitularis, sede vacante, tenetur adhibere sigillum capituli: abusive ergo et arbitrarie praetenderet Capitulum Gerundense habere ius et privilegium speciale, quod aliis capitulis non competit, percipiendi, ut idem Capitulum ait, emolumenta ex documentis quae expediuntur in Curia, in quibus, sede vacante, imprimitur sigillum Capituli.

17. Aliud signum, quo manifeste ostenditur pristinum illud ius percipiendi emolumenta prorsus antiquatum et obiiteratum esse, habetur in explicationibus et declarationibus a Capitulo iam anno 1877 propositis et hodie repetitis, quibus idem Capitulum determinare intendit quaenam sint emolumenta percipienda ex praetenso iure. Cum nimirum ex conatu resuscitandi antiquum ius in novis Capituli statutis, anno 1868 conditis et ab Episcopo approbatis, introducta fuerit etiam haec regula (art. 60) : « Proventus sigilli, sede vacante obvenientes, ad Capitulum

« exclusive spectabunt », dubitatum est in quo consistèrent illi proventus, siquidem Capitulum nullam memoriam retinebat de eo quod antiquitus perciperetur; ac in sessione capitulari 17 Septemb. 1877 definitum fuit, sub nomine iurium sigilli sede vacante a Capitulo percipiendorum intelligendum esse quidquid indiscriminatim Mitra, nempe Episcopus, sede plena perciperet; pro Vicario vero Capitulari, praeter retributionem 125 libellarum mensualium ob poenalitatem laboris, ea iura esse reservanda quae ab exercitio iurisdictionis iudicialis aliisve causis provenissent (vulgo *parte judicial y de expedientes).* - Episcopus in ista definitione contradictionem et confusionem obiicit, quasi nempe iura quae ab exercitio iurisdictionis iudicialis aliisve causis proveniunt, idem essent ac quodcumque Mitra, sede plena, percipere potest, atque negotia omnia ex quibus taxae et emolumenta possunt provenire continerentur in exercitio iurisdictionis aliarumque causarum (vulgo *parte judicial y de expedientes).* At vero si attendantur novae explicationes Capituli et id quod revera evenit in Curia Gerundensi, nota saltem contradictionis a definitione Capituli potest propulsan. Etenim in Curia Gerundensi habetur duplex sectio, una nempe quae Secretaria Camerae dicitur, in qua praesidet Episcopus cum secretario Dioecesis, ubi plura documenta ad regimen et gubernium Dioecesis pertinentia, litterae matrimoniales, etc., expediuntur sub sigillo Episcopi; alia quae Officialatus. et 'Vicariatus audit, ubi praesidet immediate Vicarius generalis cum uno- vel duobus Secretariis cancellariis, et in qua definiuntur quaestiones iudiciales aliaque negotia diversi generis (vulgo *parte judicial y de expedientes)* et documenta expediuntur sub sigillo Vicariatus. Proventus ergo seu emolumenta quae percipiuntur in Secretaria Camerae, proinde sede plena pertinent ad Mitram seu Episcopum, sunt quae in illa definitione Capituli reservantur Capitulo sede vacante; iura vero quae in Vicariatu, sede plena, a Vicario generali percipiuntur, assignantur, sede vacante, Vicario Capitulari praeter alias 125 libellas mensuales, ut supponitur ex emolumentis Secretariae solvendas. Attamen si Capitulum contradictionem ab Episcopo obiectam effugere potest, nequit certo vitare oppositionem quae habetur inter proventus quos nunc vellet sibi tribuere, et emolumenta quae antiquitus a Capitulo aliquando fuerunt percepta iure sigilli: nunc enim praetendit habere emolumenta provenientia ex negotiis extraiudicialibus quae sede vacante pertractantur in Secretaria Camerae, dum antiquitus, si quae emolumenta percepit, erant illa quae proveniebant ex causis iudicialibus, prout constat ex informationibus et decisione Rotali in *Gerunden.-Sigillorum coram Otalora, 3 Martii 1664.* Haec causa Gerunden, secuta fuit duas illas decisiones Rotales anni 1663

favore capituli datas, de quibus supra; cum enim in executionem istarum decisionum fuerint ad favorem Capituli relaxatae litterae continentes mandatum de manutenendo in quasi-possessione sigillorum Curiae Vicariatus et Officialatus, atque illae litterae personaliter intimatae fuissent Rmo Dno Episcopo, ipse excepit de excessu mandati, quia decisiones in causa editae respiciebant tantum sigilla Officialatus, et mandatum de manutenendo comprehendebat etiam sigilla Vicariatus; priora enim tantum, non item posteriora, demonstratum fuerat possessa aliquando esse a Capitulo. Iamvero in Informationibus datis pro causa hac coram Otalora 3 Martii 1664, nunc conservatis in Archivio S. R. Rotae, haec leguntur: « in Curia Episcopali Gerunden, extat *sigilla Vicariatus sub « quibus expediuntur litterae gratiosae,* et *sigilla Officialatus deserventia « pro negotiis contentiosis, quae posteriora praetenduntur donata Gapi- « tuto usque de anno 134.4* per Episcopum tunc temporis. *Sigilla Vicaria- « tus* in praetensa donatione anni 1344 *non comprehenduntur,* ut videre « est in Summario partibus dato tempore primae decisionis ». Hisce de causis decisio coram Otalora fuit favorabilis Episcopo (nunc continetur inter Recentiores, et est decisio CXLVI, part. XIV). Haec autem ignorare videtur Capitulum; ideo praetendit emolumenta ex quibusdam negotiis gratiosis provenientia, in quibus partem antiquitus umquam non habuit; relinquit vero Vicario Capitulari emolumenta causarum iudicialium super quibus habuit aliquando possessionem: manifestum argumentum de omnimoda antiquatione et cessatione iuris percipiendi emolumenta sigilli!

18. Tandem Capitulum ad vindicandum suum praetensum ius quoad emolumenta sigilli, invocat etiam art. 60 suorum Statutorum, ubi tale ius exprimitur, et praxim in dioecesi Gerundensi habitam hisce postremis temporibus. At vero quid haec valeant, Capitulum ipsum cogitur aperte fateri dum scribit: « Capitulum numquam arbitratum est, ut sup- « ponit Episcopus, art. 60 Statutorum vigentium neque praxim servatam « a Vicariis Capitularibus post illorum promulgationem habitis, fuisse « originem et fontem sui iuris, sed semper existimavit actualia statuta « et horum observantiam ex parte Vicariorum Capitularium nullam « extensionem iuridicam habere nisi ad demonstrandum ius in ipsis « consignatum ». « Ius Capituli, alibi asserit, non emanare ex eo quod « consignetur in statutis, sed consignatur in statutis praecise quia Capi- « tulum possedit hoc ius a saeculis antequam statuta relata confice- « rentur ». - Cum autem constet ex supradictis praetensum istud ius, si aliquando pertinuit ad Capitulum, iam a multo tempore cessasse, non potuit cum vi iuridica in statutis consignan, quia nec restitui sine novo titulo iuridico propria auctoritate potuit.

19. Quod attinet ad recentiorem praxim, sciendum est anno 1851 fuisse initum inter Pium IX et Reginam Hispaniae novum Concordatum, in quo suppressa fuit Collectoria generalis spoliorum et vacantium (art. 12); et rata pars reddituum a Gubernio solvenda, ac cuilibet mensae episcopali pro tempore vacationis debita, inter Seminarium conciliare et futurum praelatum aequaliter dividenda statuitur (art. 37); de emolumentis vero incertis quae ex iurisdictione et sigillo proveniunt sede vacante, nihil in Concordato definitur. Iamvero in dioecesi Gerundensi ab anno 1851 usque ad praesentem diem sedes episcopalis quater vacavit, annis videlicet 1862, 1876, 1877 et 1906. In prima vacatione anno 1862 ignoratur quisnam perceperit emolumenta sigilli; in duabus subsequentibus annis 1876 et 1877 illa emolumenta percepit Capitulum innixum propriis statutis ab Episcopo approbatis anno 1868; in quarta demum anno 1906 ratio agendi Vicarii Capitularis, qui sibi illa emolumenta retinuit, originem dedit praesenti controversiae. Capitulum ergo recentiori tempore nonnisi bis exercuit ius percipiendi proventus sigilli duobus annis sese immediate insequentibus: quis autem dicat illa duo facta singularia, brevi illo intervallo repetita, et nec aliis similibus actibus immediate praecessa aut subsequuta, vim habere praescribendi pro Capitulo ius firmum et incontro versum ?

20. Duo tamen possent in favorem Capituli opponi: 1um quod antiquum ius Capituli cessavit in vim Concordati 1753 attribuentis illa emolumenta Collectoriae spoliorum et vacantium: unde suppressa illa Collectoria in Concordato 1851, emolumenta ipsa debent ad antiquos possessores redire; 2um quod cum in eodem Concordato 1851 non sit definita destinatio istorum emolumentorum, in singulis dioecesibus Hispaniae per usum fuit determinata: iamvero usus quidem generalis in Hispania post Concordatum 1851 fuit ut haec emolumenta perciperentur a vicario capitulari: sed in dioecesi Gerundensi fuerunt percepta a Capitulo, sicut etiam in dioecesibus Tarraconensi, Coelsonensi et Barbastrensi (ita refert Capitulum Gerundense). - Responderi tamen potest ad 1um: etiam supposito anno 1753 pertinuisse ad Capitulum Gerundense revera ius percipiendi emolumenta sigilli, et praecise per Concordatum fuisse aliud ius t suppressum (utrumque tamen non est certum et demonstratum)^ postquam ius illud fuisset extinctam per ipsum Concordatum, non potuit denuo revivisei, etiam , cessante illo Concordato, nisi per novum titulum iuridicum, qui in casu adesse non apparet. Potius in casu cessante Concordato, nempe lege peculiari pro Hispania, nisi per legitimam consuetudinem aut praescriptionem aut per alium titulum canonicum alii adquisierunt ius speciale, redeundum esset ad ius com-

raune totius Ecclesiae. - Ad 2um simpliciter respondetur usum Ecclesiae Gerundensis in favorem Capituli non fuisse legitime praescriptum, ut mox dicebamus ; quoad Capitula Ecclesiarum Tarraconensis, Coelsonensis et Barbastrensis nobis non constare quo titulo illud ius exerceant; proinde si ex usu determinanda est destinatio talium emolumentorum, magis esset etiam ad dioecesim Gerundensem extendendus usus generalis in Hispania vigens ab anno 1851.

•21. Quibus omnibus huiusque traditis si adiungatur disciplinam hodie vigentem valde resistere cuicumque intromissioni capitulorum in regimine aut iuribus dioecesis sede vacante, nullamque potestatem aut ius posse sibi capitulum reservare sed integrum debere transmittere in vicarium capitularem, iam satis patebit Capitulum Gerundense esse repellendum a praetensione fruendi emolumentis sigilli sede vacante.

II.

22. Episcopus, postquam plura congessit ad excludendum Capitulum a participatione emolumentorum obvenientium sede vacante, plura etiam congerit ad excludendum Vicarium Capitularem, et demonstrandum emolumenta illa Episcopo successori, proinde in casu sibi ipsi, esse reservanda. Adducit ergo Episcopus in sui favorem textum Decretalium, resolutiones H. S. G., et doctrinam plurium Auctorum.

23. Regula quidem erat antiqua, pluries in Decretalibus confirmata, fructus beneficiorum vacantium esse impedendos in utilitatem ipsorum vel fideliter reservandos futuris successoribus (c. *2, dist. 75; cc. 47 et 48, caus. XII, qu. 2, c.* Cum vos, *4 de Off. lud. Ord. I, 31; c.* Praesenti, *9 eod. in 6°, I, 16; c.* Quia saepe, *45 de elect. in 6°, I, 6);* speciatim Bonifacius VIII in cit. c. *Quia saepe* decrevit ut sede vacante nequirent capitula, conventus, collegia vel singulares eorumdem personae bona a praelatis dimissa vel vacationis tempore obvenientia occupare, inter se dividere etc. Cum autem dubitatum esset (ceu patet ex glossa ad h. c. et ad c. *Statutum* mox citandum) utrum ista depositio bonifaciana comprehenderet etiam emolumenta eventualia provenientia ex iurisdictione, sigillo et aliis causis, Clemens V, in *c. Statutum 7, de elect in Giern. I, 3,* declaravit dispositionem illam habere etiam locum in omni emolumento quod provenit ex iurisdictione et sigillo aut alias undecumque. Et iuxta>> has regulas Iuris communis pluries respondit S. H. C, praedicta emolumenta, tempore vacationis sedis episcopalis obvenientia, neque ad capitulum neque ad vicarium capitularem spectare, sed libere futuro successori reservari, si ad episcopum ecclesia non vacante pertinuissent ; signanter in *Agrigentin.* et in *Cephaluden.* 17 Nov. 1594, in quadam causa

Nullius 11 Iul 1616, in *Ostunen.* 28 Iul 1708, in *Goana* 6 Mart. 1646, etc. Nihil miram proinde si Doctores communi calculo eamdem doctrinam tradunt.

24. Probe autem monent iidem Doctores praefatas Decretalium dispositiones ac S. C. resolutiones intelligendas esse de emolumentis illis quae proveniunt vere et directe ex iurisdictione et sigillo; secus tamen de illis quae proveniunt ex causa personae iurisdictionem exercentis; unde est quod emolumenta illa quae episcopi vicario generali, ratione sui officii, debeantur, cedant oportet, sede vacante, beneficio vicarii capitularis, ac episcopo successori esse reservanda tantum illa quae sede plena non a vicario generali, sed ab ipso episcopo percipiuntur ratione iurisdictionis, sigilli vel alterius tituli: Ventriglia, *Praxis, tom. 2, adnot. XV § 1, n. 23,* Leuren., *de Vicar. tract.* 5, *cap. 1, qu. 465.* Haecque interpretatio recte congruit litterae Glem. *Statutum* et decretis S. C, nam cit. Clement, declarat reservandum esse futuris successoribus omne emolumentum quod *ad Praelatos,* ecclesiis non vacantibus, pertineret; S. C. vero in cit. *Agrigentin.* 17 Nov. 1594 similiter censet emolumenta, de quibus agitur, libere futuro successori reservari si ad *Episcopum,* ecclesia non vacante, pertinuissent; et in *Goana* 6 Mart. 1847 pariter definivit: « Emolumenta quae sede plena ad *vicarium generalem* pertinuissent, « sede vacante *vicario capitulari* competere; ea vero quae ad *archiepi-« scopum, successori archiepiscopo* etc. ».

25. Quae quidem in casu nostro bene sunt notanda nam Episcopus Gerundensis, nulla facta distinctione, dubium extendit non solum ad emolumenta sigilli, de quibus erat quaestio inter Capitulum et Vicarium Capitularem (quaeque, ut vidimus, proprie non erant nisi emolumenta quae sede plena percipiuntur in Secretaria Camerae, nempe a Mitra, id est Episcopo), sed in genere ad emolumenta vi *iurisdictionis* et sigilli in sede vacante Rmi Thomae Sivilla Episcopi Gerundensis obtenta, quasi nempe velit comprehendere etiam emolumenta quae pro negotiis contentiosis et aliis causis diversi generis (vulgo *parte judicial y de expedientes)* percipiuntur sede plena in Officialatu et Vicariatu a Vicario generali et aliis officialibus Vicariatus (quaeque, ut etiam diximus, a Capitulo declarabatur, sede vacante, praeter stipendium 125 libellarum mensualium, pertinere ad Vicarium Capitularem).

26. Insuper leges illae Decretalium et resolutiones S. C, ut liquet, urgeri non possunt illis in locis in quibus per S. Sedem alia peculiaris disciplina fuerit constituta: inde etiam monent Doctores emolumenta ista eventualia contemplata, sede vacante provenientia in dioecesibus ubi vigent iura Camerae Apostolicae, non reservanda esse episcopis

successoribus, sed percipienda a ministris ipsius Camerae (Ventriglia, loc. cit.).

27. Iamvero quod attinet ad dioeceses Hispaniae, ut iam vidimus, a saeculo saltem xvi usque ad medium saeculum xvm viguerunt in regnis Hispaniarum iura Camerae Apostolicae pro episcopalibus vacantibus. In Concordato anni 1753 concessum fuit a S. Sede ut spolia et fructus omnes et. proventus Ecclesiarum episcopalium vacantium ab oeconomis et collectoribus regiis exigerentur ac in usus pios iuxta sacros canones impenderentur. Concordatum 1851, hodie vigens, duas continet in hoc puncto dispositiones: *a)* « Suppressa declaratur Collectoria gene- « ralis quae a spoliis, vacantibus et annatis audit » (art. 12). *b)* « Rata pars « reddituum cuilibet Mensae episcopali pro tempore vacationis debita, « deductis tum emolumentis quae respondeant oeconomo per capitulum « ipso actu electionis vicarii capitularis deputando, tum sumptibus ad « urgentem episcopalis palatii restaurationem requisitis, inter Semina- « rium conciliare et futurum praelatum aequaliter dividetur » (art. 37) (apud Nussi, *Conventiones etc.).* Ut patet, dispositio huius art. 37 respicit tantum pensiones seu assignationes quae a Gubernio solvuntur: quoad vero emolumenta eventualia, sede vacante ex iurisdictione, sigillo vel alio titulo in Curiis ecclesiasticis provenientia, nihil prorsus in Concordato decernitur. Unde Episcopus Gerundensis deducit nunc in Hispania ad ius commune Decretalium, quoad ista emolumenta episcopis successoribus esse reservanda. - Et deductio Episcopi certe logica esset ; veruntamen fatendum est aliunde praxim generalem in universa Hispania esse tali deductioni contrariam; in omnibus siquidem Hispaniae dioecesibus, ut refert Capitulum Gerundense, ac certo ex aliis etiam notitiis et informationibus constat, id uniformiter post Concordatum 1851 observatur, ut episcopis successoribus reservetur tantum dimidia pars assignationis Gubernii, nulla vero emolumenta eventualia ex iurisdictione, sigillo vel alio ex fonte, sede vacante obvenientia, quae communiter a vicariis capitularibus integra percipiuntur. Hic autem generalis mos totius Hispaniae, quamvis nonnihil differat a iure communi Decretalium potest recte considerari ut interpretatio practica praedicti art. 37 Concordati 1851, ac proinde simul cum expressa dispositione contenta in ipso art. 38 retineri et agnosci ut peculiaris disciplina Ecclesiae Hispahae, servanda in distributione fructuum et proventuum Sedis episcopalis vacantis.

28. In dioecesi Gerundensi post annum 1851 in vacationibus habitis servata etiam fuit praxis generalis Hispaniae quoad exclusionem episcopi successoris a participatione emolumentorum eventualium, sed non

fuit retenta illa praxis communis quoad attributionem omnium illorum emolumentorum Vicario Capitulari, quia ut supra vidimus, aliqua pars ipsorum fuit a Capitulo duabus in vacationibus percepta, idemque servari asserit Capitulum Gerundense in dioecesibus Tarraconensi, Coelsonensi ac Barbastrensi. Sed praxis harum dioecesum, si vera est, censenda est velut exceptio a praxi communi vigenti in Hispania, iuxta quam generaliter in Diocesibus Hispaniae vicarii capitulares percipiunt emolumenta non solum quae tempore Sedis plenae competunt vicario generali, sed etiam ea quae pertinerent ad episcopum. Proinde quidquid sit de titulo quo fit in aliis tribus citatis dioecesibus, quoad dioecesim Gerundense m, cum nobis constet id factum fuisse ex falso titulo et errore iuridico, magis est ut etiam dioecesi Gerundensi applicetur et extendatur praxis communis Hispaniae favore Vicarii Capitularis.

29. Deinde consideranda sunt verba Clementinae *Statutum:* « Ita « tamen quod in istis et similibus rationabiles deducantur expensae ». Ex quibus omnes Doctores agnoscunt vicarium capitularem, si aliunde non habeat salarium, posse vi ipsius Clementinae recipere congruam quotam ex illo ipso emulumento quod provenit ex iurisdictione et aliis causis, quodque futuro successori esset reservandum. Quod ius vicarii capitularis aperte agnoscitur etiam in resolutionibus H. S. C.: ita in cit. *Agrigentin.* 17 Nov. 1594, postquam declaravit emolumenta de quibus agitur, libere futuro successori esse reservanda, subiungit « ex his «tamen deducendum esse rationabile salarium vicario constituendum « et persolvendum ». Et adnotat De Angelis (lib. I, tit. 28, n. 22): « Eadem- « que fuit mens S. C. in *Ventimilien. 14 Oct. 1602* apud Barbosa in *« Summa v. Vicarius Capitularis, n. 73,* et in *Goana diei 6 Martii 1847,* « ac demum in *Mexicana-Emolumentorum diei 14 Febr. 1857 ».*

30. At quanam in quantitate computanda est quota emolumentorum a vicario capitulari percipiendorum? Ut supra videbamus, Doctores communiter tenent emolumenta illa quae ratione sui officii vicario generali episcopi debebantur, cedere debere, sede vacante, beneficio vicarii capitularis. Ergo videretur dicendum ex his emolumentis resultare ipsius vicarii capitularis salarium. Atque ita extrinsecus sonat cit. resolutio in *Goana,* nimirum: «Emolumenta quae sede plena ad vicarium genera- « lem pertinuissent, vicario capitulari sede vacante competere, ea vero « quae ad archiepiscopum, successori archiepiscopo ... esse reservanda ». Sed notandum est emolumenta illa in hac causa Goana non posse considerari ut salarium vicarii capitularis, quia ut constat ex supplici libello praecedenti resolutionem, vicario capitulari rationabile salarium ex aerario regis solvebatur (cf. Lingen et Reuss, *Causae Selectae,* n. 416). Etiam in

Agrigentin. cit. decernitur rationabile salarium vicario capitulari esse constituendum ex iis quae ad episcopum, ecclesia non vacante, pertinuissent; unde non videtur sufficere si tale salarium constituatur ex iis tantum quae vicario generali debebantur. Adnotetur etiam pro casu nostro Capitulum Gerundense, quamvis praetenderet habere ius percipiendi emolumenta sigilli, quae sede plena ad Mitram seu Episcopum pertinuissent, tamen ex iis assignasse Vicario Capitulari 125 libellas pro salario cuiuslibet mensis, praeter emolumenta ex iurisdictione provenientia, seu ad vicarium generalem, sede plena, pertinentia.

31. Perpendimus quoque speciatim resolutionem in cit. *Mexicana.* Plures vicarii capitulares per ditionem Mexicanam constituti, saepe adierant S. H. C. petentes ut pro suscepto labore congruum salarium sibi decerneretur. Hoc idem petiit canonicus Angelus Patinga, qui pluribus annis munus vicarii capitularis in archidioecesi Angelopolitana pertulit, simul exorans ut stabilis hac super re norma constitueretur pro omnibus dioecesibus Mexicanis. - S. C. informationes de hoc negotio petiit et habuit ab Archiepiscopo Mexicano, ex quibus haec constabant. In dioecesibus Mexicanis, etiam tempore sedis vacantis, praeter Vicarium capitularem, habentur etiam Provisor seu vicarius generalis, et Iudex ad causas pias; Vicarius capitularis sibi reservat gerenda negotia oeconomica et gubernativa, Provisor vero incumbit iudicialibus, Iudex ad causas pias iis quae ad easdem causas pias pertinent. Iam quoad emolumenta eventualia quae sede vacante proveniunt, ea quae éx iudicialibus negotiis promanant, adquiruntur a vicario generali seu Provisore, eodem modo ac sede plena; quae vero ex causis piis, a Iudice ad causas pias; emolumenta denique quae promanant ex negotiis oeconomicis et gubernativis in Ecclesia Angelopolitana percipiuntur omnia a Secretario Dioecesis, in Mexicana vero a Vicario capitulari. Petebat ergo canonicus Patinga ut pro munere gesto vicarii capitularis Angelo**politana** ex reditibus obventis mensae archiepiscopali vacanti, congruum honorarium sibi solveretur. Et EE. PP. rescripserunt: « Attentis pecu-« liaribus circumstantiis, affirmative pro quarta parte redituum ex quo-« cumque titulo mensae vacanti obventorum ». Quaerebatur in secundo praedictae *Mexicanae* dubio, quomodo providendum esset in futurum non solum in Sede Angelopolitana, sed etiam in universa Mexicana ditione; et S. C. respondit: « Dilata et exquiratur votum omnium Epi-« scoporum Mexicanae Provinciae, qui, auditis respective Capitulis, ape-« riant sententiam super honorario vicariis capitularibus assignando ». Huic vero S. Congr. mandato satis non fuit factum, certe ob vicissitudines quibus Respublica Mexicana agitata est.

32. Ex dictis ergo patet non unam normam posse constitui pro omnibus locis in determinanda quota salarii solvendi vicario capitulari. Eapropter De Angelis (loc. cit.) concludit: « Sed omnia secundum con- « suetudines diversarum dioecesum determinantur, exceptis illis regio- « nibus in quibus vicarii quoque capitulares congruum ab aerario civili « stipendium recipiunt ». Iamvero in Hispania vicarii capitulares, ratione sui muneris, nullum stipendium recipiunt a Gubernio vel ab aliis; sed, ut dicebamus, ex praxi communiter recepta percipiunt omnia emolumenta provenientia ex iurisdictione, sigillo aut aliis causis, id est non solum ea quae a vicario generali, verum etiam ea quae ab episcopo, sede plena, adquiruntur. Quapropter haec communis observantia rursus censeri potest ut determinatio practica salarii solvendi vicariis capitularibus.

33. At vero ex parte Episcopi opponi potest, praxim istam Hispaniae, quod nulla pars emolumentorum reservetur futuro episcopo, esse consuetudinem contra legem, quia non continetur in Concordato nec in alia speciali dispositione pontificia pro Hispania, et adversatur praescriptionibus Clementinae *Statutum*, et decisionibus H. S. C. Porro nulla consuetudo, etiam immemorialis, potest derogare legi in citatis iuribus constitutae, a qua non datur exceptio nisi ex privilegiis apostolicis; quod probatur maxime ex duplici resolutione H. S. C; nam in *Einen.* (non *Elven.)* 28 Mart. 1648 ad 4 respondit « Vicarium Capitularem nihil « posse percipere etiam pro sigillo, *non obstante immemorabili obser- «vantia»;* idemque statuit in *Goana* proposita inter supplices libellos in Congr. diei 6 Mart. 1847 per haec verba: « Emolumenta quae sede «plena ad vicarium generalem pertinuissent, vicario capitulari sede « vacante competere ; ea vero quae ad archiepiscopum, successori archie- « piscopo, *secluso privilegio apostolico,* esse reservanda, *non obstante « contraria consuetudine etiam immemorabili* ». Insuper in eadem saepe citata Clem. decernitur emolumenta illa reservanda futuris praelatis, *consuetudine qualibet contraria non obstante:* iam ista clausula derogatoria non solum tollit consuetudines contrarias existentes tempore latae legis, verum etiam prohibet introduci novas consuetudines contra legem, ut docet Barbosa (in tract, *de Glaus.,* 84) cum aliis.

34. Contra vero, imprimis non recte videtur dictum illud quod de consuetudine immemorabili asseritur, non posse nimirum derogare Clementinae *Statutum;* maxima quippe vis ab omnibus semper fuit agnita consuetudini immemorabili; unde Card. De Luca (Adnot. ad Conc. Trid., disc. 31, n. 7) expresse dicit: «In aliquibus Ecclesiis mos inoleverit «quod Capitulum, sede vacante, sibi ipsi atque ad Capitularium com-

« modum Ecclesiae seu mensae episcopalis fructus ac proventus appli- « caret, quod fieri non posse regula est, limitanda ex Apostolico indulto « explicito, vel *ex illo implicito quod in vim immemorabilis consuetu- « dinis* bene probatae allegari potest ». Nec obstant adductae decisiones H. S. C, nam quoad *Einen,* spectat, ipsa non pertinet ad hanc materiam; in illa enim causa quaerebatur utrum vicario capitulari et eius officialibus, notariis, etc., liceret necne taxas vel emolumenta aliqua exigere pro documentis confectis in aliquibus determinatis negotiis quae ibi referuntur, v. g. in collatione beneficiorum, in dispensationibus sibi commissis, pro sententiis in causis criminalibus, beneficialibus et matrimonialibus, pro decretis executoriis testamentorum, piorum legatorum, etc., et similiter in 4° propositum fuit: « An vicario capitulari seu « illius notario liceat aliquid recipere pro litteris dimissorialibus seu « testimonialibus etiam ratione sigilli vel alterius causae », et responsum fuit « Vicarium capitularem nihil posse percipere etiam pro sigillo, non « obstante immemorabili observantia *(proinde nec pro se nec reservan- « dum pro futuro Episcopo)* ; notarium vero seu cancellarium, si nullum « habeat salarium seu stipendium pro officio exercendo, posse pro dimis- « sodalibus litteris decimam partem unius aurei recipere, ita tamen ut « nihil directe vel indirecte Vicario proveniat » (cf. lib. XVIII, Decret., fol. 264 seq.). Quod *Goanam,* hoc unum animadvertam, quod nempe vicario capitulari illi rationabile salarium ex aerario regis solvebatur; unde parum rationabile videtur quod praeter istud rationabile salarium, et emolumenta incerta quae sede plena competerent vicario generali, quaeque sede vacante ipsi vicario capitulari fuerunt recognita, etiam praetenderet percipere emolumenta quae sede plena archiepiscopo pertinuissent. - Denique quod non obstantibus his duabus citatis resolutionibus, mens H. S. C. haud sit reprobare consuetudines immemoriales in hoc puncto, patet ex ratione qua eadem S. G. se gessit in causa *Ianuen.-Emolumentorum:* agebatur nempe de casu in quo Capitulum Ianuense contra Archiepiscopum novellum attribuebat sibi ius ex immemorabili consuetudine profluens percipiendi emolumenta omnia quae tempore sedis vacantis ex iurisdictione et sigillo Curiae, aut alias undecumque provenientia: proposito igitur dubio an illa emolumenta possent a Capitulo retineri,,an potius essent reservanda Archiepiscopo successori, S. C. respondit die 26 Febr. 1856: «Dilata et coadiuventur probationes « super existentia immemorabilis consuetudinis ». - Notandum quod in folio huius causae relatae inveniebantur decisiones supra memoratae in *Einen,* et in *Goana.* - Ianuense Capitulum multa rursus coacerva vit ad probandam suam immemorialem consuetudinem, sed cum Archiepi-

scopus sileret, causa denuo proposita die 28 Mart. 1857, S. G. iterum rescripsit: « Dilata et communicatis Archiepiscopo Capituli deductio- « nibus, procurator fiscalis exhibeat iura mensae ». - Verumtamen causa isthaec, ut videtur, numquam alias proposita fuit et indefinita remansit, sed constat S. C. habuisse rationem immemoriabilis consuetudinis.

35. An vero non solum consuetudo et praescriptio immemorialis, verum etiam quadragenaria sustineatur contra istam Clementinam? Ex quadragenaria consuetudine, dummodo caeteras consuetudinis legitimae qualitates habeat, abrogari posse quamlibet legem ecclesiasticam, nisi aliud obstet, tenent communiter omnes Doctores; similiter quod per legitimam quadragenariam observantiam praescribantur iura ecclesiastica etiam episcopalia, admittunt quoque Doctores, et habentur textus dari in cc. *De quarta* 4, *Ad aures* 6, *Illud autem* 8 et *Quia indicante..* 9, *De praescribi.* II, 26. Hinc ad praesentem quaestionem valere consuetudinem posteriorem contrariam hisce legibus Decretalium tenent ipsa Glossa *(ad eamd. Clement. Statutum vide consuetudine),* Reinffenstuel, Pirhing et alii plures auctores mox citandi, quibus adiungi etiam possunt Gaudentius a Ianua *(de visit. Praelat, ord. infer., dub. 13, sect. 2; de Vicar. Cap. n. 20, § 2 in fine)* necnon Gagliardi *(Inst. Iur. Can., lib. I, tit. 27, n. 10).*

36. Nec difficultatem ingerit clausula illa quae habetur in Glem. citata, nempe *consuetudine qualibet contraria non obstante.* Nam communior inter Doctores interpretatio tenet vim abrogatoriam illius clausulae complecti tantum consuetudines praecedentes, minime vere futuras. Audiamus Reinffenstuel *(lib. I, Decret., tit. IV, n. 53):* « Quando lex « derogatoria consuetudinis utitur hac clausula *consuetudine contraria « qualibet non obstante* et nihil aliud exprimit, videtur tantum tollere « consuetudines tempore conditae legis existentes, non item se extendere « ad futuras, ideoque nihil obstat adversus talem legem induci consue- « tudinem de novo. Ita Glos, *in Clem. Statutum V, consuetudine de Elect.;* « Suarez, *lib. 7 de Legib. cap. 8,* Lay man *cit. n. 7;* Azorius, *ubi supra « quaest. 10;* Engel, *h. t. n. 23* allegans magis communem DD., Iason *« I. de quibus n. 55 ff. de Legib.,* citans insuper Bartolum, Baldum, « Angelum et alios; quamvis non desint oppositum tenentes, ut Barbosa *« claus. 87, n. 13;* Sánchez, *lib. 7 de matrim.*, disp. 4, n. 13;* Gastro Palao, *« I. 1, tr. 3, Disp. 3, punct. 4, § 2, n. 8.* Ratio conclusionis est, quia « verba illa *nulla obstante consuetudine* commode possunt intelligi de ea « quae extat tempore conditae legis ; ergo de hac dumtaxat debet intel- « ligi, tum quia correctoria Iuris veluti odiosa, non sunt extendenda, « tum quia si Legislator voluisset comprehendere consuetudinem etiam

« futuram, potuisset expressisse. Accedit quod verba talis legis habeant « dumtaxat vim Iuris scripti: atque huic per novam contrariam con- « suetudinem potest imposterum derogari, nisi aliud exprimatur; ergo « et illi ». Expressius Pirhing *(Ius Canon., lib. I, tit. IV, n. LXV):* « Lex « derogatoria sive reservatoria consuetudinis per generalem clausulam: *« non obstante quacumque consuetudine contraria,* nihilominus potest « abrogari per consuetudinem subsequentem vel per modum revoca- « tionis, interveniente scientia et patientia adeoque tacito consensu « legislatoris, vel per modum legitimae praescriptionis, quae etiam igno- « rante Principe adversus legem heri potest iuxta supra dicta: Govarr., *« lib. 3 var. resol, c. 13, n. 4;* Suar., *cit. I. 7, c. 19, n. 18;* Laym., *I. 1, « tract. 4, c. 24, n. 7.* Exemplum habetur in Clement. *Statutum 7 De elect.* « ubi id notavit *gl. v¿ Consuetudine.* Ratio est quia talis lex, vi illius « clausulae, solum derogat consuetudini praeexistenti vel praesenti, non « autem futurae et nondum existenti, nisi aliud exprimatur; ergo non « obstante illa clausula, potest consuetudo postea subsequens adversus « talem legem praevalere, eamque abrogare ». Tandem audiatur Auctor recentior, id est Santi *(Decret, lib. I, tit. IV, n. 10):* « Notandum vero « est a Concilio Tridentino et a sacris canonibus non semel reproban « consuetudines sub hac formula *non obstante quacumque consuetudine « in contrarium.* Porro haec formula afficit et irritat solummodo prae- « existentes et actuales consuetudines, non autem futuras, si quae intro- « ducantur. Per hanc enim formulam legislator solummodo manifestat « voluntatem qua imperat observantiam legis suae et intendit efficaciter « arcere obstacula quae extant ne ad praxim deducatur. Quod futurum « vult solum imponere legem. Iamvero contra legem introduci potest « consuetudo ».

37. Haec autem consuetudo contra Clementinam, in se considerata, et nisi alia adiuncta concurrant, videtur esse rationabilis, maxime si introducatur in favorem vicarii capitularis. Nam emolumenta huiusmodi titulo iurisdictionis debita sunt, ideoque ad eum pertinere videntur qui exercet iurisdictionem; proinde sede vacante ad vicarium capitularem, non ad episcopum futurum qui adhuc non est nec exercet iurisdictio- nem. Accedit haec emolumenta mere personalia esse et ex labore pro- venientia, quae eapropter cedere debent vicario capitulari, qui sede vacante pertractat negotia et expedit documenta. Nec incongrue hodie posset vicariis capitularibus iis in locis, ubi adest consuetudo, applicari exceptio quae in ipsa Clement. *Statutum* continetur his verbis: « Cae- « terum ad singulares personas, ad quas ratione dignitatum quas obti- « nent, iurisdictio cum eius emolumento devolvitur sede vacante *de*

« *consuetudine,* privilegio vel alio iure speciali, nolumus praesentem con-
« stitutionem extendi ».

38. Iam si attendamus ad praxim et consuetudinem Hispaniae, invenimus eam incepisse vigere saltem a tempore ultimi Concordati, nempe iam saltem ab anno 1851, proinde ultra quadragenariam esse. Deinde ipsa consuetudo est praxis generalis et constans in universa Hispania; unde absque dubio maior vis est illi tribuenda quam si esset consuetudo particularis alicuius Ecclesiae: quod probe notandum est, nam consuetudines quae reprobantur in Clement, et in decretis S. C. potius videntur esse mores particulares nonnullarum singularium Ecclesiarum. Nec grave praeiudicium affertur Episcopis successoribus si non reservetur ipsis ullum emolumentum, nam iam habent dimidiam partem assignationis Gubernii sede vacante obvenientem, nec deinde in adquisitione episcopatus quidquam solvere debent ratione annatarum vel aliorum sumptuum, qui omnes sustinentur a Gubernio iuxta art. 31 Concordati vigentis, ubi dicitur: « Huiusmodi redditus (singulis episcopis
« in dotem adsignati) nullam prorsus deductionem patientur, neque ob
« sumptus Bullarum, quos Gubernium in se recipiet, neque ob alios qui
« in Hispania pro iis occurrerint ». - Denique praetermitti non debet quod licet haec praxis Ecclesiae Hispanae non cohaereat Clementinae *Statutum,* tamen in se forsan magis dicenda sit consuetudo iuxta legem quam contra legem, nam immediate promanat, ut iam dicebamus, ex applicatione et interpretatione practica art. 37 Concordati Hispani, in quo quidem articulo etiam disciplina statuta pro Hispania nonnihil differt a disciplina generali Ecclesiae.

Hisce omnibus ergo in quamlibet partem disputatis, iam erit Sacrae Huius Congregationis, cuius sapientissimo iudicio omnia reverenter sub mitto, respondere ad dubium Episcopi Gerundensis, ad quem nempe pertineant, ad Episcopum, ad Capitulum Cathedrale aut ad Vicarium Capitularem, emolumenta vi iurisdictionis et sigilli in Sede vacante Rmi Thomae Sivilla Episcopi Gerunden, obtenta.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I.

ROMANA.

CLERICORUM REGULARIUM A MATRE DEI.

DE LAUREA ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS.

Sacrae Congregationi de Religiosis a Rmo P. Procuratore Generali Clericorum Regularium a Matre Dei proposita fuerunt haec dubia :

1. An expediat vetitum de Doctoratus Laurea, de quo in Cap. XIII, Art. 6, Part. I. Constitutionum Clericorum Regularium a Matre Dei, expungere ?

Et quatenus Affirmative:

2. An dictum vetitum ex tunc pro expuncto habendum sit?

Et quatenus Affirmative:

3. An titulus et privilegia Doctoratus competere dicenda sint tam his qui ante, quam his qui post ingressum in Congregationem Lauream assequuti sunt; vel saltem in hoc, pro utroque casu, standum menti Constitutionum ?

Porro Emi Patres Cardinales, in Plenario Coetu habito in Aedibus Vaticanis die 24 Novembris 1911, responderunt:

Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Affirmative.

Ad 3. Affirmative ad^primam partem; Negative ad secundam; et ad mentem. Mens est: ut, quoad illos qui Congregationem ingrediuntur insigniti Laurea doctorali, in potestate sit eiusdem Congregationis eos novo examini subiicere.

Quas resolutiones Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, in audientia die 6 Decembris eiusdem anni infrascripto Secretario Sacrae Congregationis concessa, approbare et confirmare dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 19 Ianuarii 1912.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L.&S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

IL

ROMANA ET ALIARUM.

DECLARATIONES DECRETI « INTER RELIQUAS » CIRCA SERVITIUM MILITARE QUOAD RELIGIOSOS SODALES.

Edito Decreto *Inter reliquas,* die prima Ianuarii superioris anni, respiciente servitium militare a viris religiosis praestandum, nonnulla exorta sunt dubia, quorum solutio expetita fuit a Sacra Congregatione de Religiosis, nempe:

I. Utrum vota perpetua emissa ante promulgationem Decreti *Inter reliquas,* cessent ipso facto, quando servitium militare activum assumitur ?

II. Utrum vota temporanea item cessent ipso facto, quando idem servitium assumitur?

III. Utrum valida sit professio solemnis in Ordinibus, et perpetua in Institutis votorum simplicium, emissa in bona fide ab eo qui falso existimavit se a servitio militari exemptum esse?

IV. Utrum valida sit professio solemnis in Ordinibus, et perpetua in Institutis votorum simplicium, emissa antequam completus fuerit annus a die expleti servitii militaris activi?

V. Utrum integer annus defluere debeat, antequam ad professionem solemnem vel perpetuam admittatur ille qui per tres tantum menses servitio militari activo addictus fuit?

VI. Utrum ad professionem solemnem, vel perpetuam, admitti possint ii Religiosi qui, servitio militari activo subiecti, firmum tamen habent et manifestant animum sese exteris* 'Missionibus addicendi, in eisque permanendi usque ad tempus a lege civili statutum ad perpetuam exemptionem a servitio militari adipiscendam, ut, verbi gratia, in Italia est trigesimus secundus aetatis annus?

Emi autem ac Rmi Patres Cardinales Sacrae huius Congregationis de Religiosis, in Plenario Coetu ad Vaticanum habito die 24 Nov. 1911, omnibus mature perpensis, respondendum censuerunt :

Ad I. Negative.

Ad II. Negative per se, seu vota non cessare ipso facto, initio servitii militaris; posse tamen Religiosos petere votorum dispensationem a prima die militaris servitii, iuxta Art. VIII Decreti *Inter reliquas,* si perseverare non intendant; si perseverare intendant, in nullo casu novam

votorum professionem emittere posse, nisi expleto servitio militari, etiamsi tempus professionis durante servitio militari expiraverit.

Ad III. Negative.

Ad IV. Negative.

Ad V. Negative, sed necessarium esse et sufficere in casu trimestre, vel spatium temporis, brevis anno, correspondens tempori in servitio militari transacto.

Ad VI. Negative per se. Concedit tamen Sacra Congregatio ut ultimo studiorum curriculi anno liceat iuvenes ad sacras Missiones intra annum profecturos, ad solemnem, seu respective ad perpetuam professionem admittere et ad sacros Ordines promovere, emisso prius ex parte candidati iuramento de servitio Missionibus praestando usque ad tempus praefinitum a lege civili ad exemptionem obtinendam, et onerata Superiorum conscientia de eiusdem executione.

His autem omnibus et singulis responsionibus relatis Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae Decimo, in Audientia die 6 Decembris 1911 ab infrascripto Sacrae Congregationis Secretario habita, Sanctitas Sua easdem approbare et confirmare dignata, est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 1 Februarii 1912.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

STRIGONIEN.

DUBIA.

Hodiernus Kalendarii Archidioeceseos Strigonien, redactor, de consensu sui Rmi Archiepiscopi, sequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum:

I. Rubrica, Tit. X, n. 3, iuxta recentem Constitutionem *Divino afflatu,* colorem Dominicae proprium retinendum iubet, etiam si Dominica infra aliquam Octavam occurrat. Quia vero Rubrica Generalis Missalis, Tit. XVIII, n. 4, colore viridi utendum esse praescribit ab Octava Pentecostes usque ad Adventum; quaeritur utrum Dominica II post

Pentecosten, nempe infra Octavam Ssmi Corporis Christi, color viridis, an albus, usurpandus sit?

II. Quum anno proximo 1913 post Octavam Epiphaniae immediate sequatur Dominica Septuagesimae, quaeritur utrum Festum Ssmi Nominis Iesu transferri debeat, iuxta recentem disciplinam, in diem immediate sequentem; vel potius, ad normam veteris privilegii memorato Festo concessi, in diem vigesimam octavam Ianuarii?

III. Festum Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph, quod pluribus locis sub ritu duplici maiori concessum est, recensendum ne est inter Festa Domini, ita ut praevaleat Officio minoris Dominicae post Epiphaniam recurrentis?

IV. Et quatenus *affirmative* ad praecedentem quaestionem, quid agendum de Festo Sanctae Familiae, quando Dominica tertia, iuxta computum civilem, post Epiphaniam occurrit in Dominica Septuagesimae aut Sexagesimae?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam; et in Dominicis infra Octavas occurrentibus color Octavae adhibendus est quando in ipsis Officium non de Psalterio sumitur, sed de Octava.

Ad II. Affirmative ad primam partem; negative.ad secundam.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Festum Sanctae Familiae ad instar simplicis redigendum est, quando occurrit in Dominica privilegiata.

Atque ita rescripsit, die 9 Martii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

L. « S.

•j- Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

LONDONEN.

INCARDINATIONIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, RR. PP. DD. Fridericus Cattani, Antonius Perathoner, Ponens, *et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* « Londonen. - Incardinationis » *instante Rñdo D. Petro Mendosa, repraesentato per legitimum procuratorem V. Sacconi, advocatum, adversus Illmum Episcopum Michaelem Fr. Fallón, repraesentatum per legitimum procuratorem A. D'Alessandri, advocatum, die 9 Ianuarii 1912 sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Sacerdos Petrus Mendosa Roussel natus est die 4 Iunii 1874 in parochia S. Salvatoris urbis simulque dioecesis Québec, ita ut haec dioecesis sit eius dioecesis originis. In dicta urbe Roussel aliquandiu studiis theologicis vacavit, mature tamen desiderium suum manifestavit dioecesim originis derelinquendi et aliam ingrediendi. Unde Archiepiscopus Quebecen., nomine Bégin, eum commendavit Archiepiscopo dioecesis Sanctae Fidei, Bourgade, qui preces oblatas benigne acceptans, sub die 15 Oct. 1899 Dno Roussel rescripsit: « À partir de ce moment « vous pouvez vous considérer comme accepté pour le diocèse de Santa « Fé et l'année prochaine je commencerai à faire les frais de vos études ». Et revera abhinc Archiepiscopus Sanctae Fidei dictum Roussel tamquam suum dioecesanum consideravit. Ex ipsius enim delegatione Roussel ab Ordinario Nicoletano tonsuram suscepit, et quidem antequam dimissionem suam ex dioecesi originis obtinuerit. Licentiam enim discedendi a sua dioecesi Québec Roussel demum obtinuit die 5 Ian. 1900, et quidem pro dioecesi Sanctae Fidei,et per litteras dimissorias, quae dicuntur litterae excardinationis vel etiam *Exeat.* De Rousselii incardinatione in dioecesim Sanctae Fidei documentum quidem non extat, at talis incardinatio potest praesumi. Nam dictus Roussel iterum ex commissione Archiepiscopi Sanctae Fidei promotus fuit ad Ordines Minores (die 21 Dec. 1900) et ad Subdiaconatum (die 25 Iul. 1901) ab Ordinario Nicoletano, ad reliquos vero Ordines Maiores ab Ordinario Antigonensi. In urbe enim Antigonis in Collegio S. Francisci Xaverii studiis vacavit anno scholastico 1901-1902, quo durante tam Diaconatum quam Presbyteratum (data ex actis certo non constat) suscepit. Aestate anni 1902

Roussel in Collegio Torontino degit, ut linguam anglicam addiscere!, Tamen in dioecesi Sanctae Fidei nec ante nec post ordinationem se praesentavit, sed, vix ordinatus, commeatum petiit atque obtinuit, ita ut, testante hodierni Archiepiscopi Sanctae Fidei Pitaval, epistola diei 13 Iulii 1911, in dicta dioecesi prorsus ignotus sit. Inde autem ab anno 1903 usque ad annum 1907 sac. Roussel in variis locis dioecesis Londonensis. qua vicarius et curatus sacra ministeria obiit. Hanc tamen dioecesim, rite accepta facultate discedendi usque ad revocationem, reliquit. Nunc sac. Roussel, actualiter curatus in loco Sellwood dioecesis Sault-Sainte-Marie (seu S. Mariae Ormensis), praetendit, se ex dioecesi Sanctae Fidei excardinatum et dioecesi Londonensi rite incardinatum fuisse, ideoque instat, ut inter clerum ultimae dioecesis recipiatur. Ordinarius vero dioecesis Londonen., defectum legitimae incardinationis opponens, renuit receptionem sac. Roussel, qui proinde supplex adiit Sanctum Patrem, ut hac de re in Nostro ageretur Tribunali. Unde ex commissione Pontificia hodie dirimenda proponitur controversia sub hoc inter partes concordato dubio: « An constet de legitima incardinatione sacerdotis Roussel dioecesi Londonensi, ita ut dicta incardinatio « omnes canonicos effectus sortita sit ».

Ius quod attinet, Domini Auditores haec animadverterunt: Iam a remotissimis Ecclesiae temporibus plura Concilia praescripserat, ut quisque propria in dioecesi a proprio episcopo ad sacros Ordines promoveretur (cfr. c. I, D. 71, *Conc. Sard.;* c. 2, ib. *Ioannes I;* c. 3, ib. *Conc. Nie;* c. 4, ib. *Conc. Chaleed.;* c. 2, D. 72, *Conc. Cartag.* III; c. 6, sq. C. ix qu. 2, *Conc. Antiochen.;* c. 9, eadem *Conc. Const.* I; c. 10 eadem *Urbanus II;* c. 1 *de tempore ordinationis* in vi. I, 9, *Clemens IV;* c. 3, ib. *Conc. Lugdunen.,* I). - Proprius autem «Episcopus, ut definit Bonifacius VIII in VI Decr. c. *Cum nullus* (c. 3, in VI, I, 9) intelligitur ille episcopus, de cuius dioecesis est is qui ad Ordines promoveri desiderat, oriundus, seu in cuius dioecesi beneficium obtinet ecclesiasticum, seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem. Disciplinam hanc iterum expresse confirmavit Conc. Trid., sess. 23, c. 8,- *de Beform,* statuens, « ut unusquisque a proprio episcopo ordinetur ». Cum porro decursu temporis consuetudo invalescere!, ut episcopi • suos quoque familiares, licet alienae dioecesis, ad sacros Ordines promovererit, tribus dictis titulis originis, domicilii et beneficii, quartus accessit scilicet familiaritatis, vi cuius quis tunc alicui episcopo subditus fit, si apud ipsum per integrum et completum triennium in actuali servitio fuerit et insuper statim post ordinationem beneficium obtineat *(Conc. Trid.,* sess. 23, c. 9, *de Ref.).* De hisce autem

titulis saepe saepius ortae sunt controversiae; unde Innocentius XII Apostolicis Litteris *Speculatores,* datis die 4 Nov. 1699, declaravit quo sensu et quanam extensione iidem essent accipiendi, ad effectum ut quis proprius fieret alicuius episcopi subditus, a quo legitime ordinari posset. Hac Constitutione duce omnes deinde quaestiones diremptae sunt. Sed propter variam huius constitutionis interpretationem serius novae iterum ortae sunt controversiae, quas demum diremit Decretum *A primis* S. C. Conc. de clericorum excardinatione et ordinatione, editum die 20 Iulii 1898; quod decretum normas statuit et conditiones, sub quibus tum excardinatio tum incardinatio est facienda, ut canonicos sortiatur effectus.

Est autem excardinatio, perpetua dimissio clerici a sua dioecesi, ut in alia recipiatur, auctoritate Ordinarii facta. Datur vero per Litteras dimissoriales speciales, quae olim *Exeat* erant inscriptae, hodie autem litterae excorporationis seu excardinationis dicuntur. His clericus aliquis omnino solvitur a potestate et iurisdictione sui episcopi. Iuxta citatum decretum *A primis,* excardinatio fieri non licet, nisi iustis de causis; nec effectum undequaque sortitur, nisi incardinatione in alia dioecesi executioni demandata.

Dum dimissio clerici a propria dioecesi ad aliam dicitur excardinatio, receptio eiusdem clerici in alia dioecesi appellatur incardinatio. Ad incardinationem legitime faciendam nunc ex dicto decreto requiritur actus legitimus excardinationis episcopi a quo, et incardinationis episcopi, qui suae dioecesi adscribit; uterque autem actus in scriptis est conficiendus, ita ut excardinatio et incardinatio oretenus tantum facta nullius sit valoris. Debet praeterea incardinatio fieri absolute et in perpetuum, id est nullis, sive expressis sive tacitis, limitationibus obnoxia, ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius, quod supra memorata Constitutio *Speculatores* pro domicilio acquirendo praescribit. Requiritur ulterius, ut Episcopus incardinans obtinuerit ab episcopo dimittente, sub secreto, si opus fuerit, opportuna testimonia de clerici incardinandi natalibus, vita, moribus ac studiis. Demum meminerint episcopi, quod ut iuxta *Conc. Trid.,* sess. 23, c. 16, *de reform.,* « nullus debet ordinari, qui iudicio sui episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis » : ita pariter nullus est adscribenda novus clericus, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

Vi igitur decreti S. C. Conc. *A primis,* excardinatio clerici ex una dioecesi et incardinatio in alteram facienda est in scriptis, absolute et in perpetuum, praestito quoque iuramento ad instar illius, quod Constitutio *Speculatores* pro domicilio acquirendo praescribit.

Porro, Domini Auditores censuerunt, praefatas conditiones requiri non tantum pro liceitate sed etiam pro validitate, seu sub poena nullitatis, ita ut excardinatio et incardinatio, dictis conditionibus haud servatis peracta, nulla sit atque invalida. Id namque iam eruitur, si verba decreti in se inspiciantur. Pro excardinationis enim et incardinationis liceitate ftt tantum exceptio quoad causas: «excardinationem fieri non licere nisi iustis de causis ». Ex quo sequitur, reliquas conditiones respicere validitatem iuxta tritum axioma: exceptio firmat regulam. Praeterea dictum decretum generale est et absolutum, ideoque nullum incardinationis peragendae modum praeter scriptum admittere censendum est. Quod ulterius etiam patet ex decreti fine. Ideo enim decretum illud datum fuit et certae normae statutae fuerunt ad excardinationem et incardinationem peragendam, ut contentiones, difficultates et abusus circa hanc rem de medio tollerentur. Qui finis utique non obtineretur, si conditiones in decreto statutae non pro validitate incardinationis requirerentur. Nec valet difficultas, quod legislator incardinationem aliter quam scripto factam expresse non irritaverit; hoc enim necessario non requiritur, quum profluat ex ipsa rei natura. Excardinatio autem et incardinatio veram important alienationem clerici de una in aliam dioecesim, cuius effectus iuridici certo certius probari debent, quod quidem nonnisi per documentum scriptum obtinetur. Veteri iure, praeter scriptam incardinationem, etiam oralis, immo equipollens seu implicita incardinatio, scilicet mediante sacra Ordinatione vel beneficii collatione, in usu erat, dummodo certo constaret de voluntate utriusque episcopi clericum perpetuo et absolute dimittendi eumque item perpetuo et absolute recipiendi. Utrum huiusmodi incardinatio per decretum *A primis,* quod expresse scripturam requirit, abrogata fuerit necne, non est cur inquiramus. Hoc autem asseri potest, minime extra controversiam esse, quod ante dictum decretum incardiuatio fieri valide posset absque scripto documento. Nam etiam veteres auctores loquuntur de excardinatione scriptis facienda (cfr. Fagnanus, *I. 3, tit. de paroeciis, n. 2 et 4;* Reiff. *I. 3, tit. 29, n. 11 ;* Ferraris, v. *Testimoniales, n. 16).* Hinc etiam probata ephemeris *Il Monitore Ecclesiastico, vol. 8, p. 2, pag. 275, in nota* d), multo ante evulgatum decretum *A primis,* docebat: « Questo decreto d'incardina- « zione (nempe documentum scriptum) deve notificarsi così al sacerdote « che s'incardina, come al clero o al capitolo a cui s'incardina ». (Cfr. *Acta S. Sedis, vol. XXXIX, pag. 486).*

Iuramentum porro requiri pro validitate incardinationis probatur eo, quod hoc iuramentum praestandum sit ad instar illius, quod Constitutio *Speculatores pro* domicilio acquirendo praescribit. Iamvero, iuxta

dictam. Constitutionem, iuramentum necessarium erat pro domicilio valide acquirendo. Legitur enim ibi: « Subditus autem ratione domicilii ad « effectum suscipiendi Ordines dumtaxat censeatur, qui iuraverit, se « vere et realiter animo perpetuo permanendi in dioecesi habere ». Uti ergo iuramentum necessarium erat pro domicilio valide acquirendo, ita etiam necessarium censendum est pro validitate incardinationis.- Nec huiusmodi conditio praescribi potest per consuetudinem contrariam. Nam clausula finalis decreti *A primis,* quae sonat: «quibuscumque contrariis minime obstantibus » abrogat omnes consuetudines et leges, etsi speciales, contrarias, ac si essent in specie expressae (cfr. Lay m ann, *I.I, t. II, c. 1, n. 12 in VI; Acta S. Sedis, I. c, p. 493).*

Hisce in iure stabilitis, *factum quod attinet,* Domini Auditores in primis observarunt, praesentem controversiam deiudicandam esse ad tramitem decreti *A primis* diei 20 Iul. 1898. Nam in casu de re agitur decretum ipsum subsequente. Incardinatio enim de qua quaeritur, evenisse dicitur anno 1903, ideoque iuxta normas a dicto decreto statutas peragenda erat. Iamvero in casu elementa necessaria ad incardinationem legitime efficiendam prorsus desiderantur. Adsunt quidem quaedam indicia incardinationis aliqualiter peractae, quae tamen existentiam verae et legitimae incardinationis plene non probant.

Vi decreti *A primis* incardinatio sub poena nullitatis in scriptis est facienda. Ast nec in Curia Sanctae Fidei nec in Curia Londonen. ullum extat testimonium scriptum; ipse quoque actor nullum habet, quod producat, legitimum documentum.

Sane, nec in Curia Sanctae Fidei nec in Curia Londonen. invenitur documentum excardinationis sac. Koussel ex dioecesi Sanctae Fidei. Quod documentum in utraque dioecesi asservandum erat; illud autem, si exstiterit, deperditum fuisse, verisimile haud est. Excardinationem factam fuisse testatur quidem actualis Sanctae Fidei Archiepiscopus Pitaval, qui anno 1902 Episcopus Auxiliaris et Vicarius Generalis fuit defuncti Archiepiscopi Bourgade, et qui sub die 31 Iulii 1910 (ad Reverendum los. Gignac-Québec) scribit: « Je crois être aussi bien que personne au courant de l'affaire. Or j'affirme en conscience que Monsei « gneur Bourgade me dit un jour: " Il ne faut plus compter sur Monsieur « Roussel: je lui ai envoyé ses lettres d'excardination... „. Quant à une « copie, que vous désirez avoir, je regrette de ne pas pouvoir vous la « fournir. Nous avons inutilement cherché la minute dans les archives; « elle ne s'y trouve pas ... mais j'affirme de nouveau que le saint Archévêque m'a dit un jour: " Ne comptons plus sur l'abbé Roussel, je lui ai

« envoyé ses lettres d'excardination „. Ma parole, j'en ai la certitude, vaut « bien la copie que vous me demandez ».

Testimonium hoc sane gravis est momenti, quamvis idem Episcopus ab H. S. Tribunali rite rogatus in epistola diei 13 Iul. 1911, appellans ceterum ad praecedentem epistolam, se nihil prorsus scire asserat. Ita enim scribit: «Touchant le cas je ne sais absolument rien; je n'ai entendu « mon prédécesseur Monseigneur Bourgade parler que peu d'un Monsieur « Roussel, qui se fit ordonner au Canada prêtre pour Santa Fé; mais « qui fut aussitôt, ou bientôt après, accepté par un évêque du Canada. « À part Mons. Bourgade et moi-même, qui ne l'avons jamais vu, je ne « crois pas qu'il se trouve dans tout TArchidiocèse de Santa Fé non « seulement un seul prêtre, mais aussi une seule personne, qui ait entendu « parler de Monsieur Roussel ». Hisce duabus collatis litteris, admitti quodammodo potest, sacerdotem Roussel ex dioecesi Sanctae Fidei, ceterum in ea prorsus ignotum, excardinatum fuisse, etsi nullum excardinationis inveniatur documentum.

Sed praescindendo ab hac quaestione, an sac. Roussel ex dioecesi Sanctae Fidei rite fuerit excardinatus, non constat eumdem dioecesi Londonensi legitime fuisse incardinatum. Nam huius praetensae incardinationis in Curia Londonen. pariter nullum exstat documentum scriptum, prout exigit decretum *A primis,* quamvis alia documenta relate ad sac. Roussel inveniantur. Cancellarius enim Curiae Londonen. ita refert Episcopo suo: «Acta Curiae dioecesis Londonen. diligenter per« scrutatus sum. Sed frustra; litterae incardinationis R. D. Roussel inter « acta Curiae non inveniuntur... R. D. Roussel ingressus est dioecesim « Londonen. anno 1903. Eo tempore officium acta Curiae custodiendi ad « me, uti Cancellarium dioeceseos Londonen., spectabat. Sed neque litte« ras excardinationis R. D. Roussel e dioecesi originis, neque litteras « incardinationis in dioecesim Londonen. umquam vidi ».

Deest igitur in Curia Londonen. documentum scriptum peractae excardinationis ex dioecesi Sanctae Fidei et subsecutae incardinationis in novam dioecesim.

Praeter haec duo documenta scripta desideratur insuper documentum de iuramento praestito, quod pariter requiritur tamquam conditio sine qua incardinatio valere non potest. Nec praesumi potest, iuramentum praestitum fuisse iuxta principium: « in dubio praesumitur recte factum, quod faciendum erat». Hoc enim principium tantum valet de rebus accessoriis, supposita certitudine actus principalis. In casu autem nostro actus principalis, scil. incardinatio, ex documentis non constat, ideoque dictum principium iam ex hoc capite invocari nequit. Praeterea actor

ipse dubium solvere potuisset confitens se iuramentum praestitisse. Ast iuramentum emissum fuisse, actor asserere non valet, sicuti nullum potest producere documentum peractae incardinationis.

Nihilominus actor instat, se dioecesi Londonensi incardinatum fuisse. Narrat enim, se anno 1903 dioecesim Londonensem ingressum esse, ibique nominatum fuisse Vicarium in loco *Stratford.* Quod cum audisset Episcopus Sanctae Fidei, ei significavit, ut aut in dioecesim rediret, aut litteras excardinationis peteret. Has litteras Roussel, ut ipse narrat, proinde revera petiit et obtinuit, easque per officium postale misit Episcopo Londonensi Mae Evay, qui, litteris acceptis, eum novae dioecesi incardinavi!. En verba actoris: «Quand Monseigneur Bourgade, Archevêque « de Santa Fé, apprit que j'exerçais le ministère dans le diocèse de « London, il me signifia de rentrer dans mon diocèse ou de demander « des lettres d'excardination. Je montrai cette lettre à Monseigneur « Fr. P. Mac Evay, qui m'invita à demander mes lettres d'excardination, « me promettant de m'incardiner à son diocèse. Ces lettres d'excardina- « tion je les ai demandées, je les ai reçues, je les ai envoyées par la « poste à Monseigneur Mac Evay, qui m'a declaré les avoir reçues et « par elles m'avoir incardiné à son diocèse ». Quae verba actoris, si ei hac in re et in iudicio maximum habenti interesse credere liceat, Domini Auditores ad summum demonstrare censuerunt, aliquam excardinationem seu dimissionem sac. Roussel e dioecesi Sanctae .Fidei evenisse, eiusdem autem incardinationem in dioecesim Londonensem legitime peractam minime probare. Actor enim demonstrare deberet, incardinationem forma a decreto *A primis* statuta ac verificatis necessariis conditionibus peractam fuisse. Id autem demonstrare nequit.

Item Domini Auditores nihili faciendum esse existimarunt argumentum pro incardinatione sac. Roussel ex eo petitum, quod hic adscriptus fuerit societati cuidam dictae: « Société St-Jean l'Évangéliste du « diocèse de London pour le secours des prêtres infirmes et retirés dû « ministère ». Huiusmodi enim societatibus omnes sacerdotes in aliqua dioecesi demorantes et sacrum ministerium exercentes, etsi eidem dioecesi non sint incardinati, adscribi solent, dummodo praescriptam taxam solvant.

Unicum quod actori favere videtur, iidem Domini Auditores esse censuerunt rationem agendi et depositionem Praesulis Mae Evay, qui dioecesi Londonensi usque ad annum 1910 praefuit, et Toronti nuper vita functus est. Dictus enim Praesul sacerdoti Roussel, qui ex variis causis in aliam dioecesim se conferre destinaverat, petitam licentiam discedendi die 23 Aprilis 1907 *usque ad revocationem* concessit. Idem

Archiepiscopus Mae Evay die 23 Aug. 1907, cum Roussel versaretur in dioecesi Manchesteriensi, huius dioecesi Episcopo, qui de Rousselii moribus notitias exegerat, scripsit: « L'abbé Roussel appartient ici à ce « diocèse et il nous a quitté avec une bonne réputation ». Praeterea dictus Archiepiscopus, qua episcopus Torontinus, suo successori in dioe- • cesi Londonen., scil. Episcopo Talion, sub die 6 Martii 1911 scripsit: « Riguardo al Rev. D. Roussel egli fu debitamente incardinato nella « diocesi di London, ed i documenti dovrebbero trovarsi nell'archivio « diocesano ». Demum Praesul Mac Evay die 7 Martii 1911 rite rogatus:

I. An anno 1903 litteras receperit, quibus Curia Sanctae Fidei sacerdotem Roussel excardinaverat.

II. An, his receptis litteris, eumdem sacerdotem Roussel inscripserit clero Londonensi et de hac incardinatione constare fecerit ex Curiae actis.

Ad 1. respondit: «Affirmative; quoad factum nullum est dubium, quoad tempus ex memoria loquor, quia documenta non habeo ».

Ad II. «Affirmative».

Quae omnia sane gravis esse momenti admiserunt Domini Auditores, at non tanti ut defectum documentorum in re tam gravi supplere valeant. Praeprimis enim pro legitima incardinatione sacerdotis Roussel invocari nequeunt litterae commendatitiae, quas concessit Episcopus Mae Evay. Nam unusquisque sacerdos ab Ordinario, in cuius dioecesi diutius commoratus est, ibique sacrum ministerium exercuit, cum eam relinquere velit, tenetur petere com menda! icias litteras, si in alia dioecesi ad Missae celebrationem et alia divina officia obeunda admitti velit. Conceduntur autem hae litterae formula quadam generali, sive ad tempus determinatum, sive non determinatum.

Quae vero idem Mae Evay episcopo Manchesteriensi et Londonensi scripsit, demonstrant quidem aliquam incardinationem seu receptionem sacerdotis Roussel revera evenisse, minime autem probant, eam factam fuisse iuxta normas a decreto *A primis* statutas. Idem valet de Archiepiscopi Mae Evay testimonio, quod ceterum iuratum non est, et insuper in discrimine vitae prolatum fuit.

Praeterea, iuxta superius dicta, a decreto *A primis* pro incardinatione et excardinatione requiritur expresse scriptura et quidem sub poena nullitatis. Quando autem scriptura necessaria est ad substantiam actus, necessaria quoque est, ut probati docent auctores, ad probationem actus, ita ut testes tantummodo haud sufficiant. Quo sub respectu haec docet Reiff. *(I. II, tit. 22, n. 282):* « Plures dantur casus, in quibus « scriptura requiritur (ad probationem) et testes non sufficiunt; horum

« enim 34 enumerat Glossa in *c. 1, vers. " in scriptis „ de cens. in 6°* ». Quando id locum habeat, citatus auctor explicat dicens : « Illud est spe-« ciale in actibus illis, in quibus, iure sic disponente, requiritur scriptura «ad substantiam actus sive contractus: sicque testes non sufficiunt... « secus dicendum in ceteris casibus, seu ubi scriptura necessario non « debet intervenire » *(I. c. n. 291).* Similiter Pirhing *(I. II, t. 22, § 79)* et Schmalzgrueber (De *fide Instr.*, P. *III, t. 22, § 91)* tradunt, scripturam ad probationem actus esse necessariam, quando eadem de essentia est contractus vel quando ex dispositione legis intervenire debet.

Ex qua doctrina inferre licet, defectum documentorum scriptorum, quae decretum *A primis* pro validitate incardinationis omnino exigit, suppleri non posse per testimonium Episcopi Mae Evay, siquidem, quando scriptura necessaria est ad substantiam rei, necessaria est etiam ad eiusdem actus probationem, neque sufficit probatio per testes.

Ceterum, etsi detur scripturam in casu posse suppleri per testes, tamen unicum Praesulis Mae Evay testimonium haud sufficit. Nam *vox unius, vox nullius.* Unicus scilicet testis satis est ad probandum, tantum quando eius depositio nemini nocet et alteri prodest. Quando autem lata sententia magnum faceret praeiudicium, regula est, quod in qualibet causa ad legitimam probationem plenamque fidem faciendam requiruntur duo testes probatae vitae et omni exceptione maiores (Reiff., *I. II, tit. 19, n. 61, 62; et tit. 20, n. 231).* Testimonium enim unius, quantumvis legitimum, contra alterum regulariter non probat, nec sufficit ad decisionem causarum. Et hoc intellige de uno teste in quacumque dignitate sit constitutus, ut habet c. *de testibus:* « Manifeste facimus, ut unius omnino « testis responsio non audiatur, etiamsi praeclarae Curiae honore prae-« fulgeat. » (cfr. Reiff., *I. II, tit. 20, n. 247, 248).*

Unicus igitur testis non probat. Nec opponi potest, testimonium Episcopi Mae Evay coadiuvari testimonio hodierni Episcopi Sanctae Fidei, qui, ut supra dictum est, a praedecessore audivit: « Il ne faut plus comp-« ter sur Monsieur Roussel; je lui ai envoyé ses lettres d'excardination ». Haec enim verba tantum invocari possunt pro sacerdotis Roussel excardinatione ex dioecesi Sanctae Fidei, non autem pro eiusdem legitima incardinatione in dioecesim Londonensem.

Notandum est, Praesulem Mae Evay testem esse non iuratum. Testis autem non iurati dictum, demptis certis casibus, regulariter non probat, ut expresse habetur in c. *Nuper nobis (c. 51,* ***X,*** *Lib. II, Tit. 20)* illis verbis: « Nullius testimonio, quantumcumque religiosus existat, nisi « iuratus deposuerit, in alterius praeiudicium debet credi. » (cf. Reiff., ***I.*** *c, n. 463).*

Quibus omnibus attentis et sedulo perpensis, Dominis Auditoribus visum est, non certo constare de legitima incardinatione in casu, seu eam ad minus dubiam esse, ideoque Episcopum Londonensem obligari non posse ad recipiendum sacerdotem Roussel. Nam non datur obligatio, nisi de ea certo constet.

Unde Nos infrascripti Auditores de Turno, Christi Nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus, sententiamus, *non constare de legitima incardinatione sacerdotis Roussel dioecesi Londonensi,* seu ad dubium propositum respondemus: *Negative;* statuentes et mandantes, ut iudiciales expensae cómpensentur inter partes; taxa vero expeditionis sententiae pro medietate ab utraque parte solvatur.

Ita pronunciamus, statuentes, ut illi ad quos spectat executioni mandent hanc nostram sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim *cap. 3, Sess. XXV, de reform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 9 Ianuarii 1912.

Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner, *Ponens.*
Iosephus Alberti.

Sac. Tancredes Tani, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

Il giorno 121 Marzo 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Sigg. Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, fu tenuta la Congregazione Preparatòria per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle Virtù del Ven. Marcellino Giuseppe Champagnat, Sacerdote dell'Istituto dei Piccoli Fratelli Maristi.

TRIBUNALE DELLA S. ROMANA ROTA.

AVVISO DI CONCORSO.

Avute le debite autorizzazioni a norma del Cap. II « De Provisione Officiorum » nella Cost. *Sapienti Consilio,* colla presente notificazione si pubblica il concorso ad un posto di Scrittore presso la S. Romana Rota.

L'esame scritto, da farsi in lingua latina, verserà circa la Costituzione della Curia Romana e delle Curie diocesane e le loro mutue relazioni, nonché le regole procedurali dei giudizi ecclesiastici.

L'esame avrà luogo il giorno 24 Aprile p. v. alle ore 8 antimeridiane, e quanti desiderano concorrere dovranno esibire alla Cancelleria del Tribunale la domanda e i titoli per l'ammissione non più tardi del 20 dello stesso mese.

Dalla Cancelleria del Tribunale, 26 Marzo 1912.

Michele Lega, *Decano.*

Avv. T. Tani, *Notaio.*

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Commissario della S. Congregazione di S. Uffizio :

24 Marzo 1912. — Il Rino P. Domenico Pasqualigo, dell'Ordine dei Predicatori, Vice-Commissario della stessa S. Congregazione.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

11 Marzo 1912. — Mons. Matteo Harkins, Vescovo di Providence.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

13 Marzo 1912. — Il Rev. D. Alessio Solanet, Vicario Generale della diocesi di Mende.

Prelati domestici di S. S.:

15 Marzo 1912. — Mons. Simone Deploige, Presidente dell' Istituto Superiore di Filosofia a Lovanio.

— Il Rev. Canonico Francesco Uberto Cleynhens, di Anversa.

Avvocati Concistoriali :

15 Marzo 1912. — Il Sig. Avv. Prof. Alberto Guidi, di Roma.

— Il Sig. Conte Vincenzo Sacconi, della stessa città.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro :

19 Marzo 1912. — A Sua Altezza Illustrissima il Sig. Conte Emicb de Leiningen Billigheim, già Capitano dei Dragoni Pontifici.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 Marzo 1912. — Al Sig. Alessandro Braun, Senatore del Belgio.

18 Marzo. — Al Sig. Paolo Luigi Armando Soffrey de Beaumont-Beynac, della diocesi di Périgueux.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

16 Marzo 1912. — Al Sig. Barone Roberto Grant de Luxollière de Bellussière, della diocesi di Périgueux.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

8 Marzo 1912. — Al Sig. Cav. Giuseppe Hassinger, di Vienna.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 Marzo 1912. — Al Sig. Giacomo Giovanni Luigi Kneppers, della diocesi di Bois-le-Duc.

14 Marzo. — Al Sig. Onorato de Winde, Segretario dell'Associazione Cattolica di Bruxelles.

— Al Sig. Carlo Bulens, della stessa città.

18 Marzo. — Al Sig. Elia Ramel, dell'archidiocesi di Lione.

Annus IV. - Vol. IV. Die 15 Aprilis 1912. Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

ALLOCUTIO

HABITA DIE XIV APRILIS MDCCCCXII AD PUEROS PRIMA VICE SACRA COMMUNIONE REFECTOS, QUI, SEDEM APOSTOLICAM VENERATURI, E GALLIA PEREGRINANTES ADVENERUNT.

Je vous remercie, mes chers enfants, de la consolation que vous me procurez de me trouver au milieu de vous, quand je songe que je représente Jésus-Christ lui-même, qui se plaisait auprès de vos semblables et disait à ses apôtres: « Laissez venir à moi les petits enfants, « car le royaume des cieux appartient à ceux qui leur ressemblent[1] ». J'ai encore un motif spécial de vous remercier, mes chers enfants, parce que cette solennelle démonstration de votre amour pour le Pape, qui vous a coûté les fatigues d'un long voyage, me donne l'occasion de me réjouir de votre docilité à l'invitation que Notre-Seigneur vous a adressée par ma bouche, quand, pour la première fois, malgré la tendresse de votre âge, vous l'avez reçu dans la très sainte Communion.

Nous lisons dans l'Évangile que le divin Rédempteur appela un jour un petit enfant, semblable à vous, et le plaçant au milieu de ses apôtres leur adressa ces paroles : « Gardez-vous de mépriser un seul de « ces enfants, parce que, je vous le dis, leurs anges contemplent sans « cesse la face de mon Père qui est dans les cieux[2] ». Hélas! ces gardiens célestes trop souvent sont attristés et saisis d'horreur, quand ils découvrent dans les âmes qui leur sont confiées, la dépravation et les

[1] Luc., XVIII, 16.
[2] MATT., XVIII, 10,

souillures du péché; les anges des enfants, au contraire, sans être jamais distraits, par leur sollicitude, de la vision bienheureuse de Dieu qu'ils voient, face à face, dans son éternelle lumière, le retrouvent encore dans leur âme où il se reflète comme dans un miroir d'innocence, de pureté et de candeur.

Mais si cela est vrai de tous, aussi bien que de votre semblable que Notre-Seigneur appela au milieu de ses apôtres, qu'aurait-il dit de vous, chers petits enfants, qui l'avez reçu lui-même avec sa divinité et son humanité sacrée, dans la sainte Communion, où vous avez uni votre chair avec sa chair, votre sang avec son sang, où votre cœur a palpité avec le sien? Qu'aurait-il dit de vos saints anges, au-dessus desquels vous élève la participation à la sainte Eucharistie, puisqu'ils n'ont pas reçu cette grâce qui vous a été accordée, de vous nourrir de Jésus-Christ, de ne faire qu'une même chose avec lui, de vous unir à lui, au point de vous approprier, en quelque manière, sa nature divine et ses perfections infinies ? Et voyez, mes chers enfants, les grâces qui découlent de ce bienfait. Par cette communication de lui-même, il nous donne, cet aimable Sauveur, à notre intelligence la vérité, la justice et la sainteté à notre volonté, et la bonté à notre cœur; en sorte que le fidèle qui communie peut, en toute vérité, répéter avec S. Paul: « Jésus-Christ est ma vie. Je « vis; ce n'est plus moi qui vis, c'est Jésus-Christ qui vit en moi. *Mihi « vivere Christus est*[1]. *Vivo, iam non ego, vivit vero in me Christus*[2] ».

Ainsi, puisque Dieu est la pureté sans tache, celui qui s'unit à Jésus-Christ dans la sainte Communion, s'élevant comme une innocente colombe des eaux fangeuses de ce monde misérable, s'envole et va se réfugier dans le sein de Dieu, de Celui qui est plus pur que les neiges immaculées qui couronnent les montagnes. Si Dieu est la beauté infinie, celui qui s'unit à Jésus-Christ attire à lui l'admiration et les regards amoureux des anges, qui, s'ils pouvaient souffrir quelque passion, seraient jaloux de son sort. Si Dieu est la charité par essence, le fidèle uni à Jésus-Christ est comme ravi en une bienheureuse extase; la charité le transfigure; elle se trahit dans tout son extérieur et jusque dans son visage, dans les ardentes aspirations de son cœur et dans la suavité de ses paroles qui distillent de ses lèvres comme le miel; tout en lui rappelle et manifeste l'amour. Enfin, si Dieu est la bonté même, et bonté dans le langage des saintes Écritures est la même chose que perfection, le fidèle, qui s'est uni à Jésus-Christ dans la sainte Eucharistie, trouve

[1] *Philip.*, I, 21.
[2] *Gal.*, II, 20.

dans la vertu de ce sacrement toute perfection et toute sainteté; il y puise la force pour s'élever au-dessus de lui-même, aspirer à la félicité éternelle et mépriser les faux biens de ce monde, comme impuissants à satisfaire ses désirs. Semblable au char de feu du prophète Élie, elle l'entraîne loin d'ici-bas, et, pendant qu'il vit encore sur la terre, elle le transforme en habitant du ciel, jouissant d'une paix et d'une félicité qu'aucune langue ne saurait expliquer; car, selon la parole des saintes Écritures, « l'œil de l'homme n'a jamais vu, son oreille n'a jamais entendu, son « coeur n'a jamais goûté les délices que Dieu réserve à ceux qui l'ai- « ment »[1] et ainsi s'accomplit la promesse de Jésus-Christ: « Celui qui se « nourrit de ce pain a la vie éternelle. *Qui manducat meam carnem « et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam* »[2]. Il ne dit pas qu'il l'aura, qu'elle lui est réservée dans l'avenir, *habebit,* mais qu'il l'a déjà, *habet,* et qu'il en possède le gage certain.

Mes bien chers enfants, je vous félicite de nouveau de la grande grâce que Dieu vous a faite, et je me plais de vous saluer comme des anges, que dis-je ? comme leurs rivaux qui les surpassent en félicité, par ce privilège de la sainte Communion, qui vous a unis intimement à Notre-Seigneur dans la participation de son corps et de son sang adorables, de sa nature divine et de ses perfections infinies. À ces félicitations je joindrai quelques avis, que je vous prie de bien graver dans votre mémoire. Ces bienfaits de Dieu, dont je viens de vous parler, vous les avez goûtés avant d'en avoir la pleine et entière connaissance, parce que les saintes affections du cœur attendent encore, à votre âge, le parfait développement de l'intelligence; aussi je vous recommande tout d'abord, comme fruit de votre visite au Pape, la résolution et la promesse solennelle de fréquenter encore longtemps le catéchisme. C'est là, en vous perfectionnant avec diligence et avec amour dans la connaissance de la doctrine chrétienne, que vous apprendrez, avec les autres vérités de notre sainte religion, que la divine Eucharistie est le centre de la foi, le but final de toute autre dévotion, la source de tout bien, la consommation de tous les autres Sacrements, le résumé des divins mystères, le fleuve de toutes les grâces, le baume de toutes les douleurs, lo pain de la vie, le viatique qui nous fortifie pour le voyage vers l'éternité, le gage et la jouissance anticipée du bonheur éternel.

Mes chers enfants, chers premiers communiants, vous avez reçu Notre-Seigneur pour la première fois, mais ce n'est pas assez. Chaque

[1] I *Cor.,* II, 9.
[2] Io., VI, 55.

jour nous demandons à Dieu le pain qui doit soutenir la vie de notre corps; ainsi avons-nous besoin du pain céleste qui donne la vie à notre âme. La seconde recommandation que je vous adresse sera donc de vous approcher fréquemment, si vous ne le pouvez tous les jours, de la table eucharistique, pour vous unir à votre Sauveur. Vous lui ferez encore de fréquentes visites dans la solitude et le silence de son tabernacle, d'où vous l'entendrez qui vous adressé cette invitation pleine d'amour : « Venez à moi vous tous qui avez faim, et je vous rassasierai : « vous tous qui êtes chargés et opprimés, et je vous donnerai le soula- « gement, la paix et la consolation ».

Enfin, mon dernier désir, mes chers enfants, c'est que l'amour de Notre-Seigneur règne tellement en vous qu'il vous transforme en autant d'apôtres, zélés pour sa gloire; vous serez le trésor de vos familles, que vous consolerez par votre bonne conduite et que votre seul exemple gagnera à la fréquentation de la sainte Eucharistie ; à l'école, vous provoquerez par votre piété l'émulation de vos jeunes condisciples; à la paroisse, tous vous regarderont commes des anges tutélaires; enfin partout, autour de vous, par vos prières, par votre sagesse et par les seuls attraits de votre modestie, vous contribuerez, autant qu'il est en vous, à la conversion des pécheurs et au retour à Jésus-Christ des incrédules et des indifférents.

En vous adressant ces recommandations et ces vœux, mes bien chers petits enfants, je vous accorde de tout cœur, à vous, à vos jeunes compagnons de France, à vos pères et mères et à tous vos parents, la bénédiction apostolique.

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

CATHEDRALIS ECCLESIA PICTAVIENSIS DIGNITATE BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam.— Cuncta, quae ad divinum- cultum fovendum a Romanis Pontificibus, Decessoribus Nostris, sapienter sunt instituta, servantes, sacras Aedes, quas apud Christianum populum singulari esse in honore et pretio novimus, titulis ac privilegiis decorare solemus. Harum in numerum merito est referendum templum Cathedrale Beato Petro Pictavii dicatum, quod, quum multis fulgeat ornamentis, ipsa in primis Pictaviensi dioecesi nobilitari videtur. Haec enim

perampla et vetustissima inter Galliarum illustriores Ecclesias insignis apparet praesertim gloria Pastorum, quorum plurimi ob res praeclare gestas omnium laudem et venerationem meruerunt. Sane quam maxime celebrandus est Sanctus ille Doctor Hilarius, acerrimus divinitatis Christi contra Arianos defensor, atque, ut recentiorum mentionem faciamus, Ludovicum Eduardum S. R. E. Cardinalem Pie memorare iuvat, qui, alter Hilarius, contra praesentis temporis Arianos integritatem Fidei tonáns vindicavit. Itaque quum venerabilis Frater Ludovicus Humbrecht, Pictaviensium Antistes, a Nobis impensis precibus flagitaverit, ut templum illud Basilicam minorem renuntiaremus, Nos, illustria eius praeconia reputantes, huiusmodi vota animo libenti explere decrevimus. Quapropter, Apostolica Nostra Auctoritate, per has Litteras Cathedralem ecclesiam Pictaviensem S. Petri Apostolorum Principi ad Basilicae minoris dignitatem evehimus, eique privilegia omnia attribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis Nostrae Basilicis competunt: decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, efficaces semper existere et fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari : sicque in praemissis iudicandum esse, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus Apostolicis ceterisque omnibus, etiam speciali et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die i Martii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. |$| S.

IL

SOCIETAS SACRATISSIMI CORDIS IESU IN TEMPLO NATIONALI BRUXELLIS INSTITUTA ERIGITUR IN ARCHISODALITATEM ET PRO UNIVERSA BELGICA DITIONE PRIMARIA DECLARATUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. - Piae fidelium sodalitates, veluti auxiliariae cohortes, militantis Ecclesiae Klemm adiuvant tum in provehendo cultus decore, tum in Christianae plebis studiis erga pietatis opera atque erga actuosam Evangelicorum consiliorum exercitationem excitandis. Ut ipsae piae societates tam frugiferum finem uberius assequerentur, Romani

Pontifices Nostri Decessores, spiritualibus illas indulgentiarum thesauris non minus quam singularibus honoris titulis ac privilegiis pro re ac tempore locupletare atque ornare consueverunt. Iam vero dilectus filius Noster Desideratus Iosephus titulo S. Petri in Vinculis S. R. Ecclesiae Presbyter Cardinalis Mercier, ex dispensatione Apostolica Archiepiscopus Mechlinensium et Belgicae ditionis Primas, refert ad Nos in templo Nationali in honorem sacratissimi Cordis Iesu Bruxellis confraternitatem eiusdem nominis Ordinarii Mechliniensis auctoritate constitutam extare : hanc confraternitatem, die xi mensis Iunii MCMV Archisodalitati Almae huius Urbis aggregatam, in id contendere ut pro omnibus beneficiis in Belgarum Regnum largiter congestis divino Cordi debitae gratiarum actiones exhibeantur, ea potissimum in Basilica quae ex voto civium universorum, in urbe Regni Principe, in eiusdem sacratissimi Cordis honorem erigitur: propositum insuper huic societati esse finem, impetrandi iugiter a Deo super Ecclesiam et Regnum uberiores gratias amplioraque benefacta, necnon coelestem opem super sodales ipsos, familias consiliaque eorum invocandi. Addit idem Cardinalis Archiepiscopus hanc sodalitatem a tenui profectam initio, brevi fuisse, favente Domino, longe lateque propagatam, potissimum postquam Nos, per Apostolicas Litteras die VII mensis Octobris anni MCMVI datas, sodalibus, per horam coram sanctissimo Sacramento in Nationali templo Bruxellarum orantibus, plenariam indulgentiam benigne largiti sumus, quam quidem indulgentiam, per similes Litteras diexiv mensis Martii anno MCMIX obsignatas, produximus ad omnes socios qui eandem adorationem perficerent, quamvis vel temporis vel laboris causa idem ad templum se sistere nequirent. Nunc autem superenunciatus Mechlinensium Cardinalis Archiepiscopus significat Nobis ad ipsam societatem plurimos confluxisse et confluere fideles, spiritualibus Ecclesiae muneribus, quibus eadem pollet, illectos; ipsaque in societate fere viginti millia sociorum in praesens in toto Regno degentium adnumerari. Sed pariter Nos edocet, inspecto praesertim tam frequenti inscriptorum sodalium numero, peropportunum visum fuisse consilium novas pro universa societate Constitutionis tabulas conficere, ut sodales ipsi facilius et aptius bona assequi valerent sodalitati proposita, quae sunt: Christianae vitae studia amplificare; erga sacratissimum Iesu Cor pietatem fovere; divini Magistri vestigiis religiosius in dies insistere, et potissimum tum assiduae augusti Sacramenti adorationi, tum frequentibus Communionibus vacare. Refert itaque ad Nos ipsius Constitutionis vi, nuper ab eodem Cardinali Antistite probatae, memoratae societatis sodales, iuxta aetatem formamque devotionis uniuscuiusque ingenio accommodatam, quatuor in

classes sive gradus dispertiri, et sodales primae classis appellari vulgo « Les simples Associés », hosque teneri quotidianae recitationi Orationis Dominicae et Salutationis Angelicae, addita invocatione, ter repetenda, « Cœur Sacré de Jésus, protégez la Belgique ». Sodales secundi gradus nomine « les adorateurs et adoratrices du Sacré-Cœur » nuncupare eosque praeter quotidianas, uti superius diximus, preces, se sanctissimi Sacramenti adorationi semel in die vel hebdomada, vel saltem in mense, prout unicuique fas sit, fideliter vacaturos spondere. Sodales tertii gradus titulo ornari « La sainte Ligue du Sacré-Cœur pour la Communion fréquente et quotidienne », et ipsos, praeter memoratas preces quotidie recitandas, ad sacram Synaxim, nisi quotidie, semel saltem quavis hebdomada pie excipiendam se obligare. Quartum denique gradum, cui nomen vulgo « La Ligue enfantine du Sacré-Cœur », in id contendere, ut pueri ad Illum adducantur, qui dixit « sinite parvulos venire ad me », omnique diligentia alliciantur ut quotidie sacrosancto Missae Sacrificio intersint, ac frequentius de die in diem ad Eucharisticas dapes puro corde accedant. Subdit item Cardinalis Archiepiscopus ita coactis in unum pium foedus precibus et promeritis omnium fidelium cuiusque aetatis sive conditionis in varios supradictos gradus distributorum, per quos proxime, quantum fieri potest, ad sacratissimum Iesu Cor accedant, confraternitatem ipsam potiore atque intensiore ratione ad sibi propositum finem attingendum adniti, idque in Patriae, Religionis atque Ecclesiae emolumentum bene vertere. His positis, cum memoratus Cardinalis Archiepiscopus Mechlinensium et Belgicae ditionis Primas, cupiens ut perutilis haec societas latissime propagetur ipsiusque sociorum pietatis studium magis ac magis augeatur, Nos enixis precibus flagitet ut societatem ipsam ad Archisodalitii dignitatem evehere de Nostra benignitate velimus, Nos quidem id summopere, in tam frugiferae societatis incrementum cessurum rati, optatis his annuendum libentissime existimamus. Quae cum ita sint, Apostolica auctoritate, praesentium vi, confraternitatem in honorem sacratissimi Cordis Iesu, Bruxellis in Ecclesia Nationali eiusdem tituli institutam, perpetuum in modum in Archiconfraternitatem erigimus, omnibus et singulis iuribus privilegiisque eidem tributis, quae Archiconfraternitatibus competunt. Praeterea ut erga societatem ipsam tum frequenti sodalium numero, uti superius diximus, tum susceptorum operum egregia laude florentem, benevolentes Nos maxime exhibeamus ac muníficos, eamque singularibus Pontificiae voluntatis significationibus cohonestemus, Moderatori et Confratribus eiusdem sodalitatis, sic in Archiconfraternitatem per Nos erectae, nunc et in posterum pro tempore existentibus, haec quae

sequuntur Apostolicae potestatis plenitudine largimur: I. Ut ipsi Moderator et confratres praesentes ac futuri, confraternitates eiusdem instituti ac nominis, canonice erectas sive erigendas, intra fines Belgarum Regni, quamvis non omnes gradus super enunciatus complectantur, vel alia confraternitas eiusdem nominis et naturae eodem in loco existat, licite ac valide sibi aggregare possint. In hac autem impertienda facultate, Constitutioni Clementis PP. VIII rec. mem. Nostri Decessoris, aliisque legibus quod ad distantiam expresse derogamus. II. Ut iidem, cum Confraternitatibus sic aggregatis licite ac valide communicare possint, non solum indulgentias proprias quae sint cum aliis communicabiles, sed etiam omnes et singulas indulgentias pariter communicabiles quibus pollet Archisodalitas Almae huius Urbis, idque non obstante mutatione, ut supra dictum est, precum quotidie ad illas lucrandas recitandarum. III. Ut sodalitates canonice erectas, aut erigendas, non solum in ecclesiis vel oratoriis publicis, sed etiam in sacellis Monialium licite ac valide sibi aggregare possint. IV. Denique fas sit iisdem Moderatori et Confratribus Zelatores et Zelatrices nominare, facultate gaudentes legitime et valide inscribendi et recipiendi sodales, dummodo bis saltem in anno inscriptorum nomina ad Archiconfraternitatis Sedem transmittant. Tandem ut omnis ambigendi causa funditus tollatur, defectus omnes, si qui forte irrepserint in inscriptionem fidelium, Apostolica Nostra Auctoritate, per praesentes sanamus; atque ita praecipimus, ut confratres omnes ab initio in sodalitatem sacratissimi Cordis adlecti, tamquam vere ac legitime eidem Archisodalitati adscripti habeantur et indulgentiis omnibus eiusdem Archisodalitii propriis, licite potiri possint ac frui. Haec vero concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, atque efficaces semper extare et manere, suosque plenos et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse et definiendum, irritumque ac inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus atque Ordinationibus Apostolicis aliisque speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis, quae in contrarium faciant quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxii Martii MXCXU, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. RUDOLPHUM HITTMAIR, EPISCOPUM LINCIENSEM, RESCRIBENS, EIUS PASTORALEM DILIGENTIAM LAUDAT.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae tu nuper scripsisti ad Nos, cum certiores Nos faceres quemadmodum Nostras Litterarum *Pascendi* praescriptiones in tua dioecesi exsecutus esses, ea non mediocrem voluptatem Nobis attulerunt. Inde enim cognovimus istius Ecclesiae statum laetabilem satis eumque cum meliore spe esse coniunctum, tuis nimirum longe abhorrentibus a peste Modernismi; redeuntibus sensim ad bonam frugem qui de via decesserant; frequentantibus praesertim adulescentulis coetus Mariales, unde ad amorem Religionis et ad christianae vitae studium excitantur. Est igitur quod Dei benignitatem divinaeque Matris patrocinium Nobiscum extollas; at etiam est, quod Nos tuam, Venerabilis Frater, pastoralem diligentiam laudemus. Tu ceteroqui eam Nobis bene iam probaras; nec dubium, quin similiter probare pergas. Quod scribis de abolitione et translatione Festorum, scito ea de re Sacram Congregationem Concilii Cardinali Archiepiscopo Pragensi, qui id ipsum postulaverat, pro omnibus Austriae Episcopis haud ita pridem respondisse. Fausta autem omina, quibus Nos in Natalem Domini Iesu prosequeris, grate accipimus; tibique vicissim omnia quae vis, cupimus: quorum sit auspex apostolica benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, et Clero populoque tuo amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx Decembris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

IL

AD R. D. ANTONIUM FIAT, ANTISTITEM GENERALEM CONGREGATIONIS VINCENTIANAE, MODERATOREM ARCHISODALITATIS AB AGONIA D. N. I. C. NUNCUPATAE, GRATULANDO RESCRIBIT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Praeclarum sane munus cum pietatis tum etiam caritatis ista tuetur Archisodalitas cui tu praesides: quae quidem ex assidua meditatione moeroris et tristitiae qua Dominus Iesus ad Gethsemani est paene confectus, eum vult fructum in commune a sodalibus afferri, ut et Ecclesiae sanctae tranquillitatem et morientibus fratribus salutem sempiternam a Deo implo-

rent. Etenim cum agonia Christi magnam habet similitudinem perpetua illa colluctatio quam patitur corpus eius mysticum, quod est Ecclesia. Quique miseratione teneatur amantissimi Redemptoris, quod aliena tantopere peccata horresceret quae in se Ipse transtulisset, is facile miserebitur fratrum quos, agentes animam, suarum culparum terror sollicitat. Itaque consociationem huiusmodi tam opportunam et frugiferam iure decessores Nostri fel. rec. Pius IX et Leo XIII privilegiis auxerunt magnisque laudibus honestarunt. Nos autem longe lateque iam propagatam, ut nuntiasti, consociatorum numero et alacritate florere valde gaudemus: tibique et universis sodalibus, exeunte mox post ipsam institutam L anno, vehementer gratulamur. Vos vero pergite vel studiosiores a Deo communibus obsecrationibus petere, ut Ecclesia, si a dimicando cessare non queat, certe ex agone evadat quotidie validior, deviosque filios bona mater, saltem in excessu vitae, sibi reconcilíalos complecti possit. Divinorum interea munerum auspicem, vobis omnibus, primumque tibi, dilecte Fili, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx Decembris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

III.

AD R. D. MAURITIUM DBMIMUID, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, MODERATOREM GENERALEM ET PRAESIDEM CONSILII PRIMARII SOCIETATIS AB INFANTIA IESU, GRATULANDI CAUSA.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Valde oblectati sumus novo amoris et obedientiae testimonio, quod anno ineunte Nobis exhibuisti et tuo nomine et Societatis ab *Infantia Iesu.* Quod autem grate commémoras gravis incommodi periculum a vestra Consociatione, Nobis opitulantibus, fuisse propulsatum, vehementer laetamur; quum hoc declaret et Nobis vestrum opus cordi esse quam maxime et vosmet eidem operi sedulo attendere. Itaque feliciter gesta magnopere vobis gratulantes, bonorum omnium Datorem enixe rogamus, ut eadem stabili et uberiore in dies fructu confirmet. In hanc rem, divinae gratiae auspicem et Nostrae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, et societati universae quam laudabiliter gubernas, benedictionem apostolicam grato cum animi sensu in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvi Ianuarii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis Sacrae Consistorialis Congregationis decretis SSmus Dominus Noster Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

2 martii 1912. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Seleuciensi in Syria praefecit Revmum D. Dominicum Serafini, hactenus Archiepiscopum Spoletanum.

U martii. — Titulari ecclesiae episcopali Arindelensi sac. Iosephum Henricum Conroy, vicarium generalem dioecesis Ogdensburgensis, quem constituit Auxiliarem Revmi D. Henrici Gabriels, Episcopi Ogdensburgensis.

21 martii. — Cathedrali ecclesiae Panamensi R. D. Gulielmum Rojas, presbyterum Congregationis Missionis et administratorem apostolicum eiusdem dioecesis Panamensis.

23 martii. — Titulari ecclesiae episcopali Temnensi sac. Michaelem Higgins, dioecesis Tuamensis, ibidem parochum loci vulgo *Gummer,* quem constituit Auxiliarem Revmi D. Ioannis Healy, Archiepiscopi Tuamensis.

26 martii. — titulari ecclesiae archiepiscopali Cyrrensi Revmum D. Ludovicum Szmrecsányi, Episcopum titularem Magydensem et Auxiliarem Emi Archiepiscopi Agriensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Emi ac Revmi Domini Iosephi Samassa, Card. Archiepiscopi Agriensis.

—- Titulari ecclesiae episcopali Martyropolitanae sac. Victorem Horváth, canonicum ecclesiae metropolitanae Colocensis, quem constituit Auxiliarem Revmi D. Ioannis Csernoch, Archiepiscopi Colocensis et Bacsiensis.

28 martii. — Metropolitanae ecclesiae Urbinatensi sac. Iacobum Ghio, archidioecesis Ianuensis, ibidem parochum in loco vulgo *Sori.*

— Cathedrali ecclesiae Thermularum sac. Rochum Caliandro, dioecesis Uritanae, ibidem vicarium generalem et canonicum theologum ecclesiae cathedralis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i.

DECRETUM.

IMMUTATIONIS LIMITUM.

Ad evangelicae veritatis lumen facilius inferendum in vastissimas et adhuc Fidei impervias Thibeti regiones, nuper, accedente consensu Archiepiscopi Galcuttensis, ab hac S. Congregatione Christiano Nomini dilatando praeposita, petiit R. P. D. Petrus Giraudeau, Episc tit. Tiniadensis et Vicarius Apostolicus Thibetanus, ut missioni suae parva quaedam adderetur regio intercedens inter fines regni Thibetani et territorium in Indiis orientalibus *British Bouton* appellatum, quod Decreto diei 3 iulii anni 1883 eidem Missioni adiunctum fuit. Re porro proposita in generali conventu habito die 26 februarii u. p., Emi Patres, mature omnibus consideratis, vicariatui apostolico Thibetano adiudicandam esse censuerunt regionem ad hanc usque diem archidioecesi Calcuttensi pertinentem, quae, iuxta exhibitam geographicam chartam, continetur ad Septentrionem Thibeti finibus, ad Orientem regione Boutan, ad Meridiem territorio *British Boutan* nuncupato, ad Occidentem denique summitate montium trans flumen Rongpo quorum primum culmen Occidentem versus Maphyla appellatur et extremum ad Septentrionem, Gainshari.

Hanc vero Eminentissimorum Patrum sententiam, SSmus Dnus N. Pius div. prov. Pp. X, audita relatione Sibi facta a R. P. D. Sacrae huius Congregationis Secretario in Audientia eiusdem diei 26 februarii, in omnibus ratam habuit et confirmavit atque praesens in re Decretum expediri iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 20 Martii, anno 1912.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L.&S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

5 ianuarii 1912. — *Episcopus titularis Mylasensis,* R. P. Ioseph Maria Caro Rodríguez, Vicarius Apostolicus de Tarapacá.

— *Episcopus titularis Olenensis,* R. P. Aloisius Silva Lezaeta, Vicarius Apostolicus de Antofagasta.

16 ianuarii. — *Archiepiscopus Antibarensis (Antivari),* R. P. Nicolaus Döbrecic, e civitate vulgo *Cettigne.*

2 februarii. — *Episcopus Martinicensis,* R. P. Ioseph Malleret, e Congregatione a Spiritu Santo.

17 februarii. — *Episcopus titularis Dibonensis et Vicarius Apostolicus Oceaniae Centralis,* R. P. Ioseph Felix Blanc, e Societate Mariae.

27 februarii. — *Archiepiscopus titularis Amidensis et Coadiutor cum iure successionis Archiepiscopi Brisbanensis,* R. P. D. Iacobus Duhig, translatus a Sede Episcopali Rockhamptonensi.

1 martii. — *Episcopus titularis Gordensis et Vicarius Apostolicus Orae Benini (Costa di Benin) in Africa Septentrionali,* R. P. Ferdinandus Terrien, e Societate Lugdunensi Missionariorum ad Afros.

4 martii. — *Archiepiscopus Atheniensis et Delegatus Apostolicus pro Graecia,* R. P. Aloisius Petit, e Congregatione Augustinianorum ab Assumptione.

— *Archiepiscopus Corcyrensis,* R. P. Dominicus Darmanin, translatus a Sede Episcopali Syrensi.

S. CONGREGATIO RITUUM

L

EGITANIEN.

DUBIA.

Episcopus Egitaniensis Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequentia dubia subiecit; nimirum:

I. Utrum Decretum n. 3096 - quo declaratur die vigesima quinta Aprilis occurrente in Dominica, in Ecclesiis ubi unicus est Sacerdos, Missam cum cantu Rogationum, quando fit Processio, valere etiam pro adimplendo onere Missae Parochialis - extendi possit ad Missam quae cani permittitur de Festo Commemorationis solemnis SSmi Corporis Christi Dominica infra Octavam eiusdem, saltem ubi fit Processio?

II. An Decretum diei 11 Maii 1911 ad II - quo edicitur organum adhiberi posse, in casu necessitatis, solummodo ad associandum et sustinendum cantum, silente organo cum silet cantus in Officiis et Missis in quibus sonus organi prohibetur - semper valeat, sive adhibeatur cantus Gregorianus, sive polyphonicus?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae, respondendum censuit:

Ad I. Negative, nisi obtineatur indultum.

Ad IL Affirmative.

Atque ita rescripsit, die 22 Martii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

II.

DECRETUM

SEU DECLARATIO SUPER NOVIS RUBRICIS.

Novis dispositionibus a Sancta Sede evulgatis, ad S. Rituum Congregationem pro opportuna solutione insequentia dubia delata sunt; nimirum :

I. Quum in novis Rubricis unicum praescribatur Suffragium de Omnibus Sanctis in quo mentio fit de Sancto Ecclesiae Titulari, quae-

ritur quid faciendum in Ecclesiis habentibus pro Titulo aliquod Domini Mysterium?

IL An Suffragium de omnibus Sanctis locum habeat in Vigilia Omnium Sanctorum, quando de ea fit Officium aut Commemoratio in Officio semiduplici?

III. An versiculus *Oremus et pro Antistite nostro N.* cum suo responsorio, nuperrime inter Preces feriales insertus, dicendus sit etiam ab Episcopis Titularibus cum pronunciatione nominis Episcopi Dioecesani?

IV. Num idem versiculus dicendus sit a Missionariis cum pronunciatione nominis Vicarii Apostolici, aut Praefecti, aut Praelati?

V. Quum in Feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum et in Vigiliis, in quibus occurrat Officium ritus duplicis maioris seu minoris aut semiduplicis, Missae privatae dici possint, ex dispositione novarum Rubricarum, vel de Festo cum commemoratione Feriae aut Vigiliae, vel de Feria aut Vigilia cum commemoratione Festi; quaeritur an in hac Missa de Feria aut Vigilia adiungenda sit tertia Oratio pro diversitate temporis?

VI. Quae Praefatio usurpanda est in Duplicibus II classis Praefationem propriam non habentibus, quando occurrunt in Dominica minori et simul in die Octava alicuius Festi Domini, aut B. M. V., aut Apostolorum?

VII. Quando Officium Dominicae II post Epiphaniam, ad normam Decreti diei 2 Martii currentis anni, anticipatur die decima sexta Ianuarii, occurrente etiam die infra aliquam Octavam, huius Octavae Commemoratio fìerine debet in Officio eiusdem Dominicae anticipatae?

VIII. Et quatenus affirmative, adiungine debet Suffragium ad Laudes et Preces ad Primam?

IX. Quando Officium alicuius Dominicae infra hebdomadam anticipatur, Psalmi feriales in Laudibus primo vel secundo loco sumendi sunt?

X. Utrum suppressa censenda sit facultas adiiciendi in Missa orationes usque ad septem in simplicibus et ferialibus per novas Rubricas, quae collectas excludunt quando habetur quarta oratio?

XI. Utrum Collectae, si fuerint duae, ambae adiiciendae sint post tertiam praescriptam orationem; an una tantum?

XII. Quum quibusdam Dioecesibus, necnon Ordinibus aut Congregationibus Religiosis, Indultum a S. Sede concessum fuerit quaedam Officia particularia semel aut pluries in mense aut in hebdomada, imo etiam singulis anni diebus, exceptis solemnioribus, celebrandi; ex. gr. SSmi Sacramenti, SSmi Cordis Iesu, B. M. V. Immaculatae, etc. sive

sub ritu semiduplici, sive etiam sub ritu duplici minori aut maiori, ita ut videantur non officia Votiva, sed quasi Festiva; quaeritur an ista Officia comprehendantur inter Officia Votiva quae a novis Rubricis (tit. VIII, num; 1) suppressa declarantur?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae, reque sedulo perpensa, rescribendum censuit:

Ad L Nihil in casu fiat de Titulo.

Ad IL Negative.

Ad III. Episcopos Titulares non teneri.

Ad IV. Negative, nisi eadem nomina in Canone Missae, ex Apostolico Indulto, pronuntietur.

Ad V. Si Officium ritus duplicis recitatum fuerit, negative ; si vero ritus semiduplicis, affirmative.

Ad VI. Adhibeatur Praefatio quae dicenda foret in Missa de Dominica.

Ad VII. Affirmative.

Ad VIII. Negative.

Ad IX. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad X. Negative.

Ad XI. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad XII. Affirmative.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 22 Martii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MOLLARD-VARIGAULT).

Regnante feliciter Pio PP. X, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 27 ianuarii 1912, RR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de Turno, in causa* « Parisien. - Nullitatis Matrimonii », *instante pro appellatione Defensore Vinculi Parisiensi adversus sententiam Curiae Parisiensis, inter Suzannam Mollard, repraesentatam per Procuratorem Nazarenum Ferrata, Advocatum, et Rogerium Varigault, qui, legitime citatus, nihil unquam respondit, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Die 29 septembris 1902, Suzanna Mollard et Rogerius Varigault matrimonium contraxerunt coram parocho loci S. Avertin, dioecesis Turonensis, quo in loco Suzannae genitores domum quamdam conduxerant, ubi quotannis aliquot hebdomadibus degebant. Mense aprili anni 1908, Rogerius Liberiam in Africa profectus est; cum autem primis mensibus anni 1909 in Galliam rediisset, Suzanna, attenta valetudine viri et consultis medicis, vitam coniugalem redintegrare noluit; unde Rogerius separationem thori a tribunali civili petiit et impetravit. Suzanna autem, de nullitate matrimonii sui ob defectum formae Tridentinae edocta, coram Curia Parisiensi, oblato libello die 19 novembris 1909, agere coepit ut suum cum Rogerio matrimonium nullum declararetur ex defectu formae Tridentinae ; a qua revera Curia sententia prolata est die 14 iulii 1910 pro matrimonii nullitate. Cum ergo ab hac sententia Defensor Vinculi Parisiensis, pro munere suo, ad S. Rotam appellasset, hic, more solito, dubiam concordatum est: *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Cui dubio RR. PP. DD. Auditores respondendum censuerunt: *Affirmative.*

In iure, quod vigebat tempore quo contractum fuit dictum matrimonium, certum est matrimonium esse nullum, quando contractum fuit « aliter quam praesente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi « vel Ordinarii licentia, et duobus vel tribus testibus » (Concil. Trid.,

cap. *Tametsi,* I, sess. 24, *De Reformatione Matrimonii).* Per Parochum autem intelligitur ille, qui sit alterutrius sponsi parochus proprius ratione domicilii aut quasi-domicilii; quod si alteruter sponsus sit iuridice vagus, parochus loci ubi commoratur tempore contracti matrimonii (omissa controversia de ceteris parochis), est eius parochus proprius. Unde, ut matrimonium sit validum, requiritur praesentia parochi proprii in dicto sensu, vel alterutrius sacerdotis de licentia parochi proprii vel Ordinarii.

In facto, matrimonium de quo agitur, inter Suzannam Mollard et Rogerium Varigault, contractum fuit coram Rev. D. AUégret, parocho loci S. Avertin, dioecesis Turonensis.

Porro : I° Parochus loci S. Avertin non erat parochus proprius nec Rogerii Varigault, quod est extra controversiam, nec Suzannae Mollard.

2° Ad hoc celebrandum matrimonium nulla fuit concessa licentia a parocho proprio vel Ordinario alterutrius sponsi.

Quod attinet ad prius punctum, scilicet quod parochus loci « St-Avertin » non erat parochus proprius Suzannae, res clarissima est. Tempore matrimonii, nimirum die 29 septembris 1902, Suzanna, utpote nata die 22 Septembris anni 1880 (cf. fidem « matrimonii civilis »), erat maiorennis; attamen, quia nunquam cessaverat habitare cum parentibus, horum domicilium, quod de iure minorennis acquisierat, retinebat. Porro parentes domicilium habebant Parisiis, via dicta « d'Aumale », n. 16, in parochia Dominae Nostrae Lauretanae. Sic enim testatur Henricus Mollard, pater actricis: « Au moment du mariage, j'habitais « 16, rue d'Aumale, depuis environ deux ans »; ita etiam Dña Mollard, mater actricis, in suo interrogatorio, ad 6. Quibus concinunt, praeter ipsam Suzannam actricem, alii testes, v. g., Carolus Hervé, qui coquus erat in familia Mollard, in suo interrogatorio, ad 6; Dna Ludovica d'Auzay ad 6, etc. Domicilium ergo Suzannae erat n. 16 via dicta « d'Aumale », Parisiis. Praeter autem hoc domicilium, Suzannae genitores domum quamdam, dictam « la Sagerie », in parochia S. Avertin, dioecesis Turonensis, anno circiter 1900, conduxerant, ubi quotannis, rusticationis causa, aliquot hebdomadas degebant. De quo audiendi sunt testes. Henricus Mollard ait: «J'avais loué à St-Avertin, Indre-et-Loire, une pro-« priété à bail de trois, six ou neuf ans, qui me servait de garde-meubles, « en attendant que j'aie trouvé à caser tout mon mobilier. Ma femme « passait peut-être un mois chaque année, ou deux, dans cette propriété. « Pour moi, j'allais l'y trouver, y passant peut-être huit à quinze jours « à la suite. Au moment du mariage, il y avait peut-être deux ans que

« j'avais loué cette propriété. Après le mariage j'ai continué à jouir de «cette propriété dans les mêmes conditions qu'auparavant, jusqu'au « moment où, ayant trouvé ce qui me convenait à Nice, je m'y installai « définitivement ». Sic etiam Dña Mollard : « Pour St-Avertin, nous y « avions loué une maison où j'allais passer le temps pendant lequel mon « mari était aux camps ou aux manœuvres. J'y restais environ de six << semaines à deux mois. Nous avions un bail de trois, six, neuf ans. « Après le mariage, nous avons continué d'avoir cette habitation dans « les mêmes conditions, mais y allant de moins en moins ». Ita pariter praedictus Carolus Hervé, qui ubique familiam sequebatur : « L'année « du mariage, le colonel Mollard est arrivé à St-Avertin la veille du « mariage. Madame Mollard s'y trouvait depuis quinze jours ou trois « semaines, avec des voyages à Paris. Le colonel quitta St-Avertin deux « ou trois jours après le mariage. Madame Mollard habitait St-Avertin « environ un mois ou six semaines. Le général y passait quinze jours « au plus. L'installation était assez sommaire, mais les meubles appar- « tenaient à M. Mollard ». Ita etiam Dnus et Dña Lucas, qui rem probe noverant, quippe qui, tempore quo familia Mollard non commorabatur in conducta domo S. Avertin, ipsi in hac domo, cuius claves eis commissae erant, habitabant. Dnus Lucas ait: « À cette époque (anno 1900), « Mr Mollard avait loué " la Sagerie „, au-dessus de St-Avertin, pour en « faire un garde-meubles. Mr Mollard nous a dit que cette propriété lui « avait plu, que les prix étaient abordables et qu'il en avait fait un « garde-meubles. A Paris, les appartements sont petits ; il lui aurait fallu « vendre ses meubles ou louer un endroit pour les déposer. C'est ce « qui l'a déterminé à louer cette maison de campagne. Il savait fort « bien que ses occupations ne lui permettraient pas de l'habiter long- « temps. Sa femme, autant que je me le rappelle, y passait tout au plus « deux mois chaque année. Je ne sais pas s'ils avaient eu l'intention « d'y séjourner davantage. Mais, au lieu d'aller aux bains de mer, c'est « là qu'ils allaient passer les vacances. D'ailleurs, qu'on loue " la Sagerie „ « pour trois mois ou pour une année, c'est le même prix ». Ad hoc autem quaesitum: « Croyez-vous que Mr et Madame Mollard aient eu « l'intention de passer à St-Avertin une partie notable de l'année? » respondit: « Certainement non; la situation du colonel ne le lui per- « mettait pas ». Et ad hoc: « Pendant combien de temps y est-il resté «après le mariage?» respondit: «Au moins quatre ou cinq ans. C'est « moi qui avais les clefs, et nous jouissions de la propriété quand les « Mollard n'y étaient pas ». Et ad hoc: « Combien de temps par an la « famille Mollard habitait-elle cette maison de campagne? » respondit:

« Cinq ou six semaines, deux mois au plus ». In eodem sensu Dña Lucas ad hoc quaesitum: « Combien de temps par an la famille Mollard habi-« tait-elle cette maison de campagne? Comment était-elle installée ou « meublée ? » respondit : « Très peu, Madame Mollard venait deux ou « trois jours à Pâques, sans domestique, et revenait plus tard, au mo-« ment des vacances, avec sa famille. Elle ne restait guère que deux « mois, du quinze au vingt juillet jusqu'au vingt septembre. Cette maison « servait de garde-meubles. Ils avaient hérité d'un hôtel, rue d'Aumale, « à Paris, qui était meublé. Je crois qu'ils avaient déposé à St-Avertin «leurs meubles à eux, dont ils ne savaient plus que faire, quand le «colonel quitta Toul pour venir à Paris »; et ad hoc quaesitum: « Avaient-ils l'intention d'habiter St-Avertin? » respondit: « Je ne crois « pas, vu que le colonel était toujours en activité » ; et ad hoc : « Savez-« vous quelle a été l'intention de Mr et de Madame Mollard en louant « cette maison? S'y considéraient-ils comme chez eux? » respondit: « Ils « étaient bien chez eux, puisqu'ils avaient loué la maison; mais c'était « un chez eux où ils ne paraissaient guère. Ils ne se sont jamais con-« sidérés là comme chez eux pour s'y faire des relations, bien qu'ils « aimassent à en avoir. Ils disaient qu'ils restaient trop peu de temps « à leur campagne; mon mari et moi, qui avions les clefs, nous enjouis-« sions beaucoup plus qu'eux. Les deux années qui ont suivi le mariage, « ils ont même sous-loué, pendant la saison d'été, d'abord à une Anglaise « ou Américaine, (puis) à un officier de cavalerie. La troisième année, « n'ayant pas trouvé à sous-louer, ils se sont retirés; du moins je le « crois. » Ita pariter Dña Ludovica d'Auzay: « Je ne sais pas depuis « combien de temps il (Henricus Mollard) avait une maison à St-Avertin. « Je sais que cette maison était simplement en location, mais que les « meubles appartenaient à la famille. Ces dames y venaient pendant « les vacances, et le colonel n'y faisait que quelques apparitions ». His genuina referunt Georgius Varigault, pater rei, in suo interrogatorio, ad 6; Dna Varigault, in suo pariter interrogatorio, ad 6, 7 et 8.

Ex his ergo attestationibus haec clare constant: I°. Familia Mollard, anno 1900, conduxerat aliquam domum dictam « la Sagerie », in parochia S. Avertin, dioecesis Turonensis, tum ut ibi supellectilem reponeret, tum ut ibi quotannis per aliquod tempus, rusticationis causa, degeret. 2°. De facto, familia Mollard in praedicta domo paucas hebdomadas quotannis commorabatur: et quidem Dna Mollard, quando vir eius, relictis Parisiis, ad exercitationes militares (gallice dictas « grandes manœuvres »), mense augusto vel septembri, proficiscebatur, in domum « la Sagerie » cum filia Suzanna se conferebat; vir autem, expletis prae-

dictis exercitationibus, illuc etiam veniebat, Parisios circa finem septembris reversurus; unde mater et filia 6 circiter aut 8 hebdomadas, pater autem 8 aut 14 dies quotannis in praedicta domo transigebant. 3°. Paucis post annis, scilicet duobus aut tribus annis post matrimonium Suzannae, familia Mollard omnino reliquit domum S. Avertin. Itaque clarum est parochum loci S. Avertin nihil aliud fuisse quam, ut dicitur, parochum ruris seu rusticationis. Norunt autem omnes, et tralatitii inconcussique iuris est, parochum ruris non esse parochum proprium in ordine ad matrimonium, quia nimirum habitatio bimestris non attingit rationem quasi-domicilii. Quod eo magis in casu verum est, quod, hoc praecise anno quo matrimonium celebratum est, scilicet anno 1902, familia Mollard minori etiam tempore in domo S. Avertin commorata est; imo, hoc anno, Suzanna vix duos aut tres dies ibi degit; post enim plures menses Pictaviis, ob aegram valetudinem, transactos, pridie matrimonii venit in domum S. Avertin, quam cum sponso reliquit postridie matrimonii. Sic enim ipsa ait: « J'y suis allée (à St-Avertin) pendant les vacances de « 1900 et 1901 ; en 1902, je n'y suis arrivée que la veille de mon mariage, « pour en repartir le lendemain ». Quod passim confirmant testes. Unde certo certius parochus S. Avertin non erat parochus proprius quoad matrimonium Suzannae cum Rogerio.

Nec dicatur Suzannam, tempore matrimonii, fuisse iuridice vagam, et proinde, saltem hoc titulo, parochum S. Avertin fuisse parochum eius proprium in ordine ad matrimonium. Iuridice vagus ille est qui nullibi habet domicilium aut quasi-domicilium. At certe, ipso tempore matrimonii, Suzanna servabat domicilium (aut, si velimus, quasi-domicilium), quod eius parentes fovebant Parisiis. Quando enim aliquis filius minor acquisivit, de iure, domicilium (aut quasi-domicilium) parentum, illud postea non amittit, nisi quando omnino constat illum huic domicilio definitive renunciasse, v. g., acquirendo alibi aliud domicilium. Quod principium est inconcussum; status enim vagi est extraordinarius, odiosus et minime praesumendus; unde legitur in Iure Romano (ff. L. 29, *Ad Municipalem*, L. I): « Difficile est sine domicilio esse quemquam ». Porro nullo modo constat Suzannam, cum mense aprili anni 1902 recessit a parentibus ut se Pictavios conferret, domicilium paternum omnino et cum animo non revertendi reliquisse: recessit enim a parentibus, tum propter infirmam eius valetudinem, tum quia ipsi consortium parentum, ob horum repugnantiam ad suum cum Rogerio matrimonium, taediosum et grave factum esset. Sed nihil probat Suzannam abiisse cum animo non revertendi; quid enim si vel ipsa, vel Rogerius, vel alterutrius familia, tractatus matrimoniales rumperet? Unde etiam cautum

est in Iure Romano sponsas non amittere domicilium paternum, nisi per ipsum reipsa celebratum matrimonium : « Ea quae desponsa est, « ante contractas nuptias suum non mutat domicilium » (L. *Ea quae,* 32, ff., *Ad Municipalem,* L. I). Quod etiam receptum est in Iure canonico, quia tandem aliquando, quamdiu matrimonium non est reipsa celebratum, sponsalia possunt licite vel illicite resolvi, et sponsa redire ad domum paternam. Unde domicilium quod Suzanna, de iure et de facto, acquisierat in domo paterna, non amisit nisi per suum matrimonium, scilicet die 29 septembris anni 1902. Unde ante suum matrimonium nunquam fuit vaga.

Veniamus ergo ad *alterum punctum:* scilicet parochus S. Avertin nullam recepit delegationem a parochis propriis nec ab Ordinariis sponsorum.

Et quidem non recepit delegationem a parocho Dominae Nostrae Lauretanae, Parisiis, tum quia nulla delegationis mentio reperitur in fide matrimoniali, tum quia nulla petita fuit delegatio, tum quia attestatio scripta proclamationis bannorum non continebat delegationem ; sic enim ait Henricus Mollard, pater actricis, qui hanc scriptam attestationem tradidit in manus parochi S. Avertin: « Je puis certifier que le « certificat de publications ne portait aucune délégation pour M. le Curé « de St-Avertin ». Unde nullus in hac attestatione vidit delegationem, nec parochus S. Avertin, qui ea de re nullum fecit verbum cum vicario, nec vicarius, qui tamen accuratissime omnia verba omnesque ápices huius attestationis perlegit, imo perscrutatus est; siquidem ibi advertit *datam* erasam ; ait enim : « J'ai fait remarquer à Mr le Curé qu'une date « avait été raturée ».

Nec etiam parochus S. Avertin recepit delegationem a parocho sponsi, scilicet a parocho S. Iacobi oppidi Castres, in dioecesi Albiensi, propter rationes iam supra expositas, quae pariter valent de parocho sponsi ; unde nullus unquam dixit aut suspicatus est delegationem fuisse datam a parocho sponsi.

Nec parochus S. Avertin recepit delegationem ab Ordinario Parisiensi; ut enim constat ex Actis, nullus adivit Ordinarium Parisiensem ut ab eo peteret delegationem in ordine ad praesens matrimonium; revera regesta Officialitatis Parisiensis, in quibus cautissime perscribuntur delegationes omnes matrimoniales concessae, nihil continent quod ad rem praesentem referatur.

Remanet ergo Ordinarius Turonensis, a quo Rev. Denis, qui fuit Defensor Vinculi in processu Turonibus facto, dicit, in epistola diei 7 martii 1910, concessam fuisse delegationem parocho S. Avertin in

ordine ad praesens matrimonium; quod etiam insinuavit Rev. Desprès, qui tempore matrimonii vicarius erat in parochia S. Avertin; dicit enim in scripta declaratione: « Mon sentiment est que Mr le Curé de St-Avertin « est allé à l'archevêché de Tours, comme je me rappelle bien qu'il m'a « dit l'avoir fait, afin de se mettre en règle pour avoir le droit de célé- « brer le mariage ».

Verum, quod truncat omnem difficultatem, Archiepiscopus Turonensis non erat Ordinarius sponsorum in ordine ad matrimonium, et ideo non valebat delegare sacerdotem ad celebrandum hoc matrimonium. Non enim erat Ordinarius sponsae; nam supra visum est familiam Mollard non habitasse quotannis in loco S. Avertin nisi per aliquot hebdomadas et rusticationis causa, et proinde ibi nec domicilium nec quasi-domicilium habuisse; unde nec parochus S. Avertin nec Ordinarius Turonensis competentes erant relative ad praesens matrimonium.

Nec Archiepiscopus Turonensis erat Ordinarius sponsi: quod facile demonstratur. Nam:

T Parentes Varigault, tempore matrimonii, scilicet die 29 septembris anni 1902, nullum domicilium aut quasi-domicilium habebant in dioecesi Turonensi. Emerant quidem, anno circiter 1895, domum quamdam in loco dicto « Royville » in parochia *Gérelles;* de qua domo Rñdus Paschalis Liot, qui erat et est parochus Gérelles, haec ait in scripta sua declaratione diei 12 februarii 1910: « J'ai déclaré que les Varigault étaient mes « paroissiens. Il y a environ quinze ans qu'ils possèdent à Cérelles une pro- « priété, petit castel, qu'ils ont achetée. Après l'avoir entièrement meublée, « ils y ont installé, dans une maisonnette faisant partie de l'habitation et « y attenant, un ménage pour garder et entretenir la petite propriété et « aussi pour être à leur service, s'il le fallait, lorsqu'ils viendraient à « Royville. Concierges et gardiens sont payés à l'année. Les Varigault, « le général étant en activité de service, ne venaient chaque année « qu'un temps relativement court: un ou deux mois ». Haec confirmat Georgius Varigault, pater rei, in suo interrogatorio, ad 4: « Au moment « du mariage, j'habitais Cérelles (Indre-et-Loire), dans ma propriété de « Royville. Au temps de mon activité, je ne faisais que de courts séjours « à Royville; depuis mon entrée aux cadres de réserve (in fine an. 1901 ; « cf. interrog., ad 3), je passe cinq mois en moyenne dans ma propriété. « En 1902, année du mariage, j'ai du aller à Royville vers le mois de «juillet environ; j'y suis resté jusqu'après le mariage, commencement « d'octobre. Mon domicile habituel était Paris, rue de Bourgogne, aupa- « ravant rue Madame ». Quibus addit, modo dubio et incerto, Dña Varigault, mater rei: « Au moment du mariage, septembre 1902, nous étions

« à RoyviHe, paroisse de Cérelles. Nous étions arrivés, je crois, en juin « ou juillet, pour repartir vers novembre ou décembre. Notre domicile « était à Paris, 54, rue de Bourgogne. Mon fils demeurait à Castres, où « il était lieutenant au régiment d'artillerie depuis 1900 ». Unde usque ad finem anni 1901, familia Varigault non commorata est quotannis in domo Royville nisi ad summum per duos menses, ut videmus ex concordius testimoniis Rñdi Liot, parochi Cérelles (« Les Varigault, le général « étant en activité de service, ne venaient chaque année qu'un temps « relativement court; un ou deux mois ») et Georgii Varigault (« Au « temps de mon activité, je ne faisais que de courts séjours à Royville »), et concluditur etiam ex ipsa status necessitate; cum enim Georgius Varigault active militaret (« était en activité de service ») usque ad finem anni 1901, hoc tempore non poterat commorari in domo Royville nisi ad tempus breve; et, etiamsi voluisset, hoc tempus protrahere non potuisset, obstantibus status militaris officiis et necessitatibus; unde,, usque ad finem anni 1901, familia Varigault non nisi breviter commorabatur (« ne faisait que de courts séjours ») in domo Royville, otii aut rusticationis causa, ideoque parochus loci *Cérelles* non erat nisi parochus raris seu rusticationis, sicut diximus supra de parocho S. Avertin.. Anno matrimonii, scilicet anno 1902, Georgius Varigault paulo diuturnius, scilicet ad tres aut quatuor menses, remansit in domo Royville, ut ipse affirmat; attestatio enim Dñae Varigault, quae loquitur modo dubio et incerto, intelligi debet in sensu a viro asserto et declarato; insuper ipse modus loquendi, dubius et incertus, Dñae Varigault palam facit non fuisse in eius mente firmum propositum commorandi in domo Royville per maiorem anni partem; unde, nec etiam hoc anno 1902 familia Varigault habuit domicilium aut quasi-domicilium in parochia Cérelles. Postea forsitan, scilicet anni 1903 et sequentibus, Georgius Varigault, in parochia Cérelles, in qua tunc habitare coepit per longius tempus, acquirere potuit alterum domicilium canonicum, distinctum a domicilio Parisiensi, ad normam capitis *Cum quis, %* De *Sepulturis,* in VI; sed, quidquid sit de hoc quaesito, quod extra praesentem causam remanet, nondum, annis 1901 et 1902, hoc alterum domicilium acquisierat; unde, tempore matrimonii, parentes Rogerii Varigault nullum domicilium aut quasidomicilium habebant in dioecesi Turonensi. Quod si forsan aliquod dubium remanet pro anno 1902, huic dubio plene et abundanter occurritur per animadversiones quae statim sequuntur.

2° Etiamsi parentes Rogerii Varigault, tempore matrimonii, domicilium aut quasi-domicilium habuissent in parochia Cérelles, attamen, hoc non profuisset ad hoc ut Archiepiscopus Turonensis dici posset

Ordinarius sponsi relative ad matrimonium. Nam, quod cautissime notandum est, Rogerius Varigault, tunc temporis, nimirum anno 1902, nullo modo dici poterat particeps domicilii quod eius parentes habere poterant in parochia Gérelles; nam maiorennis erat (triginta enim annos habebat, utpote natus diei 18 Martii 1872), et proprium domicilium fovebat in oppido *Castres,* dioecesis Albiensis, ubi, ab anno 1900, tamquam dux militaris in exercitu gallico (« lieutenant au 3e artillerie »), degebat. Nec dicatur filios, etiam maioritatem adeptos, retinere domicilium parentum donec clare constet eos huic domicilio valedixisse, sicut supra diximus de Suzanna; nam hoc verum est de domicilio paterno quod filii iam acquisierunt, vel vi legis quae filiis minoribus domicilium paternum assignat, vel facto, scilicet habitando reipsa cum parentibus; si enim nullo modo, nec iure, nec facto, domicilium paternum acquisierint, quomodo illud retinere possent? Prius est enim adipisci quam retinere. Quod ut melius explicetur, ponamus filium, qui, utpote minor, acquisivit domicilium paternum ; hic utique, etiam factus maior, retinet domicilium parentum, et illud non amittit, nisi quando clare constat ipsum huic domicilio renunciasse. Verum, si, dum filius maior est absens, parentes eius *aliud* domicilium (loquimur de *alio,* seu *novo,* domicilio, quod nondum acquisierit filius) acquirunt, hoc certo novum parentum domicilium non transit ad hunc filium maiorem absentem; quomodo enim transiret? Non vi legis, quae non respicit nisi minores; non facto parentum, quod, per se ipsum, non fundat nec fundare potest nisi domicilium parentum, nec est ulla fictio iuris quae protrahat et extendat factum parentum usque ad filium; ergo, nisi filius maior *facto proprio* novum parentum domicilium sibi proprium faciat, illud nunquam acquiret. Et hic est casus Rogerii. Dum enim erat iam maior, (scilicet anno 1902, quo triginta annos natus erat) et absens (scilicet degens in oppido *Castres*, ubi saltem quasi-domicilium habebat), eius parentes acquirunt (secundum factam hypothesim, quae tamen maxime dubia est, ut vidimus) domicilium aut quasi-domicilium in loco *Cérelles.* Sed hoc domicilium aut quasi-domicilium non transit in filium Rogerium; non transit de iure, quia Rogerius est maior; non transit solo facto parentum, ut diximus; non transit facto Rogerii, qui tunc active militabat in oppido *Castres,* nec poterat commorari in loco *Cérelles* nisi ad breve tempus, ut supra diximus de eius patre Georgio, dum hic active militabat. Factum enim proprium, quo filius maior potest acquirere domicilium parentum, est illud ipsum factum quo quilibet civis domicilium aut quasi-domicilium acquirere potest, scilicet habitatio et collocatio larium in aliquo loco cum intentione ibi manendi in perpetuum, si agatur

de domicilio, aut per maiorem anni partem, si agatur de quasi-domicilio. Porro non modo tale Rogerii factum non demonstratur in Actis, sed potius excluditur; nam documenta et testes Rogerium exhibent anno matrimonii, scilicet anno 1902, tamquam commorantem, residentem, « domiciliatum », in oppido *Castres;* fides enim matrimonii de eo dicit: « Roger Varigault,... de la paroisse de St-Jacques de Villegoutanà « Castres » ; fides matrimonii civilis : « Roger Varigault, domicilié à Cas- « tres »; actrix Suzanna Mollard dicit: « Mon fiancé demeurait alors à « Castres, où il était en garnison »; testis Henricus Mollard: « Le futur « était alors en garnison à Castres »; testis Dña Mollard: « Le futur << était en garnison à Castres »; testis Dña Varigault: « Mon fils demeu- « rait à Castres, où il était lieutenant au régiment d'artillerie depuis 1900 » ; testis Carolus Hercé : « Le fiancé, qui était, comme j'ai dit, officier d'artille- « rie, habitait Castres »; testis Rñdus Liot, parochus *Cérelles:* « Il était offi- « cier dans l'artillerie de marine, si je ne me trompe; il venait de temps en « temps au château de Royville ». Ergo, anno matrimonii, Rogerius habebat vere et certo saltem quasi-domicilium in oppido *Castres,* nec veniebat in domum *Royville* nisi per rara intervalla, et ad brevissimum tempus. Ergo, sicut etiam supra diximus de eius patre, Rogerius Varigault, his annis 1900, 1901, 1902, etiamsi voluisset, non potuisset habere domicilium aut quasi-domicilium in parochia *Cérelles;* vi enim legum quae regunt in Gallia statum militarem, praesertim pro ducibus, qualis erat Rogerius (« lieutenant au 3e artillerie »), milites, praesertim duces, domicilium (aut si vis, quasi-domicilium) *necessarium* habent in loco ubi morantur; a quo non possunt abesse, otii aut rusticationis causa, nisi per paucas hebdomadas. Unde, etiamsi parentes Rogerii Varigault domicilium aut quasi-domicilium habuissent in parochia *Cérelles,* huius domicilii aut quasi-domicilii, certo, Rogerius non erat particeps. Unde tandem, licet Archiepiscopus Turonensis fuerit Ordinarius parentum, certo non erat Ordinarius sponsi.

Et haec clara sunt et certa, nec possunt destrui aut minui ulla ulteriori testium interrogatione; nam licet concedatur ex novis attestationibus posse demonstrari aliquod quasi-domicilium parentum Varigault in loco Cérelles, nihil tamen inde sequeretur quoad competentiam Ordinarii Turonensis in ordine ad praesens matrimonium; nam haec semper firma manent, scilicet Rogerium Varigault, anno matrimonii, non fuisse participem domicilii aut quasi-domicilii paterni, et ipsum habuisse proprium domicilium aut quasi-domicilium *necessarium* in oppido *Castres.*

Et haec satis superque sunt, ut statim et absque ulla ulteriori indagine et cuiusvis interrogatione possit et debeat declarari et definiri

incompetentia Ordinarii Turonensis in ordine ad praesens matrimonium. Secundum enim principium: « Frustra probatur quod probatum non « relevat », quaelibet ulterior in re praesenti testium interrogatio frustranea et inutilis est, ideoque statim procedi potest et debet ad definitivam sententiam.

Ceterum, sit dictum ad abundantiam iuris, haec ipsamet delegatio quam Rudi Denis et Després ab Ordinario Turonensi datam fuisse parocho S. Avertin praetendunt, nullo probabili argumento demonstratur fuisse concessa. Tota enim vis eorum argumentationis nititur his verbis, quae Rñdus Després refert se audisse a parocho, nunc defuncto, S. Avertin : « Il y a trente ans que je suis à St-Avertin; je sais ce que j'ai à faire; je « suis allé à l'archevêché ». Verum ex his verbis non demonstratur certo nec probabiliter concessam fuisse delegationem ; parochus enim S. Avertin potuit adire aedes archiepiscopales alia prorsus de causa, v. g., ut interrogant de legitimitate bannorum Parisiis et Castres octo ante mensibus promulgatorum (secundum enim statuta multarum dioeceseon publicatio tam antiqua bannorum nullius momenti habetur), vel etiam ut interrogaret de necessitate promulgandi banna etiam in parochia S. Avertin. Ex praefatis ergo parochi verbis non eruitur gravis probabilitas de concessa delegatione. Quod tanto magis hic dicendum est, quod nulla de hac delegatione mentio facta est in fide matrimoniali; quam profecto mentionem (si reipsa concessa fuisset delegatio) non omisisset parochus ille, triginta annorum experientia edoctus, et, ut ipse dixit, probe officii sui conscius. Nec dicatur vicarium, non parochum, scripsisse fidem matrimonialem; nam saltem parochus fidem illam subscriptione sua obsignavit, et proinde rerum in ea contentarum vel omissarum onus in se assumpsit.

Ergo, in summa, parochus S. Avertin, ad celebrandum matrimonium de quo agitur, nullam prorsus recepit delegationem a parocho aut Ordinario competenti; cum igitur, ut supra probatum est, non fuerit parochus proprius alterutrius sponsi, matrimonium ex defectu formae Tridentinae nullum est.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, confirmata sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis, decernimus, declaramus et definitive pronunciamus : *Constare de nullitate matrimonii inter Suzannam Mollard et Bogerium Varigault,* et sic proposito dubio respondemus: *Affirmative;* statuentes praeterea eamdem Suzannam Mollard ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Reformatione,* Concilii Tridentini, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Die 27 Ianuarii 1912.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Franciscus Heiner.
Ioannes Prior.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

ANDRIEN.

RESTITUTIONIS IN INTEGRUM QUOAD PRAEBENDAM ARCHIPRESBYTERALEM.

Iamdiu in cathedrali ecclesia Andrien. inter Capitulum et Canonicum Archipresbyterum agitabatur controversia circa interpretationem decreti «Ad dirimendas » editi a S. C. Concilii, quo bonorum ecclesiis cathedralibus et paroecialibus, propter latam in Italia de patrimonio ecclesiastico legem, a Fisco relictorum, administrationi consulebatur. Post varias diuturnasque illius controversiae vicissitudines, S. Congregatio, priores suas decisiones confirmans, statuit: « Canonicum Archipresbyte- « rum conservandum esse in possessione et administratione bonorum sibi « a Fisco relictorum, itemque teneri solvere quamdam summam Massae « Capitulari ». Quum vero hac in sententia Capitulo cathedrali Andrien. videretur pars seu quota ad Archipresbyterum spectans, ideoque a quota paroeciali seiungenda, non fuisse clare designata; praedictum Capitulum iterum institit apud S. C, quae tamen in plenaria sessione diei 30 Aprilis an. 1904 definitive respondit: «In decisis et ad mentem « et amplius ». Mens insimul aperiebatur S. C, quae pariter praecipiebat, ut firmae manerent ceterae omnes dispositiones. Exinde causa in rem iudicatam transivit; adeoque censebatur nihil aliud Capitulo superesse, praeterquamquod emissae sententiae acquiescere. — Attamen res non

ita processerunt. Etenim initio anni 1909, post obitum Archipresbyteri Quacquarelli, adversus quem causa penes S. G. Concilii introducta fuerat, Capitulum, novis allegatis documentis, petiit ab eadem Congregatione, ut quaestio super merito iterum in discussionem veniret, et in casu quo S. C. abnueret dictae expostulationi de more satisfacere, quaestio tractaretur, iuris ordine servato, seu apud Tribunal S. Rotae, seu, sub titulo *restitutionis in integrum,* coram Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali. Itaque Defensor ex officio, iussu S. C. ab Ordinario Andrien. nominatus ad tuenda iura beneficii paroecialis vacantis per obitum postremi titularis, exhibuit suas animadversiones, unde emergebat dubium de iuridico valore documentorum quae Capitulum adduxerat, asserens tunc ea primum fuisse reperta postquam causa in rem iudicatam transierat. Quamobrem Emus Card. Praefectus S. C. Concilii, in audientia diei 24 Augusti 1910, humiliter supplicavit SSmo, ut dignaretur: 1) remittere quaestionem de restitutione in integrum ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal; 2) iubere ut continuo vacanti paroeciae provideretur, salva semper decisione Supremi eiusdem Tribunalis. Revera tum Ordinarius Andrien. eodem anno 1910 vacanti paroeciae in persona Rev. D. Felicis Pomo providit, tum penes Supremum hoc S. A. Tribunal, causa *Andrien. - Restitutionis in integrum quoad praebendam archipresbyteralem* de Pontificia Commissione examinari pertractarique coepit. Verum, elapso post fere integro anno, Episcopus Andrien. Supremum hoc Tribunal epistola docuit, intentatae causae nullum amplius locum fieri, propterea quia per Actum Capitularem de consensu partium rite confectum, cuius authenticum exemplar una cum epistola mittebatur, Capitulum et recens nominatus Archipresbyter cathedralis Andrien., diuturnam controversiam amice composuissent. Cuius negotii ab Emo Card. Supremi Apost. Signaturae Trib. Praefecto, in audientia diei 7 Februarii curr. anni 1912, facta relatione SSmo Dno N. Pio PP. X, Summus Pontifex praedictum *Actum Capitularem* diei 7 Augusti an. 1911, quo conventio inter partes litigantes inita atque obsignata fuit, adprobare et sancire Apostolica Sua Auctoritate dignatus est, simul praecipiens, ut vi huius conventionis perempta declaretur quaevis actio Capituli cathedralis ecclesiae Andrien. adversus eiusdem Canonicum Archipresbyterum, atque in posterum partes, quae diu contenderunt, nempe Canonici et Archipresbyter pro tempore, eadem conventione obligati prorsus teneantur.

Super quibus omnibus et singulis ipse Emus D. Vincentius Cardinalis VannutelJi, Supremi huius Signaturae Apostolicae Tribunalis Praefectus, decretum hoc per infrascriptum Actuarium, Cancellarii munere

fungentem, contici atque expediri iussit, cum solemnitatibus et clausulis, quae sunt de iure, et ad *Legis Propriae* normam requiruntur.

Datum Romae ex aedibus S. T., die vigesima mensis Februarii 1912.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. ✠ S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

Il giorno 26 Marzo 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione Ordinaria Particolare dei Sacri Riti, nella quale furono sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, le seguenti Cause:

I. Intorno al culto in ossequio ai decreti di Urbano VIII non mai prestato al Ven. Servo di Dio Placido Baccher, Sacerdote Secolare del Terzo Ordine di S. Domenico, Rettore dell'antica Chiesa del SSmo Nome di Gesù in Napoli;

II. Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito in Roma sopra la fama della santità della vita, delle virtù e dei miracoli in genere della Ven. Serva di Dio Maria De-Mattias, Fondatrice delle Suore del Preziosissimo Sangue;

III. Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia di Orléans sopra tre miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Giovanna d'Arco; e finalmente

IV. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Pietro Bardesio, Laico Professo dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

29 Marzo 1912. — L'Emo Sig. Cardinal Diomede Falconio, *Protettore dell' Istituto delle Suore Missionarie Francescane aventi la casa Madre in Cordoba (Repubblica Argentina).*

6 Aprile. — Il Rev. P. Pietro Benedetti, della Congregazione dei Missionari del S. Cuore di Gesù, *Direttore del Bollettino Ufficiale « Acta Apostolicae Sedis ».*

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio :

21 Marzo 1912. — Mons. Alfonso Archi, Vescovo di Como.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

28 Marzo 1912. — Mons. Giuseppe Antonio Roca, Canonico della Cattedrale di Lima.

Prelati domestici di S. S.:

6 Marzo 1912. — Il Rev. D. Nicola Pusino, della Diocesi di Boiano.

22 Marzo. — Il Rev. Can. D. Giorgio Wagner, già Vicario Generale dell'archidiocesi di Bamberga.

23 Marzo. — Mons. Stefano Révész, della diocesi di Vacia.

27 Marzo. — Il Rev. D. Giovanni Mauro, Canonico Arciprete-Curato della Metropolitana di Udine.

29 Marzo. — Il Rev. D. Giacomo Edoardo Cassidy, Vicario Generale della Diocesi di Fall-River.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda delV Ordine di S. Silvestro Papa :

21 Marzo 1912. — Al Sig. Dott. Pietro Neri, di Roma.

27 Marzo. — Al Sig. Antonio Cristiano Maria Koedijk, tesoriere della Società del Divin Redentore in Amsterdam.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 Marzo 1912. — Al Sig. Gaston Mercier, della diocesi di Liegi.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

20 Marzo 1912. — Al Sig. Giacomo Brennan, della diocesi di Perth in Australia.

— Al Sig. Giacomo Daniele Connolly, della stessa diocesi.

— Al Sig. Daniele Kenny, della stessa diocesi.

28 Marzo. — Al Sig. Luigi Bugarini, di Roma.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

27 Gennaio 1912. — Mons. Alfonso Terzi, dell'archidiocesi di Bologna.
1 Febbraio. — Mons. Giuseppe Migone, dell'archidiocesi di Genova.
20 Marzo. — Mons. Giuseppe Marazzi, della diocesi di Albano.
27 Marzo. — Mons. Vittore Del Pavero, della diocesi di Belluno.
— Mons. Emilio Bongiorni, della diocesi di Brescia.
— Mons. Emilio Callocchia, Cappellano della Gendarmeria Pontificia.
1 Aprile. — Mons. Francesco Albert, della diocesi di Leitmeritz.
— Mons. Giuseppe Funk, della diocesi di Leitmeritz.

Camerieri d'onore di S. S. in abito paonazzo :

20 Marzo 1912. — Mons. Pietro Bonnin, della diocesi di Autun.
27 Marzo. — Mons. Antonio Nicolò, Archivista della S. C. dei Sacramenti.
3 Aprile. — Mons. Angelo Ruspini, dell'archidiocesi di Zagabria.
— Mons. Valentino Cebusnik, della stessa diocesi.
— Mons. Giovanni Borkovic, della stessa diocesi.
— Mons. Stefano Korenic, della stessa diocesi.
— Mons. Mattia Prostenik, della stessa diocesi.

Camerieri d'onore extra Urbem:

Marzo 1912. — Mons. Felice Forgione, della diocesi di Avellino.
Aprile. — Mons. Edgardo Vauquelin, della diocesi di Moulins.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario:

26 Marzo 1912. — Sig. Edoardo Papin, dell' archidiocesi di S. Luigi degli Stati Uniti d'America.

Annus IV. - Voi. IV. Die 30 Aprilis 1912. Num. 8

ACTA AP(™CAE1EDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

CONFRATERNITAS NOSTRAE DOMINAE A SACRO CORDE IESU, IN TEMPLO MISSIONARIORUM SS. CORDIS CIVITATIS QUEBECENSIS CANONICE INSTITUTA, ERIGITUR IN PRIMARIAM CUM FACULTATE AGGREGANDI IN UNIVERSA DITIONE CANADENSI.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Tota Canadensi regione, sicuti accepimus, Beatissimae Virginis Mariae, appellatione Nostrae Dominae a sacratissimo Corde invocatae, cultus simul atque innotuit diffusus est, eiusque simulacrum in multis parochiarum templis publicae venerationi expositum apparuit. Quum autem anno MCM presbyterorum Societas qui Missionarii sacratissimi Cordis Jesu vulgo audiunt, in illa quoque natione domicilium sibi constituisset, cultus ipse, faventibus Sacrorum Antistitibus, novum cepit incrementum. Nam, inter alias studiosae illius Societatis sollertias, Annales Nostrae Dominae publicari coepti sunt; qui commentarii, singulis mensibus Christianorum familiis enarrantes beneficia quae Beatissima Virgo ad se confugientibus largiri consuevit, pietatem adeo fovere et alere visi sunt, ut mirum quantum eorum numerus qui Archiconfraternitati principi adscribi cuperent, quotannis augeretur. Denique venerabilis Frater Ludovicus Nazarius Bégin, Archiepiscopus Quebecensis, consilio et auctoritate sua effecit ut in urbe Archidioeceseos capite, corrogata stipe, curantibus quos supra laudavimus presbyteris, pulcherrimum templum B. M. V. sacrum excitantur, in quo Confraternitatem Nostrae Dominae rite erectam eorumdem

regimini commisit. Iamvero, quum hodiernus Superior Missionariorum sacratissimi Cordis in civitate Quehecensi commorantium impensis precibus a Nobis flagitaverit ut Confraternitatem illam Primariae dignitate irisigniremus, Nos, persuasum habentes id summopere conducere posse, Deipara adiuvante, ad bonum animarum, huiusmodi votis, gravi eiusdem venerabilis Fratris commendatione suffultis, ultro libenterque satisfaciendum esse censuimus. Confraternitatem igitur sub titulo Nostrae Dominae a sacratissimo Corde in templo Missionariorum SS. Cordis civitatis Quebecensis canonice institutam, Auctoritate Nostra Apostolica, per has litteras in primariam evehimus atque erigimur perpetuum quidem in modum et cum omnibus privilegiis quae primariis sodalitiis de iure competunt. Huius autem Primariae sic per Nos erectae Confraternitatis Moderatoribus atque Officialibus praesentibus et futuris concedimus ut ipsi, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII, Decessoris Nostri rec. me., aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis, alias eiusdem tituli atque instituti sodalitates, nunc et postero tempore intra fines ditionis Canadensis canonice erectas vel erigendas, sibi rite aggregare, cum illisque communicare perpetuo queant omnes et singulas indulgentias et spirituales gratias quae sint communicabiles, eidem Primariae Confraternitati a Sede Apostolica concessas: decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, atque efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive in posterum spectare poterint plenissime suffragari, sicque per quoslibet iudices ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque omnibus, speciali quamquam et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxv martii MCMXii, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L.$i S.

EPISTOLA-.

AD R. P. D. ANTONIUM ADULPHUM PEREZ, EPISCOPUM S. SALVATORIS IN AMERICA, POST PRIMUM CONVENTUM EIUSDEM DIOECESIS CATHOLICORUM FELICITER CELEBRATUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Habuimus cur laetaremur cum ab Apostolico Delegato nuncium accepimus primi conventus dioecesis istius catholicorum, in principe ista urbe, novembri proxime elapso celebrati, iis etiam faventibus qui Salvatorianam rem publicam administrant. Rei vero gestae relationem peragentes, praeter Eucharistica sollemnia, de quibus vehementer gratulamur, quaedam animadvertimus conventus ipsius vota ac postulationes populari pietati fovendae summopere accommodata. Clericos ceterosque fideles, ut ea in usum deducant, etiam atque etiam hortamur, utilitates animo praecipientes quas inde, Dei beneficio, consecuturas confidimus.

Quod vero ad studia attinet tuendae publicae prosperitatis, decet plane catholicos viros *ad omne opus bonum*, ut ait Apostolus, *paratos esse* et ceteris exemplum praebere rectae actuosaeque voluntatis, quae nimirum a iustitiae, a caritatis legibus nunquam deflectit. Quibus quidem virtutibus si debitus desit honos, si Apostolicae Sedis iterata in hoc genere iussa ac monita non religiose serventur, profecto nihil unquam efficiatur solidae mansuraeque utilitatis.

Testis benevolentiae Nostrae atque auspex divinorum munerum Apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, supremis catholicae istius Reipublicae moderatoribus, iis denique qui conventui interfuerunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx aprilis MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

BRIXIEN. ET ALIARUM.

CONCURSUUM PAROECIALIUM.

Praesens non levis quidem momenti controversia respicit quamdam normam pro concursibus paroecialibus, ab episcopis provinciae ecclesiasticae Mediolanensis in conferentia episcopali habita mense septembris anni 1896 in oppido *Groppello* dioecesis Viglevanensis approbatam, quae vulgo audit *Regolamento per i concorsi alle parrocchie nella Provincia Lombarda. Vt* quaestionis status pateat, eiusdem originem paucis exponere, nec non dispositiones praefatae legis seu *Regolamento* transcribere, opportunum duco.

Quinque concurrentes die 21 ianuarii 1910 ad vacantem paroeciam S. Agathae in civitate Brixiensi favorabile retulerunt votum quoad *scientiam* et quoad *pietatem,* at contrarium quoad *opportunitatem;* ideoque tanquam *non idonei,* quia non *opportuni* ad praefatam paroeciam gubernandam, omnes ab examinatoribus reiecti fuerunt.

Examinatorum iudicium recursu diei 19 maii 1910 impugnavit apud hanc S. C. Sac. Antonius De Toni, parochus loci Gardone Valtrompia, unus ex concurrentibus, instans ut eadem S. G. definitivam sententiam dicere non dedignaretur. Notandum quod Sacerdos appellans non methodum conficiendi concursus in dioecesibus Provinciae Mediolanensis, sed tantum examinatorum concursus ad S. Agatham iudicium sibi adversum impetebat.

Litteris diei 7 iunii subsequentis Episcopo Brixiensi, accepta eius informatione, significavi *opportunitatis* iudicium non ad examinatores synodales sed ad episcopum spectare. Tunc Episcopus sequentibus diei 11 iunii naturam iudicii opportunitatis examinatoribus in provincia ecclesiastica Mediolanensi concessi explicavit: « A seconda del Concilio « di Trento, il quale vuole che il Vescovo elegga^ fra coloro che dagli « esaminatori saranno stati giudicati " idonei aetate, moribus, doctrina, « prudentia, et *aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam oppor-« tunis* „ il *Regolamento per i concorsi nella provincia ecclesiastica Ijom-« barda* (compilato ed approvato nelle nostre conferenze episcopali « del 1896) impone ai Vescovi che sopra ciascuno dei concorrenti, già «approvato per la scienza, interroghi gli esaminatori se lo giudichino

« idoneo o no per ciascuna delle parrocchie alle quali concorre, facendo « loro per ciascun concorrente la seguente domanda: " Stimano essi che « il **M.** R. tenuto conto della classificazione che ha ottenuto in scienza, « della sua condotta e prudenza, come pure dei servigi che ha prestato « fin qui alla Chiesa e della fama che gode in diocesi, sia, quanto al « *carattere,* alla *robustezza fisica* ed alla *attività* che si esige per la par- « rocchia d i o p p o r t u n o per essa? „. - E questo il voto che noi chiamiamo « di opportunità e che spetta evidentemente agli esaminatori sinodali, « perchè il loro giudizio della scienza e dei meriti dei concorrenti non « deve essere astratto e generale, ma concreto e particolare in ordine « a quella determinata parrocchia. È avvenuto pertanto che mentre tutti « i concorrenti a S. Agata furono approvati riguardo alla scienza ed alla « pietà in generale, ed anzi alcuni furono giudicati idonei per qualche « altra parrocchia, nessuno fu giudicato idoneo per S. Agata. E per con- « seguenza nessuno io potei nominare ».

Episcopus, accepta responsione quod opportunitatis iudicium ab examinatoribus prolatum limites *consilii* excedere non deberet, rem uberius declaravit haec exponendo: « Essi (examinatores) non intendono « giudicare sulla maggiore o minore idoneità di un soggetto per una « determinata parrocchia, ma semplicemente della idoneità; di modo che « nel loro pensiero, come nella pratica di questa provincia ecclesiastica, « il voto di opportunità riguarda precisamente gli elementi precipui « della idoneità *ad vacantem paroeciam* indicati dal Concilio Tridentino « (prudentia et aliis rebus opportunis) e dal nostro Regolamento (pru- « denza, fama, robustezza, attività, ecc.); e chi non riporta favorevole « questo voto è per ciò stesso giudicato inetto *ad vacantem ecclesiam « gubernandam,* ed il vescovo non lo può nominare. Nel caso partico- « lare ho pregato gli esaminatori a dirmi liberamente se essi avevano « giudicato il De Toni non idoneo, o meno, alla parrocchia di S. Agata, « ed ecco qui unita la loro risposta ».

Tenor declarationis examinatorum, de qua sermo fit ab Episcopo, sequens est: « Noi sottoscritti dichiariamo che il voto di opportunità « che siamo invitati a dare dopo quello di scienza e di pietà su ciascun « concorrente, riguarda veramente e sostanzialmente la idoneità del con- « corrente *ad vacantem paroeciam,* specialmente per ragione del criterio « pratico, della correttezza e gravità dei costumi, e di tutti quegli elementi « morali onde risulta la sua attitudine a reggere la parrocchia; di guisa « che quando non raggiunge la sufficienza, sia il voto in scienza, sia il « voto in pietà, sia anche il voto in opportunità, il concorrente non è « eleggibile. Così abbiamo sempre inteso in coscienza, e precisamente

« così abbiamo inteso e praticato anche nel concorso alla parrocchia « di S. Agata ».

Emus Archiepiscopus Mediolanensis, cuius sententiam litteris diei 20 augusti 1910 exquisiveram, ac propositum rem subiiciendi EE. VV. iudicio prudentissime manifestaveram, litteris diei 30 augusti sic suam aperuit mentem: « Trasmetto a V. E. l'estratto di quella parte dei *Rego- « lamento per i concorsi ai benefici di questa provincia ecclesiastica,* che « riguarda il giudizio sulla scienza e sulla idoneità dei concorrenti. In « questa diocesi si osserva puntualmente questo Regolamento da 14 anni: « esso è conosciuto dal clero, che lo ritiene conforme al Tridentino ed « alle posteriori costituzioni della S. Sede; nè vi fu caso di osservazioni « sulla legittimità delle provvisioni che in questo tempo superarono il « numero di 500. Quanto è a mia conoscenza il medesimo Regolamento « è osservato anche nelle altre diocesi di questa Provincia: mi consta « di certo delle diocesi di Pavia, Lodi, Como, Crema, Mantova; di Cre- « mona non sono così certo, ma non ho neppure notizie in contrario. « Il caso poi di Brescia non mi è nuovo e, secondo me, è questione di « parole, in quanto che invece di *idoneità* dicono *opportunità.* Quando « infatti si fanno concorrere alla *opportunità* gli elementi della *prudenza,* « del *carattere,* della *salute fisica* in ordine alle condizioni della par- « rocchia vacante, mi pare che sia piuttosto errato dire semplicemente « opportunità, e che si tratti di idoneità, sulla quale debbono pronun- « ziarsi gli esaminatori. La votazione sulla pietà, dopo quella sulla « scienza, mi è nuova : qui non si usa, ma, dove si usa, certamente con « essa non si intende esaurito il compito degli esaminatori; i quali, se « sono poi chiamati a giudicare nei concorrenti delle altre qualità dopo « la scienza e la pietà, questo terzo giudizio riguarda ancora la idoneità, « benché si voglia chiamare opportunità, non mancando sacerdoti dotti « e santi, ma tutt'altro che idonei a governare parrocchie ».

Exemplar normae *(Regolamento)* ab episcopis provinciae ecclesiasticae Mediolanensis anno 1896 approbatae tum Eminentissimus Archiepiscopus tum Episcopus Brixiensis miserunt: ex ea partem transcribo quae praesentem controversiam respicit: « Terminato il giudizio circa « la scienza dei concorrenti, fa d'uopo, come impone Benedetto XIV, « che " parem, ni forte maiorem, solertiam examinatores adhibeant in « perscrutandis aliis qualitatibus regimini animarum consentaneis : « morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, praestita hacte- « nus Ecclesiae obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem, aliam « spectabilia virtutum ornamenta doctrinae arcto foedere consocianda „. « La buona condotta, lo spirito ecclesiastico, e la prudenza devono in

«un parroco essere *arcto foedere* strette alla scienza, epperò, secondo «le decisioni del diritto, il giudizio definitivo sulla idoneità o non « idoneità di un candidato ad essere parroco deve essere congiuntivo « o cumulativo di tutti e tre gli elementi, che sono la scienza, la con- « dotta sacerdotale, e l'opportunità a reggere una determinata parroc- « chia, e conseguentemente le classificazioni sulla scienza si devono « compenetrare con quelle sulla vita e sulle altre attitudini morali del « candidato. Inoltre conviene per la maggior libertà degli esaminatori « che, anche nel giudicare il candidato da questo secondo lato, si abbia « da avere il massimo segreto possibile.

« Perciò a servizio degli esaminatori nella seconda parte dello scru- « tinio si dovranno preparare sei piccole palle eguali ed una scatola a « due scompartimenti, quale si usa comunemente per le votazioni segrete, « e delle sei palle se ne daranno due per ciascun esaminatore.

« Indi Mons. Vescovo o il Cancelliere farà ad essi per ciascuno dei « concorrenti, la seguente domanda: " Stimano essi che il M. R. tenuto « conto delle due classificazioni *(complessiva e preventiva)* che si meritò in « scienza, ed insieme della sua condotta sacerdotale, della sua prudenza, « e delle sue qualità fisiche che essi conoscono, sia idoneo ad essere « parroco? „.

« Ogni esaminatore dovrà rispondere segretamente, ponendo una « palla, secondo che giudicherà *coram Deo,* o dalla parte della risposta « affermativa, o dalla parte della risposta negativa; e si riterranno idonei « quelli che avranno almeno due voti favorevoli, e non idonei quelli che « non ne avranno, o ne avranno uno solo.

« Fatto ciò Mons. Vescovo sopra ciascuno dei concorrenti risultato « idoneo per la risposta alla precedente domanda, interrogherà gli esami- « natori se lo giudicheranno idoneo per ciascuna; delle parrocchie, ossia « farà loro per ciascun concorrente la seguente domanda: " Stimano « essi che il M. R. tenuto conto della sua classificazione che ha otte- « nuto in scienza, della sua condotta e prudenza, come pure dei servigi, « che ha prestato fin qui alla Chiesa e della fama che gode in diocesi « sia, quanto al carattere, alla robustezza fisica, ed alla attività che si « esige per la parrocchia di opportuno per essa? Quando peraltro si « riferisca solo a parrocchie di condizione ordinaria e dell'infima impor- « tanza in diocesi, la seconda interrogazione si potrà omettere, stantechè « in siffatti casi la risposta alla seconda dimanda riesce già inchiusa « nella risposta alla prima ».

In Curia Mediolanensi harum dispositionum nonnullae modificationes, non quidem substantiales, his verbis adoptatae fuerunt: « Per

« ciò si danno a ciascuno degli esaminatori due palle, una bianca ed « una nera, e si viene alla votazione cumulativa per giudicare se cia- « scuno dei concorrenti, tenuto conto delle classificazioni che meritò in « scienza, per la condotta, per la prudenza, per le qualità fisiche, sia « idoneo ad esser parroco.

«Ogni esaminatore dovrà rispondere segretamente, *coram Deo,* po- « nendo nell'urna la palla bianca o la nera, e si intenderanno idonei «quei concorrenti che avranno almeno due palle bianche. Dopo questa « votazione assoluta, dovrebbe farsi la votazione relativa su ciascun con- « corrente, se cioè si ritenga idoneo ed opportuno per la parrocchia *N.;* « il più delle volte però l'insieme delle circostanze rende superflua questa « seconda votazione ».

In diocesi Brixiensi, ut patet ex relatis, examinatores pro unoquoque candidatorum triplex perficiunt distinctum scrutinium super scientia, pie- tate ac opportunitate: quoad modum computandi suffragiorum puncta haec refert Episcopus: «Come si pratica attualmente nelle scuole, la « classificazione si dà in numeri decimali. Ciascun esaminatore ha dieci « voti; la somma dei voti dati a ciascun concorrente si divide per tre « e perchè un concorrente sia approvato, deve superare il *cinque.* Così « per es., se Tizio riporta da un esaminatore voti 7, da un altro 6, dal «terzo 5, ha il grado definitivo 6, e per questa parte è approvato ».

Cum Sac. Antonius De Toni, declaratione die I[a] februarii currentis anni exarata, suum revocaverit recursum et paroecia S. Agathae, per novum concursum mense novembri nuper elapsi habitum, iam sit pro- visa de novo pastore, cui ob specialissimas circumstantias die 9 februa- rii 1911 indulsi recipere beneficii possessionem, quaestionis obiectum manet tantum norma ab episcopis provinciae Mediolanensis an. 1896 invecta, in ea parte qua iubetur triplex scrutinium, ac iudicium abso- lutum et relativum seu opportunitatis super idoneitate candidatorum ab examinatoribus perficiendum. Videndum utrum haec consona sint Con- cilio Tridentino ac posterioribus RR. Pontificum Constitutionibus super collationibus beneficiorum paroecialium. Si supplicandum sit Ssmo pro sanatione ac convalidatione collationum paroeciarum ab anno 1896 usque in praesens, haud erit excipienda collatio paroeciae S. Agathae.

Scite ac satis diffuse agit de quaestione egregius huius S. C. Con- sultor in suo voto: pauca tantum afferam ex officio.

Multiplex distinctum scrutinium, ac praecipue iudicium absolutum, et relativum seu opportunitatis, ab examinatoribus proferendum, solido videntur inniti fundamento, nempe auctoritate Concilii Tridentini haec (Sess. XXIV, cap. XVIII) decernentis: « Peracto examine, renuncientur

« quotcumque ab his (examinatoribus) idonei iudicati fuerint aetate, « moribus, doctrina, et *aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam «opportunis:* ex hisque episcopus eum eligat quem ceteris magis ido- « neum iudicaverit, atque illi, non alteri, collatio ecclesiae ab eo fiat « ad quem spectabit conferre ». Multiplex scrutinium necessarium appa- ret ex multiplicitate -qualitatum seu requisitorum de quibus examina- tores debent iudicium ferre, dum iudicium relativum, praeter absolutum, et quidem ab examinatoribus synodalibus persolvendum, innuitur verbis *et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis.*

Et his consonare videtur dispositio Constitutionis Benedictinae *Cum illud,* qua decernitur quod, eveniente die concursus, ac cancellario epi- scopali singulorum merita, qualitates et requisita (uti vocant), incor- rupta fide deprompta a iuribus tempore habili exhibitis, in scriptis sum- matim redigantur, et copia epitomes tradatur non solum episcopo vel vicario generali vices illius obeunti, sed singillatim omnibus examina- toribus ad concursum adscitis, ut tum de scientia, tum de vita, moribus *aliisque regendae ecclesiae necessariis dotibus* ferant iudicium.

Iuris allatis praescriptionibus addatur quod iudicii relativi seu oppor- tunitatis ab examinatoribus perficiendi necessitas erui possit: *a)* ex facto quod candidati concurrant *ad determinatam* paroeciam; *b)* ex bono ac profectu animarum, quia duplici iudicio, absoluto et relativo, facilius haberi possunt boni ac idonei animarum pastores. Ille verus pastor gregis Christi vocari potest qui praeter dotes essentiales, pietatem nempe, scientiam, aetatem a canonibus statutam, possideat etiam dotes seu requisita quae ad parochi munus in determinata paroecia obeundum sint necessaria.

At ex altera parte, si quaestio attento examini subiiciatur, norma seu *Regolamento per i concorsi alle parrocchie nella provincia ecclesiastica Lombarda,* in parte controversa, iuris dispositionibus adversari videtur.

Et iri primis recolendum quod, si, iuxta ius Decretalium (Licet canon, cap. 14, *De electione et electi potestate,* in 6°) ac Tridentinum (cap. III, sess. III, *De ref.),* beneficia paroecialia conferri debent personis *dignis et habitibus,* iuxta idem Concilium (sess. XXIV, cap. I, *De ref.), digniores* sint eligendi; quod intelligi debet in ordine ad cap. XVIII (sess. XXIV, *De ref.),* quo edicitur quod omnes paroeciae conferantur per concursum, et episcopus eum eligat quem ceteris magis idoneum iudicaverit, atque illi et non alteri collatio ecclesiae fiat.

Haec Concilii Tridentini dispositio, posterioribus RR. Pontificum Constitutionibus confirmata, admisso duplici iudicio absoluto et relativo ex parte examinatorum ac praxi perficiendi relativa scrutinia et puncta

suffragiorum computandi, nulla evaderet, quia *dignior,* exhausta materia iudicii ab examinatoribus qui de omnibus dotibus seu requisitis candidatorum iudicarent, inferri deberet ex eorumdem suffragiis, non sine vulnere potestatis episcopalis: quod potiori ratione dici debet de methodo invecta in Curia Brixiensi, superius indicata. Nec in casu quod plures concurrentes ad eamdem paroeciam eadem suffragiorum puncta retulerint, exhausta materia iudicii, posset episcopus unum prae ceteris *digniorem* declarare ac eligere, ut patet. Incommodum non evitaretur si examinatores post triplex scrutinium episcopo idoneos tantum, relicta eidem dignioris electione, denunciarent. Duplex haberetur iudicium relativum, ex parte examinatorum et ex parte episcopi, et duo saepe, iuxta duplex iudicium, haberentur digniores.

His admissis, potest deduci examinatores, ubi iudicent de *idoneitate, relativa* candidatorum ad determinatam paroeciam gubernandam, limites muneris eisdem a iure concrediti praetergredi ac episcopalem iurisdictionem coarctare. Quod magis patet si animadvertatur iudicium relativum super dotibus concurrentium ad determinatam paroeciam, huius inspectis specialibus conditionibus, esse potius actum gubernii, ideoque spectans ad episcopum, cuius est dioecesim sibi concreditam gubernare. Addendum iudicium relativum, iuxta normam ab Episcopis Provinciae Ecclesiasticae Mediolanensis anno 1896 approbatam conficiendum, nullo perfici posse firmo criterio, quia de *charactere, activitate ac gradu physicae valetudinis* candidatorum in ordine ad determinatam paroeciam diversimode a diversis iudicibus iudicari potest: hoc iudicium, quod nullo aut fere nullo inniti potest documento, quamlibet effugit inspectionem, et praecipue pendet a subiectiva iudicantium dispositione. Pertinet igitur ad episcopum, cuius conscientiae ac prudenti arbitrio dioeceseos regimen committitur.

Notandum insuper inconveniens videri quod quis, quamvis constet de eius *idoneitate* ad munus parochi *absolute* exercendum, si iudicio relativo reiiciatur, non idoneus declaretur: eius absoluta habilitas non impediret quominus, cum agatur de concursu ad determinatam paroeciam, simpliciter non idoneus de facto evadat.

Animadvertere quoque non inutile duco, ne in re tanti momenti abusus dari queant, iuxta dispositiones huius S. C. die 10 ianuarii 1721, Secretario P. Lambertino serius Benedicto XIV promulgatas, infra decem dierum spatium post peractum concursum appellationis remedium vel a *mala relatione* examinatorum vel ab episcopi *iudicio irrationabili* concedi. Hoc nequit conciliari cum methodo de qua disputatur, quia episcopus post iudicium absolutum ac relativum examinatorum, digniorem

iuxta eorumdem suffragiorum puncta eligere deberet, ideoque nullum ferret iudicium a quo possit appellari.

Nec dari posset appellatio, si plures concurrentes ad vacantem ecclesiam eadem obtinerent suffragia ac episcopus unum prae ceteris eligeret. In hypothesi unum tantum habetur beneficium at plures concurrentes *aequales merito.* Cum episcopus ex necessitate unum tantum ex candidatis eligere debeat, neque reliqui maiora merita vel suffragia iactare queant, locum habere nequit appellatio.

Nullum quoque effectum haberet appellatio a mala relatione examinatorum super iudicio relativo seu opportunitatis, quia huius iudicii elementa *(carattere, attività, robustezza fisica),* quae debent perpendi in ordine ad determinatam paroeciam, facile, ut superius innui, nequeunt documentis probari, et superior auctoritas perspecta habere non potest omnia personarum ac locorum adiuncta.

Et adest alia ratio, quae ostendere videtur iudicium relativum non ad examinatores sed ad episcopum pertinere, cuius sit inter idoneos scientia, pietate ac aliis dotibus in se spectatis, iuxta iudicium examinatorum, eum eligere quem ipse prae ceteris digniorem iudicio relativo, habita ratione iudicii absoluti, declaraverit. Expedit ut quilibet concursus, absque distinctione paroeciarum maioris vel minoris momenti, pateat omnibus sacerdotibus, ut omnes studio incumbant, pietatis officia persolvant ac forti animo in vinea Domini operentur. Admisso quodam, ut ita dicam, ordine cui large natura suis donis faverit *(character, activitas specialis, determinatus gradus physicae valetudinis* parum vel nil pendent a voluntate individui), multi sacerdotes, etsi docti et pii, non adirent concursus, quia ex levi defectu, characteri individuali candidatorum vel physicae constitutioni insito, examinatores deducere possent ipsos non esse idoneos. Vitari facile potest inconveniens si iudicium relativum relinquatur episcopo. Ubi is, inter idoneos scientia ac pietate iuxta examinatorum iudicium, iudicio opportunitatis, quem putet digniorem, omnibus rite perpensis, elegerit, ceterorum fama salva manet nec quis iure conqueri potest de episcopi iudicio. Hoc modo vitatur incommodum concursus S. Agathae diei 31 ianuarii 1910, in quo omnes concurrentes, approbati absolute at reprobati iudicio relativo examinatorum, simpliciter non idonei evaserunt.

Ut patet, quaestio est praecipue de iudicio absoluto et relativo super *idoneitate* concurrentium, quae norma seu *Regolamento* ab episcopis provinciae ecclesiasticae Mediolanensis concessa fuerunt examinatoribus synodalibus. Placeat nunc EE. VV. pro quaestionis definitione, voto Consultoris perpenso, maxima qua pollent prudentia ac iuris peritia sequens

diluere dubium : *An et quomodo dispositiones pro concursibus paroecialibus ab episcopis provinciae ecclesiasticae Mediolanensis anno 1896 approbatae sustineri possint in casu.*

Et Emi Patres, sub die 29 Aprilis anni proximi elapsi, dubio proposito responderunt: *Dilata.*

Iterum causa reassumpta est sub die 27 Ianuarii 1912, et iidem Emi Patres, sequenti voto ac omnibus rite perpensis, eidem dubio respondere dignati sunt: *Affirmative.*

Romae, e Secretaria Sacrae Congregationis Concilii, die 22 Aprilis eiusdem anni 1912.

I. Grazioli, *Subsecretarius.*

VOTUM CONSULTO R ÍS.

1. Saluberrimo consilio Synodus Tridentina modum induxit per concursum in paroeciis conferendis. Cum tamen peculiaris ac certa examinis, in concursu peragendi, forma seu methodus ab eodem Concilio nulla fuisset constituta, ortum habuerunt, ex diversitate methodorum examinis, plura incommoda et litigia, quae ut auferrentur ac in posterum vitarentur, Clemens XI in Litteris *Quo parochiales* 10 ianuarii 1721, formam examinis proposuit, deinde a Benedicto XIV in Const. *Cum illud* 14 decembris 1742 ampliatam et firmatam. Sed neque omnia in illa forma singillatim potuerunt determinari, ac praesertim nihil statuitur de ratione qua examinatores debent suffragia in examine conferre et idoneos candidatos renuntiare. Unde per consuetudines particulares vel per statuta provincialia aut synodalia plures aliae regulae particulares circa formam illam concursus propositae fuerunt. Et dummodo aliquid non statuatur contrarium menti Concilii Tridentini et posteriorum Constitutionum, nihil est quod reprehendamus ; ut enim aiebat suo tempore Card. De Luca *(De Parodi.,* disc. 37, n. 18): « Certa istius (examinis) « forma praescripta non habetur, sed varia est locorum seu episcopa« tuum consuetudo ... pro examinatorum stylo vel arbitrio, cum, in iis « quae expresse statuta non sunt, non videatur prohibitum unum vel « alterum modum adhibere ». Insuper episcopi prohibiti non sunt adiungere legibus generalibus Ecclesiae nonnullas magis determinatas normas, maxime in hoc puncto disciplinae, cum Tridentinum ipsum dicat : « Licebit etiam synodo provinciali, si qua in supradictis circa exami« nationis formam addenda remittendave esse censuerit, providere ».

2. His principiis innixi episcopi provinciae Mediolanensis statuerunt in norma illa, quae vulgo audit *Regolamento per i concorsi,* plures particulares regulas, màxime circa rationem dandi suffragia in concursu et

clericos idoneos ad paroeciam renuntiandi. In iis tamen nonnulla offendunt, de quibus dubitatur an conformia vel contraria sint menti Concilii Tridentini. Sed non abs re statim a principio monere, in his forsan agi potius de iure constituendo quam de Iure constituto ; cum enim expresse nihil circa ista inveniatur decretum nec in Concilio Tridentino nec in posterioribus Constitutionibus, superest ut praecipue inquiratur an regulae illae statutae ab episcopis Longobardis accedant menti Patrum Tridentinorum an potius ab ea recedant, et utrum originem praebere possint incommodis ac querelis, unde proinde oporteat illas reiicere et contrarios firmare, eodem modo ac fecit Clemens XI in suprarelatis Litteris; siquidem nec forma concursus in istis Litteris proposita antea erat obligatoria, imo nec etiam fuit post istas Litteras donec praecepta est a Benedicto XIV, nec contraria ratio agendi inducebat prius nullitatem concursus. Igitur perpendenda sunt ea quae in citata Norma Mediolanensi minus conformia Iuri, saltem prima fronte, videntur. Duo vero sunt de quibus maxime habetur dubitatio: 1° Utrum probanda sit distinctio inter iudicium absolutum et iudicium relativum examinatorum in ordine ad renuntiandam idoneitatem concurrentium, et maxime utrum examinatores debeant tantummodo proferre iudicium absolutum, an possint etiam munus suum extendere ad dandum iudicium relativum. - 2° Utrum iudicium examinatorum circa idoneitatem concurrentium ad paroecias unico cumulativo scrutinio perfici debeat, an pluribus partialibus et successivis scrutiniis fieri possit renuntiatio idoneorum.

3. Iamvero quoad primum punctum, certum est ignotam hucusque fuisse in Iure, saltem quoad nomina, distinctionem iudicii examinatorum in absolutum et relativum; quia non solum Concilium Tridentinum et posteriores dispositiones canonicae de hoc duplici iudicio silent omnino, verum nec etiam apud Doctores mentio habetur huiusmodi d.enominationis; iura enim et Doctores simpliciter loquuntur de iudicio emittendo ab examinatoribus circa idoneitatem candidatorum, quin distinguant utrum absolutum vel relativum illud esse debet. Probandane est igitur an reiicienda illa agendi ratio proposita in norma Mediolanensi, iuxta quam examinatores duplex iudicium proferunt, unum absolutum, aliud relativum? - Ista quaestio aliam supponit praeiudicialem et prius resolvendam, an videlicet iudicium examinatorum debeat esse tantummodo absolutum circa idoneitatem in genere ad munus parochiale, an possit etiam relativum esse quod respiciat idoneitatem clerici ad determinatam quamdam parochiam regendam.

4. Et hic imprimis distinguere oportet inter concursus generales ad parochias, in quibus nimirum concurrentes non ad unam determi-

natam parochiam, sed ad plures indiscriminatim adspirant, et concursum particularem qui fit in ordine ad unam determinatam paroeciam. Etenim in primo casu planum est examinatores non debere nec posse iudicium relativum emittere, ac eorum iudicium nihil aliud exprimere posse nisi quod concurrentes sunt vel non sunt idonei ad munus parochiale exercendum. Sed hic non est casus contemplatus in norma provinciae Mediolanensis, ubi certe agitur de concursu indicto ad unam determinatam parochiam. - Deinde considerare oportet concursus illos generales non esse quidem inhibitos a Tridentino, ac hodie ex consuetudine et declarationibus H. S. G. licite fieri posse; aliunde tamen fatendum pariter est concursus generales minus congruere spiritui et menti Patrum Tridentinorum, qui prae oculis videntur habuisse tantummodo concursus particulares: littera enim textus conciliaris loquitur constanter de vacante ecclesia parochiali et series totius illius capitis 18, sess. XXIV, *De reform.*, aperte sese refert ad unam determinatam ecclesiam de parocho pro videndam per concursum; quod maxime patet ex illis verbis: « Adveniente vacatione cuiuslibet eccle- « siae, tres ex illis (examinatoribus) eligat episcopus, qui cum eo examen « perficiant; indeque, succedente alia vacatione, aut eosdem aut alios tres « quos maluerit, ex praedictis illis sex, eligat ». - Insuper nemo unquam dubitavit concursum indictum pro una determinata paroecia plene respondere menti Concilii Tridentini, dum e converso aliquando serio dubitatum fuit utrum concursus generales essent conformes necne dispositionibus tridentinis. - Hic est etiam sensus communis Auctorum. Sebastianelli *(Praelectiones Iuris Can.*, vol. 2, n. 260) : « Legi concursus a « Conc. Trid. praescriptae omnes illae nationes adstrictae dicendae sunt « in quibus est promulgatum idem Concilium. At contrarium constat, « attenta praxi hodierna. In aliquibus enim nationibus, uti in imperio « austriaco ac germanico concursus non fit in singulis vacationibus « beneficiorum parochialium, sed eius loco fiunt concursus generales... ». Wernz *(his Decretal.*, vol. 2, n. 827, Scholion): « Concursus Tridenti- « nus, ubi in rigore iuris non viget, ex Indultis apostolicis vel legitima « consuetudine quoad substantiam suppletur, aut praevio quodam con- « cursu *generali* de sola scientia et examine *speciali* de aliis requisitis « ante provisionem facto, v. g. in Germania et Austria, aut per aequi- **us** valente m quandam *seriem* examinum v. g. in Belgio et Gallia ». Prümmer *(Manuale Iuris Eccles.*, q. 78): « In pluribus regionibus legi- « tima consuetudo ab Apostolica Sede approbata invaluit, ut concursus « non fiat qualibet vice quando parochia vacat, sed ut examen de « scientia aliisque conditionibus fiat semel vel bis in anno ab omnibus « clericis alicuius dioecesis qui cupiunt esse parochi ... ». Cfr. etiam

Laurentius *(Institut. Iuris Eccles.,* n. 262), Aichner *(Compendium Iuris Eccles.,* § 86), Bargilliat *(Praelect. Iur. Can.,* n. 863), Vecchiotti *(Institut. Canon.,* lib. 2, § 87), etc. Quinimmo vel Sacra Congregatio de Propag. Fide iii *Instruct.* 10 octob. 1884 haec aiebat: « Iuxta praescriptum Con-« cilii Tridentini ac Benedictinae Constitutionis, examen per concursum, «tam super doctrina quam super ceteris concurrentium requisitis qua-« litatibus, habendum est cum vacatio ecclesiae paroecialis contigerit. « Viget nihilominus in aliquibus dioecesibus consuetudo examen de « doctrina separandi ab examine de reliquis canonicis requisitis ... Quam-« obrem generatim bis in anno examen habetur de scientia... ». - Igitur, quid sit illud quod magis congruat Concilio Tridentino, determinare non debemus ex praxi horum concursuum generalium, sed potius ex consideratione concursus particularis.

5. Iamvero si attendamus regulas in Iure constitutas pro praxi istius concursus particularis, non desunt fundamenta iuridica quae suadent facultatem examinatoribus inesse, imo forsan etiam necessitatem, proferendi iudicium relativum circa idoneitatem concurrentium ad unam determinatam parochiam. Etenim

6. *a)* Verba Concilii Tridentini taxativa videntur: « Peracto deinde « examine, renuntientur quotcumque ab his (examinatoribus) idonei iudi-« cati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad *vacan-« tem ecclesiam gubernandam* opportunis » : proinde candidati renuntiari debent idonei non tantummodo in genere ad officium parochiale exercendum, sed in specie ad regendam ecclesiam vacantem pro qua indictus fuit concursus.

7. *b)* Praxis indicendi concursum pro determinata parochia directe et plene respondet menti Concilii Tridentini, ut mox dicebamus: incongruum autem videtur asserere idem Concilium restrinxisse facultatem examinatorum ad solum iudicium absolutum de idoneitate concurrentium ad munus parochiale in genere, quin possint ullo modo ferre iudicium de idoneitate relativa pro illa paroecia determinata; quare enim Concilium tantam sollicitudinem adhiberi voluisset pro unaquaque ecclesia vacante, ita nempe ut adveniente vacatione statim debeat illi vicarius constitui, ut intra decem dies concursus ad illam ecclesiam intimetur, ut adveniente vacatione *cuiuslibet ecclesiae* tres examinatores eligantur qui cum episcopo aut vicario generali examen perficiant, et alia huiusmodi, si deinde examinatores referre non deberent nisi de idoneitate absoluta concurrentium? Et notandum quod praecipua ratio qua motum est Concilium ad inducendum novum modum conferendi paroecias cum interventu trium examinatorum fuit ut digni et idonei parochi

praeficerentur; unde caput exorditur: « Expedit maxime animarum saluti, «a dignis atque idoneis parochis gubernari : id ut diligentius et rectius «perficiatur, statuit sancta Synodus, etc.»; aliunde certum est episcopos, etiam ante Tridentinum, fuisse obligatos ad praeficiendum singulis parochiis clericos dignos et idoneos non solum in genere ad munus parochiale exercendum, verum etiam ad illam determinatam parochiam in qua instituebantur, gubernandam. Ergo si Concilium voluit ut concursus indiceretur pro unaquaque vacante paroecia, et finis huius concursus cum interventu examinatorum esset praeficere ipsi parochiae clericum dignum et idoneum, debuit etiam velle ut per examen, ac proinde per subsequens iudicium examinatorum cognoscerentur quinam essent digni et idonei ad gubernandam illam determinatam ecclesiam.

8. c) Praeterea episcopus tenetur eligere ad regendam ecclesiam parochialem vacantem unum ex clericis qui fuerint idonei ab examinatoribus renuntiat]", nec potest umquam extra illos aliquem, licet dignissimum et maxime idoneum, assumere. Iam, si examinatores in concursu pro determinata parochia iudicium circa idoneitatem concurrentium tantummodo absolutum proferre possent, evenire facillime posset casus, praesertim quando agitur de paroeciis magni momenti, ut unus vel plures ab examinatoribus renuntiarentur idonei ad exercendum in genere munus parochiale, et tamen ex ipsis nullus esset idoneus, saltem iudicio episcopi, propter speciales circumstantias, ad regendam ecclesiam parochialem quae debet de parocho provideri. Unde duplex inconveniens promanaret; primum ut frustraretur finis intentus a Concilio in praescribenda forma concursus, quod nempe digni et idonei parochi animarum curae praeficerentur; alterum, ut episcopus, contra suam conscientiam, teneretur eligere clericum non idoneum ad paroeciam illam gubernandam. - Quod inconveniens non adeo faciliter habere potest locum in casu concursus generalis ad paroecias; tunc enim episcopus inter plures clericos concurrentes facilius potest distribuere paroecias ita ut unicuique ecclesiae parochus idoneus praefìciatur; e converso, quando agitur de concursu particulari ad determinatam parochiam, non adeo difficilis concipitur casus in quo omnes vel plures vel saltem unus de concurrentibus idonei agnoscatur ad regendas alias parochias, sed nullus ad gubernandam parochiam illam pro qua indictus fuerat concursus. - Itidem, si examinatores deberent tantummodo absolutum iudicium emittere, liceret inquirere quodnam esset criterium prae oculis habendum ad definiendam idoneitatem absolutam clericorum ad paroecias? Profecto unum idemque semper, et ipsum absolutum, quod videlicet candidati ornati sint, in infimo etiam gradu, qualitatibus quae in Iure ad curam

animarum exercendam requiruntur; unde omnes illi qui easdem qualitates possideant etiam in infimo gradu, vel qui habiles sint ad regendam paroeciam etiam minimi momenti, essent renuntiandi idonei ab examinatoribus in quocumque concursu. Ergo sufficerent qualitates huiusmodi: aetas 25 annorum incoeptorum, status clericalis, honestas vitae, scientia competens etiam mediocris, aliqualis prudentia, etc.; quomodo autem tales ab episcopo praefici possint regendis paroeciis maioris momenti, in quibus aetas maturior, scientia et prudentia non communis requiruntur? Et tamen, etiamsi omnes candidati in concursibus ad paroecias istas maioris momenti non superaren! descriptas qualitates, deberent ab examinatoribus renuntiari idonei, et unus ex illis necessario esset ab episcopo eligendus. - Huc accedit alia consideratio, quod nempe si ex iudicio relativo examinatorum iniuste excludatur aliquis revera idoneus ad regendam determinatam paroeciam, habet iste remedium in Iure, appellationem nempe a mala relatione examinatorum; dum e converso si iudicium relativum spectet privative ad episcopum, et hic inter approbatos iudicio absoluto ab examinatoribus nullum inveniat relative idoneum ad regimen illius determinatae paroeciae, non habet in Iure remedium ad excludendos omnes concurrentes.

9. *d)* Insuper si munus examinatorum in concursu parochiali restringeretur ad unum iudicium absolutum circa concurrentium idoneitatem, hinc deducerentur nonnulla consectaria quae Iuri minime •congruunt. Ponite casum, quod omnes concurrentes sint iam parochi in aliis ecclesiis; nullum tunc deberet esse munus examinatorum, «constat enim omnes illos concurrentes esse idoneos absolute ad officium parochiale, ac proinde examen esset inutile iuxta regulam Iuris 31 in 6° « Eum qui certus est certiorari ulterius non oportet ». Pariter si in -aliquo concursu conveniant nonnulli clerici iam parochi, alii non parochi, tunc examen esset ab istis dumtaxat exigendum, illi autem idonei essent renuntiandi sine novo examine. Imo potest etiam commode deduci, quod, adveniente vacatione alicuius ecclesiae parochialis, posset episcopus advocare parochum alterius paroeciae, de quo constat esse idoneus absolute ad munus parochiale, et sine concursu illi novam conferre paroeciam. Quae omnia falsa sunt et contra Ius; refert enim Garcia *(De benef.,* part. 9, c. 2, n. 208) decisionem quamdam ab H. S. C. prolatam his verbis: « Episcopus potest, occurrente vacatione beneficii « curati, vocare et admittere ad concursum habentem aliud beneficium « curatum, sed non potest sine concursu, licet obtinuerit ille beneficium » quod possidet, per concursum ». In quibus postremis verbis innuitur non sufficere quod aliquis renuntiatus fuerit idoneus in aliquo concursu,

ad hoc ut sine novo concursu possit obtinere aliam parochiam, dum e contrario, si in singulis concursibus examinatores tantum iudicium absolutum et non relativum pro ferrent, non apparet ratio quare debeat repeti examen illius, qui iam fuit idoneus renuntiatus ad parochiale munus, saltem si non longum tempus a primo examine fuerit elapsum. Clarius autem quam in citata resolutione loquitur S. C. in declaratione seu instructione data anno 1577 ad instantiam capituli Toletani, sede archiepiscopali vacante, quae integra affertur a Garcia (loc. cit., n. 8) et adducitur etiam a Fagnano (in tit. *Ne sede vacante,* cap. *Illa,* n. 18 et seqq.), ubi dicitur: « Octavo, examen et approbatio pro legitimis non « habeantur ad parochiales vacantes, si antea ad alias parochiales, quae « prius vacaverint, fuerint facta; ita ut *non sufficiat quem iudicatum « fuisse idoneum,* praeteritis mensibus aut annis, *ad aliquas parochiales,* « sed *semper opus sit* novo examine et *nova approbatione ad ipsam «parochialem* de cuius collatione singulis vicibus agetur ». Quibus verbis nescio an aliquod expressius possit requiri quo demonstretur necessitas iudicii relativi ex parte examinatorum. Praeterea, admisso quod examinatores tantum absolute de idoneitate ad parochiales deberent iudicare, saltem possemus episcopo tribuere facultatem conferendi sine novo concursu et examine iis sacerdotibus qui in ultimo concursu habito sint declarati idonei ad curam animarum, quin tamen ullum beneficium sint consecuti, beneficia curata quae per ipsum concursum vacant, id est propter nominationem et promotionem titularium dictorum beneficiorum ad alia beneficia curata. Et tamen episcopus id facere non potest sine speciali venia apostolica, ut adnotat Emus Card. Gennari *(Monit. eccles.,* vol. XVI, p. 484) ubi referens istam et alias facultates in ordine ad concursus parochiales fuisse a S. C. die 17 dec. 1904 Archiepiscopo Mediolanensi concessas, facto verbo cum SSmo, haec verba in fine subiungit: « Nel caso, quantunque alcune cose erano in « potestà dell'Ordinario, come il dare le parrocchie da sè quando il « concorso fosse andato deserto, pure per la provvista delle parrocchie « di risulta non ancora vacate al tempo del concorso, e per l'approva- « zione ad una nuova parrocchia di chi sia stato approvato in un « concorso di altra parrocchia, occorreva la dispensa pontifìcia, la quale « fu data *ad triennium ».* Cfr. etiam Garcia (loc. cit., n. 100). Huc etiam spectant quae traduntur a Barbosa *(De offic, et potest. Episc,* part. 3,. alleg. 60, n. 91) : « In provisionibus de parochialibus per Sedem Apo- « stolicam faciendis, inseri solet clausula illa *(si per diligentem, exami- « nationem per te, adhibitis examinatoribus in synodo dioecesana depu- « tatis, ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam*

« *oneramus);* et quamvis illa conditionem importet, et operetur quod « examen cum synodalibus examinatoribus requiratur pro forma, ita « ut illud praetermitti nequeat, quantumcumque impetrans. sit revera « idoneus, ex late deductis per Nicolaum Garciam *de benef.,* part. 6, « cap. 2, n. 253 cum multis sequentibus, et praesertim n. 266 ubi refert « decisionem in Galagurritana, *beneficii de Omitios,* 12 octobris 1587 « coram Gard. Pamphilio sen., in qua dictum fuit id procedere, etiamsi « fuisset examinatus et approbatus etiam ad parochiales. Attamen visa .... « S. Rot. decisio in una *Pistorien.-Parochialis,* 6 februarii 1623 coram « D. Merlino, mihi videtur conditionem ac formam huiusmodi satis « superque esse adimpletam ex eo quod quis iam antea fuerat coram « eodem Ordinario, synodalibus examinatoribus adhibitis, examinatus « et idoneus repertus et approbatus ad eandemmet parochialem . . . . Ex « quibus patet responsio ad ea quae tradunt Nie. Gare, *de benef., d.* « part. 6, cap. 2, num. 255 cum seqq.) et Gonzal. *(ad reg. 8 Gancell.,* «gloss. 4, n. 89 et 96 cum seqq.): procedunt enim, ut ipsi loquuntur, « quando non praecessit examen cum tribus examinatoribus synodalibus « iuxta formam praescriptam: vel quando fuit factum ab alio Ordinario, « et approbatio fuit tantummodo generalis ad parochiales - in quibus «terminis versabatur casus in dicta *Galagurritana de Ornillos* coram « Pamphilio sen., ut ibi deprehenditur - non autem quando praecessit « specialis approbatio ad talem parochialem praevio examine; et evidens « est ratio differentiae inter utrumque casum, quia per examen geiiera- « liter factum ad parochiales, non est plene consultum disciplinae « christianae et curae animarum alicuius certae parochialis; fieri enim « potest quod talis parochialis exigit in suo rectore praecipuas quali- « tates quae ab extraneo Ordinario examinante pro alia parochiali non «potuerint excogitan; quod secus est ubi ad eandem parochialem et « ab eodem Ordinario quis prius fuerit examinatus et approbatus ».

10. Haec sunt fere momenta quibus potest fulciri sententia tribuens examinatoribus iudicium etiam relativum circa idoneitatem concurrentium ad vacantem paroeciam. Quibus adiungere liceat, non videri potestatem episcopi, in facienda electione dignioris, coarctatam ultra terminos Iuris esse ex iudicio relativo examinatorum. Et bene notetur quod dicimus potestatem episcopi ex iudicio relativo non coarctari *ultra terminos Iuris;* coeterum ipsa natura concursus secumfert aliquam libertatis episcopalis coarctationem ex parte examinatorum in designandis rectoribus parochiarum, quia sive concedamus examinatoribus iudicium relativum sive dumtaxat absolutum, episcopus semper coarctatur ad eligendum digniorem inter solos approbatos, nec potest pro suo

lubito alium non approbatum, etiamsi ab eo iudicetur dignior, eligere, prout potuisset nisi praescripta esset forma concursus. Iam supponamus quod in concursu nonnisi unus clericus fuerit approbatus: quid interest tunc utrum ille sit iudicio absoluto an relativo idoneus ab examinatoribus renuntiatus? Episcopi libertas quocumque in casu omnino ligatur, nec de electione dignioris loqui possumus, cum episcopus cogatur illum unum approbatum eligere. E converso quando plures inter concurrentes ab examinatoribus renuntiatur idonei, quamvis hoc fiat iudicio relativo, episcopus semper remanet liber ad eligendum ex. eis quem ipse iudicaverit digniorem. In iudicio enim relativo examinatorum nihil aliud per se continetur nisi quod omnes qui fuerunt approbati, censentur idonei ad gubernandam illam determinatam parochiam, sed per se non determinatur quinam ex illis sit dignior; nec episcopus ex illo iudicio adstringitur ad eligendum unum prae alio, sed determinatio dignioris seu magis idonei privative a prudentia et iudicio episcopi pendet. Atque hoc modo intelligitur et exercetur votum relativum in provincia Mediolanensi, ut patet ex declarationibus Episcopi et examinatorum Brixiensium, et Archiepiscopi Mediolanensis, apud *Folium ex officio,* p. 3. Potest quidem evenire ut in determinanda ab examinatoribus simplici ac positiva idoneitate candidatorum, aliqui ex istis maiora suffragia prae aliis obtineant; sed imprimis hoc eodem modo evenire potest licet iudicium absolutum tantum proferatur, quia pendet a maiori numero examinatorum qui aliquem idoneum suo voto declarant; deinde, etiam supposito iudicio relativo, episcopus non adstringitur ad eligendum illum qui plura suffragia retulit inter idoneos rénuntiatos. « Non tenetur, ait Card. De Luca *(Annotationes ad Conc. Trid.,* disc. 32, « nn. 25 et 26), itera in hac praeelectione episcopus vel alter superior, « ad quem pertinet, sequi maiorem numerum suffragiorum, sed sufficit « ut eligat unum ex iam approbatis ; ideoque, si ex. gr., quinque existen- « tibus examinatoribus, aliqui ex concurrentibus cum plenis votis « omnium approbationem habeant, aliqui vero habeant quatuor, et alii « tria vota, potest episcopus praeeligere unum ex his qui trium tantum « votorum approbationem habeant, neglectis his quibus tota vel maior «pars assistat . . . Quinimo sufficit ut praeelectus sit de genere appro- « natorum, quamvis approbatio ex episcopi vel vicarii adhaesione resul- « taverit, quia nempe ob votorum paritatem approbationis vel reproba- « tionis actus conclusus non esset nisi cum dicta adhaesione ». Cfr. ipsum De Luca, *De Paroc,* disc. 1 per totum, et disc. 37, n. 2. - Garcia *(De benef.,* part. 9, cap. 2, n. 109) : « Unde ex approbatis episcopus suo iudicio et «non ex votorum calculo, numero et. collectione, potest et debet eligere

«eum qui sibi magis idoneus videatur, ut alias censuit S. Congregatio « super dictum cap. 18 his verbis: *Singuli examinatores possunt et debent « dare vota super qualitate cuiuslibet examinati ex forma vers,* transacto, *«et episcopus non ex collectione horum votorum debet eligere, sed ex « versio,* peracto. *Examinatores debent solum renuntiare duos vel tres, « verbi gratia, examinatos idoneos, deinde episcopus absque votorum « calculo, sed suo iudicio eligere debet digniorem.* Alia : *An si pluri- « bus examinatis, aliqui ultra dimidiam partem vocum fuerint conse- « quuti, et sic approbati, et unus omnia suffragia prospera reportavit, «episcopus, facta per examinatores relatione, possit, postposito illo in « quem omnia suffragia confluxerunt, alium ex eis eligere qui ultra « dimidiam partem vocum habuerint, cum omnes dicantur approbati? « Respondit Congregatio posse* ». Cfr. etiam Barbosa *(Collect, ad Conc. Trid.,* ad hoc c, n. 122); Ventriglia *(Praxis,* part. 2, adnot. V, § 1, n. 19) et alios communiter.

•11. At vero dices: Si examinatores proferant iudicium relativum, ipsi iudicarent de omnibus qualitatibus candidatorum et de omnibus circumstantiis paroeciae conferendae, ac proinde exhausta iudicii materia, non haberet episcopus alia elementa unde digniorem inter approbatos discernere et eligere posset. Respondetur imprimis, examinatores non solum posse sed imo debere iudicare de omnibus qualitatibus candidatorum et de ceteris quae ad curam animarum exercendam sunt necessaria; quod apertissime demonstrat Benedictus XIV *(De Syn. Dioec,* lib. IV, c. 8, n. 3), dum ait: « Examinatores autem, priusquam concur- « rentes approbent seu idoneos renuntient ad animarum curam, non « solum experiri debent eorumdem scientiam, sed et praecipuam rationem « habere probitatis morum, prudentiae, aetatis et ceterarum qualitatum « quibus praeditum esse oportet cui animarum regimen committitur. « Hanc enim esse Tridentini mentem, satis manifeste ex eius verbis « liquet sess. 24, cap. 18, *de reform.: Peracto deinde examine, r enuntientur « quotcumque ab his idonei iudicati fuerint aetate, moribus, doctrina, pru- « dentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis:* « et adhuc clarius Tridentini mentem explicavit Sacra Congregatio eius- « dem interpres; praefato enim Abulensi Episcopo sciscitanti: *An pro- « visio parochialis nulla sit si examinatores relationem fecerint solum « quoad litteraturam, examen vero circa mores, aetatem et reliqua episcopo « relinquatur* .... respondit : *Teneri facere relationem etiam circa mores, « aetatem et reliqua* .... Quin immo eadem Congregatio adeo necessarium « reputavit, ut examinatores non solum respiciant scientiam, sed et « coeteras expendant animi dotes eorum, quorum habilitatis ad exer-

« cendam curam animarum periculum faciunt, ut aliter latum ab illis « iudicium, clarius adhuc et expressius quam in praedicta causa Abu- « lensi fecerat, nullius esse roboris postea dixerit, et inde consecutam « ecclesiae parochialis collationem irritam atque inanem decreverit, sicut « affirmat Fagnanus in cap. *Eam te, de aetat. et qual.*, n. 15, inquiens: « *Orta dubitatione an sicut episcopo et examinatoribus simul iunctis « Goncilium Tridentinum* cap. 18, sess. 24, *committit examen scientiae, « sic etiam committat eisdem simul examen morum et prudentiae, ita ut, « si examen aetatis, morum et prudentiae factum fuerit a solo episcopo, « concursus sit nullus: die 2 augusti 1607 Sacra Congregatio censuit, « si examinatores non retulerint idoneos quoad omnes qualitates, prout « Concilium requirit, nullum esse concursum etc. ».*

Nec solum ad animi qualitates attendere debent examinatores, sed ad qualitates etiam corporis, ut renuntient idoneos inter concurrentes: « Tacentur, ait Reiftenstuel (lib. I, tit. IT, n. 234) aliae qualitates ex «parte eligendi requisitae, ut quod sit *corpore sanus,* ita ut officio suo «rite fungi valeat; conditione liber, non servus nec bigamus, ac huius- « modi; nam cum talia requirantur ad Ordines sacros rite suscipiendos « (can. *Infames,* cap. 6, quaest. 1, cum concordantiis), multo magis ea « desiderantur in eligendis ac promovendis ad praelaturas ecclesiasticas ». Etiam conditiones paroeciae pro qua indictus fuit concursus ponderandae sunt, ut definiatur non iam utrum aliquis sit dignior, sed utrum simpliciter sit idoneus ad illam regendam, quia v. g., ut ait Carolus Ant. De Luc *(In Adnot. ad Ventriglia, Praxis,* part. 2, adnot. V, § 1, n. 23): « In concursu maior aetas retorquetur contra concurrentes ad « parochiam in locis montuosis et alpestribus, *ubi senex non est idoneus* ». Non videtur igitur reprehendenda norma provinciae Mediolenensis ex eo quod inter qualitates ab examinatoribus prae oculis habendas in proferendo iudicio circa idoneitatem candidatorum, recenseat etiam characterem, activitatem, gradum physicae valetudinis, etc.

12. Hisce igitur praehabitis, respondeamus iam ad propositam obiectionem. Nullo modo videtur exhaustam esse materiam iudicii ex iudicio relativo examinatorum, ita ut episcopo non remaneant elementa ad discernendum digniorem inter approbatos. Nam postquam examinatores renuntiaverint plures idoneos ad gubernandam aliquam determinatam ecclesiam, episcopus instituere potest comparationem inter ipsos approbatos; ac tunc difficile, imo fere impossibile est ut, attentis omnibus ipsorum qualitatibus tum animi tum corporis et conditionibus paroeciae providendae, nullam prorsus inter eos prospiciat disparitatem, ita ut nemo appareat aliis dignior ac magis idoneus ad regimen ipsius paro-

chiae. Itane aequales erunt ut nemo prae aliis habeat maiorem scientiam, vel pietatem, vel merita, vel qualitatem aliquam, quae, inspectis quoque conditionibus et circumstantiis paroeciae, illum prae aliis magis habilem vel dignum reddat ad consequendum regimen ipsius paroeciae? Eo vel magis quod munus examinatorum etiam in iudicio relativo sit tantummodo renuntiare quinam idonei reputentur ad regendam illam determinatam parochiam; ac proinde concurrentes ab ipsis examinatoribus renuntiantur idonei dummodo qualitates requisitas ad regimen illius paroeciae possideant in gradu sufficienti; sed nihil impedit ut, inter ipsos idoneos seu sufficientes relative ad paroeciam illam, alii sint aliis sufficientiores, magis idonei ac digniores; hoc autem diseernere pertinet ad episcopum ex comparatione inita inter ipsos approbatos. Nec, etiamsi, ut iam quoque diximus, ex relatione examinatorum appareat aliquis magis idoneus, episcopus tenetur stare huic iudicio examinatorum; sed ipse potest et debet tunc quoque instituere comparationem inter approbatos, ut discernat quinam sit dignior; quod, si suo iudicio reputet digniorem esse eum qui minora suffragia retulit in iudicio examinatorum, potest et debet eum praeferre illi qui maiora retulerat suffragia. Nec est inconveniens si unus dignior appareat ex iudicio examinatorum, alius ex iudicio episcopi, quia examinatores non determinant digniores sed dignos; quod, si aliquando ex suffragatione, unus appareat alio dignior, hoc est per accidens, nec episcopus tenetur sequi maiora suffragia ad eligendum digniorem. Unde apud Pallottini *(Collectio... resolutionum* etc., *Concursus,* § II, n. 91) haec leguntur: « Possunt « etiam examinatores de moribus aliisque postulantem qualitatibus, « simul vel de singulis eorum, distincta dare suffragia ad tradita per « Fagnanum in cap. *Eam, de aetat. et quai.,* n. 16 et n. 17, ut, collatis « tandem suffragiis, maiora eadem in alterum ut plurimum inferantur, « atque in actu describantur eos vel primo vel secundo vel inferiori loco «probatos fuisse; si itaque honesta huiusmodi suffragatione pateat ex «ipso suffragiorum numero quinam dignior ab ipsis censeatur, constat « id eos posse portendere quin de concursus vi ambigere fas sit, dum« modo liberum de electione iudicium ac ius omne plene reservetur «episcopo. In *Brixianen., Concursus paroeciae,* diei 22 iunii 1833, « § Id. ». - Nihil tamen impedit, imo prudentiae episcopali videtur consentaneum, quominus episcopus in eligendo digniori rationem *etiam* habeat suffragationis examinatorum, imo episcopus potest, « si velit, « ut recte monet Benedictus XIV *(De Synod. Dioec,* lib. IV, c. 8, n. 7), « antequam digniorem ex approbatis renuntiet, quo cautius agat, exa« minatorum consilium exquirere, quod recte perpendit Ventriglia, m

« *praxi rer. Eccles.*, p. 2, annot. V, § 1, nn. 49 et 50 », dummodo episcopus semper remaneat liber in praelectione facienda (cfr. Ferraris, v. *Concursus,* n. 64). - Denique, etiamsi fingeremus casum, certe valde hypotheticum, in quo post iudicium relativum examinatorum, episcopus nullum haberet elementum ad iudicandum unum prae aliis digniorem inter approbatos in examine, nulla exinde coarctatio haberetur potestatis episcopalis, quia tunc etiam ad episcopi arbitrium pertineret eligere unum prae aliis quem maluerit.

13. Nulla proinde difficultas inveniri potest in eo quod, examinatoribus iudicium relativum de idoneitate candidatorum proferentibus, duplex haberetur iudicium relativum, examinatorum videlicet et episcopi. Nam unumquodque iudicium relativum versaretur circa diversum terminum relationis, nimirum examinatores iudicant relative ad paroeciam vacantem, utrum nempe concurrentes sint idonei ad illam gubernandam, episcopus instituit relationem inter ipsos concurrentes ut perspiciat quinam inter eos dignior sit ad regendam illam paroeciam; proinde examinatores directe et immediate referunt examinatas ad conditiones peculiares paroeciae, episcopus directe et immediate confert approbatos inter se ut iudicet de maiori vel minori idoneitate, et tantum mediate refert ipsos approbatos ad ecclesiam vacantem ut determinet quinam ex eis sit dignior et magis idoneus ad eam gubernandam. Quare iudicium episcopi potius quam relativum dicendum est comparativum, ut observat Argirò (lib. 7, discept. 27) apud Rechistas *(De concursus,* p. 2, lib. 3, n. 22); iudicium vero examinatorum, quamvis relativum, dicendum est positivum, ut apud eosdem.

14. Obiicitur tandem dari concursus, nempe generales ad plures indiscriminatim parochias, in quibus nec profertur nec proferri potest iudicium relativum. Respondetur imprimis hanc rationem ad summum evincere iudicium illud relativum non esse necessarium seu obligatorium in omnibus concursibus, minime vero evincere ipsum iudicium relativum esse quoque prohibitum, ita ut in concursibus in quibus possit proferri, velut in concursibus ad unam determinatam paroeciam, non sit saltem facultativum seu permissum. Imo si attente consideremus omnia quae hucusque fuerunt exposita, dicere debemus magis congruere Concilio Tridentino ut iudicium relativum in concursibus particularibus sit non solum facultativum seu permissum, verum etiam necessarium seu obligatorium. Nec interest quod in concursibus generalibus nequeat iudicium relativum haberi, quia, ut supra diximus, ipsi concursus generales aliquantulum déviant a mente Concilii Tridentini, nec fere nisi ex consuetudine et approbatione S. Sedis eos legitimos dixeris.

15. Nec etiam multum referre videtur si huiusmodi iudicium relativum appelletur iudicium seu votum *opportunitatis,* ut praesertim fit in dioecesi Brixiensi, dummodo de idoneitate revera sit iudicium : coeterum ratio denominationis fundamentum habet in ipso Tridentino aienti : « Peracto deinde examine renuntientur quotcumque ab his idonei iudi- « cati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad « vacantem ecclesiam gubernandam *opportunis* ».

16. Iam hisce omnibus disputatis circa examinatorum potestatem in iudicio relativo ferendo, redeamus ad primam quaestionem in hoc puncto propositam, utrum nempe probanda sit praxis inducta in norma provinciae Mediolanensis pro concursibus paroecialibus circa duplex iudicium ex parte examinatorum, absolutum videlicet et relativum. Et possumus praemittere quod praxis ista, si non quoad nomen, saltem quoad rem, aliquo modo vigeat, nonnullis in locis cum approbatione S. Sedis. In Austria enim, Germania et aliis nationibus bis in anno solet haberi concursus generalis quoad scientiam, et iudicium ab examinatoribus, illic datum, est certe absolutum; deinde, vacante paroecia aliqua, alius concursus particularis habetur, in quo examinatores, prae oculis habentes approbationem quoad scientiam in concursu generali datam, instituunt iudicium circa reliquas competitorum qualitates, atque hoc iudicium magis videtur esse relativum. Sed tamen, ut patet, hoc duplex iudicium quod viget in istis nationibus, non convenit omnino ©um duplici iudicio, absoluto et relativo, quod praescribitur in norma provinciae Mediolanensis ; nam illic unumquodque iudicium datur in diverso concursu et circa diversas qualitates, hic utrumque iudicium datur in eodem concursu et quoad easdem qualitates quae, prius perpenduntur in genere quoad munus parochiale exercendum, deinde con siderantur peculiariter in ordine ad regendum determinatam paroeciam ; unde, licet revera praxis Mediolanensis robur aliquod accipiat ex praxi illarum nationum, tamen ex sola ista comparatione omnino iustificata dicenda non est. - Quod, si in se ipsa conspiciamus distinctionem iudicii in absolutum et relativum iuxta praxim provinciae Mediolanensis, certe necessaria non apparet, cum generatim in Ecclesia non adhibeatur ; imo nec manifestae utilitatis duplex illud distinctum iudicium videtur esse, adeo ut in ipsa. norma Mediolanensi permittatur omittere interrogationem circa iudicium relativum quoties agatur de paroecia minoris momenti, ac in modificationibus peculiaribus inductis pro usu curiae archiepiscopalis Mediolanensis expressius dicatur : « Dopo questa votazione assorbita dovrebbe farsi la votazione relativa su ciascun concorrente, se « cioè si ritenga idoneo ed opportuno per la parrocchia *N.* ; il più delle

« Tolte però l'insieme delle circostanze rende superflua questa seconda « votazione ». E converso in dioecesi Brixiensi omittitur (ita saltem ex Actis erui videtur) iudicium absolutum circa idoneitatem in genere ad munus parochiale, sed, post vota circa scientiam et pietatem, ut definitivum iudicium profertur votum sic dictum opportunitatis, quod, iuxta explicationes episcopi, nihil aliud est nisi iudicium relativum. « A seconda « del Concilio di Trento,... *Il Regolamento per i concorsi nella provincia « ecclesiastica Lombarda...* impone ai vescovi che sopra ciascuno dei « concorrenti, già approvato per la scienza, interroghi gli esaminatori « se lo giudichino idoneo o no per ciascuna delle parrocchie alle quali « concorre... È questo il voto che noi chiamiamo di opportunità, e che « spetta evidentemente agli esaminatori sinodali, perchè il loro giudizio « della scienza e dei meriti dei concorrenti non deve essere astratto e « generale, ma concreto e particolare in ordine a quella determinata « parrocchia ». - Non ergo apparet evidens utilitas illius duplicis distincti iudicii: aliqua forsan reperiri potest utilitas in successivo illo duplici iudicio, quando agitur de paroeciis maioris momenti, ut hoc modo gradatim evidentius appareat idoneitas candidatorum ad illam determinatam parochiam. - Quidquid tamen sit de ista necessitate vel utilitate, illud etiam tenendum videtur, quod nempe praxis illa duplicis distincti iudicii, absoluti videlicet et relativi, non sit strictim contraria Iuri constituto, maxime Synodo Tridentinae; supposito tamen quod agnoscatur examinatoribus concursus, iuxta supradicta, si non necessitas seu obligatio, saltem facultas seu licentia proferendi iudicium relativum ; et supposito etiam, quod mox videbimus, iudicium examinatorum non unico cumulativo scrutinio esse perficiendum, sed per multiplex successivum scrutinium posse perfici.

17. Notatur quoque in norma pro concursibus provinciae Mediolanensis multiplicitas scrutiniorum quibus completur iudicium examinatorum circa concurrentium idoneitatem. Datur enim imprimis iudicium seu votum circa scientiam candidatorum ; neque hoc ipsum iudicium seu votum unicum est sed multiplex, separatim enim iudicantur ab examinatoribus explicatio capitis dogmatici, contiuncula et singuli tres casus morales, postea cumulantur calculi seu puncta omnium horum quinque examinum, indeque habetur iudicium complexivum circa scientiam; cui adiungitur aliud circa scientiam pariter iudicium, praeventivum dictum, quod nempe praevie conficitur a cancellario ex cumulatione classificationum quas obtinuit candidatus tum in curriculo studiorum theologicorum, tum in examinibus quatuor priorum a sacerdotio recepto annorum. Deinde perpensis insimul tum duplici isto circa scientiam

voto, complexive- nempe et praeventivo, tum ceteris candidati qualitatibus sive moralibus sive physicis, exquiritur ab examinatoribus iudicium definitivum absolutum circa idoneitatem ipsius candidati in genere ad munus parochiale; tandem profertur, saltem quando agitur de parochia maioris momenti, iudicium relativum circa idoneitatem ad ipsam determinatam parochiam. - In dioecesi Brixiensi post votum quoad scientiam habetur votum speciale quoad pietatem, hisque duobus votis forsan tribuitur vis iudicii absoluti circa idoneitatem candidatorum; tertio loco datur votum opportunitatis seu iudicium relativum. - Iamvero haec omnia contraria videntur Concilio Tridentino et subsequentibus Iuris dispositionibus, iuxta quas iudicium examinatorum circa idoneitatem concurrentium debet esse cumulativum de omnibus candidatorum qualitatibus insimul perpensis, ac proinde unico non multiplici scrutinio perfici debet.

18. Ac certe nullum esse potest dubium, quin ultimum et definitivum iudicium, quo ex concurrentibus, alii reiiciuntur ut inhabiles, alii renuntiantur ut idonei, debeat esse cumulativum, profluens nimirum ex consideratione omnium simul qualitatum quibus ornantur candidati: clara enim sunt verba Tridentini et clariora adhuc verba Benedicti XIV in Const. *Gum illud:* « Hisque omnibus coniunctim expensis, inhabiles per sua vota «reiiciant, et idoneos episcopo renuntient ». - Attamen non videtur contrarium dispositionibus Tridentini et Benedicti XIV ut huiusmodi definitivum iudicium pluribus aliis partialibus et praeventivis iudiciis seu scrutiniis praeparetur. Quid enim prohibet quominus examinatores prius investigent separatim scientiam candidatorum atque de ea iudicium efforment, deinde pariter inquirant de aetate, prudentia, meritis aliisque qualitatibus ac de hisce singulis iudicent, dummodo, postquam omnia accurate expenderint, tandem ex omnium ponderatione inhabiles reiiciant ac idoneos renuntient? Nec fundamentum huic praxi videtur deesse in Iuribus citatis; nam Tridentinum ait: *Peracto* deinde examine, (de *cuius forma tamen nihil statuit)* renuntientur quotcumque ab his idonei *iudicati fuerint* aetate, moribus, etc. - Expressius vero Benedictus XIV in citata Const. *Gum illud* multiplicia partialia ac successiva vota ceu scrutinia innuere videtur, antequam ad cumulativum definitivum iudicium perveniatur: « Porro examinatores, ait Pontifex, ad assequendam certam « et indubiam coniecturam scientiae, *postquam* diligenter expenderint « singulorum peritiam in evolvendo, explicandoque oretenus aliquo eccle- « siasticae doctrinae capite,... *ac pari diligentia libraverint a quolibet « scripto datas responsiones quaestionibus propositis ; et postquam demum* « deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum et elegantia

« sermonis in contiuncula;... parem, ni forte maiorem solertiam exa« minatores *adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus;...* hisque omnibus « coniunctim expensis, inhabiles per sua suffragia reiiciant et idoneos epi« scopo renuntient ». - Speciatim circa examen doctrinae haec etiam notatu digna sunt quae leguntur apud Pallottini *(Collectio etc.,* v. *Concursus,* § II, n. 99): «Hinc iudicium in concursibus ad parochiales « ecclesias ita Romae et alibi communiter solet institui, ut ab exami« natoribus communi scrutinio et deliberatione super singulas exami« nandi seu concurrentis responsiones ad propositas casuum quaestiones « habitas coram episcopo, ipso probante, conveniatur de singulis *quo. « calculo unaquaeque responsio* digna sit, et calculus scripto ad unám« quamque responsionem notetur. *Id ipsum de concione seu expositione « fieri solet. His exactis* fit computus punctorum seu calculorum, ex qua « computatione palam fit quinam sit approbatus et qui reprobatus, hac « lege ut qui ex. gr. ex 11 punctis non habuit nisi medietatem aut « infra, is reprobatus censeatur, puta si 5 aut 4 tantum de 10 habuerit. « Sin vero ultra medietatem habuerit, erit approbationis gradus maior « vel minor prout ad numerum 11 aut accedit aut distat. In *Lucana, « Concursus,* die 21 maii 1803, § *Animadvertendum».* - Utique non est praescriptum ut haec separata ac praeventiva scrutinia fiant, antequam deveniatur ad iudicium definitivum proferendum: ut enim inquit Ventriglia *(Praxis,* part. 2, adnot. V, § 1, n. 47): « Licet examinatores « teneantur renuntiare episcopo idoneos habito respectu ad omnes qua« litates praedictas, tamen non tenentur renuntiare singulas qualitates « eorum qui fuerunt examinati; sed sufficit referre omnes examinatos « fuisse idoneos quoad omnes qualitates, absque eo quod dicant quoad « aetatem, quoad mores, quoad doctrinam et alias qualitates: docet « Cavaler., dec. 299 ». idemque tradunt Fagnanus (in cap. *Eam, de aetat. et qualit.,* n. 16) et Card. De Luca *(De Parodi.,* disc. 37, n. 22). - At vero neque ex opposito dicemus esse Iure prohibitum, praemittere iudicio cumulativo definitivo partialia et praeventiva scrutinia; imo praxis illa videtur valde utilis, ut hac ratione accuratius examinentur qualitates singulae; quare etiam communis ubique videtur esse.

19. Quaenam autem fuerit mens episcoporum provinciae Mediolanensis dum ista praeventiva iudicia statuerunt, clare desumitur ex his verbis normae saepe citatae: « IV. *Giudizio definitivo sull'idoneità del « candidato.* Terminato il giudizio circa la scienza dei concorrenti, fa « d'uopo come impone Benedetto XIV che " parem ni forte maiorem « solertiam examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitati« bus, etc. „ La buona condotta, lo spirito ecclesiastico e la prudenza

« devono in un parroco essere *arcto foedere* strette alla scienza; epperò « secondo le decisioni del Diritto, il *giudizio definitivo* sulla idoneità o « non idoneità di un candidato ad esser parroco, *deve essere congiuntivo « o cumulativo* di tutti e tre gli elementi, che sono la scienza, la con- « dotta sacerdotale e l'opportunità a reggere una determinata parroc- « chia; e conseguentemente le classificazioni della scienza si devono « compenetrare con quelle sulla vita e sulle altre attitudini morali del « candidato ».

20. Ista omnia quae hucusque fuerunt exposita, si probatu digna existimentur, demonstrarent assertum initio propositum, quod nempe praesentis quaestionis definitio potius quam Ius constitutum respiciat Ius constituendum. Non enim videtur strictim asseverandum regulas particulares, in norma provinciae Mediolanensis circa concursus propositas, revera contrarias esse Iuri constituto in Concilio Tridentino ac in posterioribus Decretis pontificiis, nec earum observantiam et praxim inducere defectum substantialem in forma concursus, ita ut omnes concursus, iuxta praedictam normam hucusque peracti, irriti ac nullius valoris sint declarandi, proindeque necessaria sit apostolica sanatio et convalidatio omnium collationum quae vi horum concursuum factae sunt. « Forma concursus, ait P. Wernz *(Ius Decr.,* vol. II, n. 827, VII) « servanda est quae in Conc. Trid. et tandem per Benedicti XIV Con- « stitutionem *Cum illud* accuratius est praescripta... At nullitas concursus « nequaquam cum Reclusio generaliter est asserenda, si formalitates prae- « scriptae adamussim non fuerint observatae, sed id valet tantum de « illis conditionibus concursus de quibus expresse et specialiter per clau- « sulam irritantem nullitas concursus statuta est, velut de iudicio exami- « natorum quod unice datum est de sufficienti scientia, non etiam de « honestate vitae aliisque dotibus examinandorum ». - In casu autem nostro methodus provinciae Mediolanensis non demonstratur deficere in aliqua ex dictis conditionibus specialiter clausula irritanti munitis. Ergo nec concursus iuxta ipsam methodum habitos inválidos fuisse dicemus. - Attamen hoc nihil impedit quominus de Iure constituendo, si aliqua in dicta methodo contenta iudicentur minus congrua vel quae incommodis viam sternere possint, corrigi iubeantur, vel etiam quominus novae ac determinatae regulae in punctis controversis ab H. S. C. definiantur ac constituantur.

Haec vero decernere ad sapientissimum EE. VV. pertinet iudicium, cui omnia supradicta subiicio, dum Sacram Vestram Purpuram reverenter deosculor.

S. CONGREGATIO RITUUM

L

DECRETUM.

CIRCA NOVAS RUBRICAS.

Ad Sacram Rituum Congregationem pro opportuna solutione inse quentia dubia delata sunt; nimirum:

I. Utrum Festa Deiparae et Sanctorum quae sub ritu duplici maiori vel minori in Dominicis agebantur, possint in alia die fixe reponi si eadem Festa mobilia particularia iure vel privilegio translationis et repositionis ornabantur; an potius debeant, sicuti alia Festa mobilia, ad instar Simplicis commemorari, nisi potius velint omitti.

II. Num Festa mobilia quae sub ritu duplici I vel II classis ali cubi celebrantur, ius translationis et repositionis habeant, quamvis nulla de hoc iure mentio in decreto concessionis aliquibus locis facta habeatur?

III. Utrum Festa quae in universa Dioecesi vel in toto Instituto die fixa mensis celebrantur, si in aliqua Dioecesis vel Instituti ecclesia sub ritu duplici minori vel maiori Dominicis diebus fuerint hucusque celebrata, debeant commemorari vel omitti iuxta praescriptiones temporarias; an potius celebrari debeant in die fixa iuxta Kalendarium Dioecesis vel Ordinis, servato ritu forsan altiori Officii eiusdem pro Dominicis diebus in particulari Ecclesia concessi ?

IV. Num Festa mobilia quae in alia per hebdomadam Feria sub ritu duplici maiori vel minori recoluntur, ut Festa Mysteriorum et Instrumentorum Dominicae Passionis, commemorari generatim debeant iis annis quibus impediuntur, etsi ius translationis et repositionis non habeant?

V. Utrum facultas quae data est per novas rubricas, tit. X, num. 3, Festis a Dominica impeditis ut recoli valeant celebratione omnium Missarum, una excepta, ob votum vel concursum populi, extendi possit ad Festa in perpetuum ad instar Simplicis redacta, vel penitus abolita, eo quod Dominicis olim fuerint affixa?

VI. An Missae omnes quae permittuntur a rubrica, tit. X, num. 3, celebrari possint etiam si occurrat Festum duplex I aut II classis?

VII. Quum ex nova rubrica, tit. X, num. % Missae privatae defunctorum in Quadragesima non liceant nisi prima cuiusque hebdomadae die non impedita; quaeritur utrum haec prohibitio generalis sit, atque, recurrente Festo semiduplici aut Feria, Missas etiam privatas quidem seu lectas, sed de anniversario alicuius defuncti ex propinquorum devotione celebrari postulatas involvat?

VIII. Utrum in Missa de Feria Quadragesimae celebrata, ad normam novae rubricae, tit. X, num. % post commemorationem Festi duplicis eadem die recurrentis, addi debeat tertio loco oratio *A cunctis;* et si negative, utrum sumi possit collecta ex devotione celebrantis addenda; et si pariter negative, utrum id liceat in Missa feriali, Festo semiduphci recurrente?

IX. Quum in Decreto die 2 martii currentis anni praescriptum sit, Dominicam II post Epiphaniam anticipandam esse in Sabbato aut in alia praecedenti Feria, in qua occurrit Festum ritus semiduplicis; et si nullum semiduplex infra hebdomadam habeatur, in Sabbato aut in alia praecedenti Feria, occurrente etiam Festo ritus duplicis minoris: quaeritur quid agendum si tota hebdomada impediatur Festis classicis aut ritus duplicis maioris?

X. Quo colore utendum est in Communione extra Missam administranda in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum?

XI. Num in Missis Votivis Praefationem propriam non habentibus legenda sit Praefatio de Officio Sanctae Mariae in Sabbato, quod in eisdem Missis commemorationem habet?

XII. Utrum in Festis novem Lectionum Praefationem propriam in Missa habentibus, et infra tempus Quadragesimale, aut Passionis, aut Paschale celebratis, si dicatur, iuxta rubricam, tit. X, num. % Missa de Feria cum commemoratione Festi currentis, adhibenda sit Praefatio Temporis, an Praefatio Festi quod in Missa Feriae commemoratur?

XIII. Quaenam Praefatio adhibenda sit in Missa, Praefatione propria carente, in qua commemoratur tum Festum simplificatum.et Praefatione propria gaudens, tum Feria Praefationem Temporis item propriam obtinens?

XIV. Num occurrente Festo novem Lectionum in Feria II et IV Rogationum et in Feriis Quatuor Temporum Adventus et mensis Septembris, legi possint et debeant Lectiones de Scriptura, quae die immediate antecedenti vel sequenti fuerint impeditae, si Festum illud novem Lectionum Lectiones proprias vel de Communi non reposcat?

XV. Et quatenus affirmative ad XIV:

1° Utrum Lectiones de Scriptura diei praecedentis, an Lectiones de Scriptura diei sequentis sint praeferendae, si ambae fuerint impeditae?

2° Num a sua die Lectiones de Scriptura occurrente amoveri possint ut in Feriis Homiliam habentibus Lectiones de Scriptura legi possint, ita ut, exempli gratia, si Lectiones Feriae II infra hebdomadam III Adventus impediantur, poni possint et debeant in Feria III, et Lectiones Feriae III in Feria IV, et ita in similibus?

XVI. Num initium alicuius Libri, si aliter poni nequeat, reponi possit et debeat in Festo novem Lectionum, quod Lectiones revera proprias et historicas in I Nocturno habeat, prout habent utraque Cathedra et Vincula S. Petri Apostoli, Conversio S. Pauli Apostoli, Inventio S. Stephani Protomartyris et similia?

XVII. Et quatenus negative ad XVI, num idem dicendum sit de Lectionibus appropriatis, prout sunt appropriatae in Festo Dedicationis Basilicarum Ss. Petri et Pauli, S. Mariae Maioris et in similibus?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem, nisi obtineatur novum Indultum; affirmative ad secundam, iuxta novas dispositiones.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad IV. Affirmative, iuxta novas rubricas, tit. III, num. 4.

Ad V. Affirmative, pro simplificatio; negative pro abolitis.

Ad VI. Negative, salva tamen rubrica generali Missalis, tit. VI, *de translatione Festorum.*

Ad VII. Affirmative.

Ad VIII. Quoad primam partem, provisum per Decretum diei 22 martii 1912 ad 5; quoad secundam et tertiam partem, negative.

Ad IX. In casu Dominica anticipetur in Sabbato, .aut in alia praecedenti Feria in qua occurrit Festum ritus duplicis maioris.

Ad X. Utendum colore violaceo, aut albo.

Ad XI. Affirmative ad mentem recentium Decretorum.

Ad XII. Adhibeatur Praefatio Temporis, utpote propria Missae.

Ad XIII. Adhibeatur Praefatio B'esti simplificati et prius commemorati.

Ad XIV. Affirmative.

Ad XV. Quoad primam partem, legantur Lectiones diei praecedentis; quoad secundam partem, affirmative.

Ad XVI. Negative.

Ad XVII. Negative.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit, die 19 aprilis 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

n.

LAURETANA.

DE CAPELLANIS HONORARIIS.

A Sacrorum Rituum Congregatione expostulatum est: An privilegia et insignia a Summis Pontificibus collata Capellanis honorariis almae Cathedralis Basilicae Lauretanae, iuxta documenta eidem Sacro Consilio exhibita, extra ambitum praefatae Basilicae et dioecesis Lauretanae-Recinetensis a dictis Capellanis honoris rite nominatis adhiberi queant?

Et Sacra Rituum Congregatio, attentis enunciatis documentis Pontificiis necnon litteris episcopalibus quibus memorati Capellani eligi ac nominari solent, audito etiam specialis Commissionis suffragio, respondendum censuit: Negative ad normam Brevis *Illud est proprium* Leonis Papae XIII f. r. 29 ianuarii 1894 ad III (Decr. Authent., S. R. C, n. 3817, De *Canonicis honorariis),* Motus proprii *Inter multiplices* Ssmi Dñi nostri Pii Papae X 21 februarii 1905, et subsequentis Decreti seu declarationis S. R. C. 14 martii 1906.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 19 aprilis 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

DIOECESUM GALLIAE EIUSQUE COLONIARUM.

FESTUM B. IOANNAE DE ARC IN GALLIA AD RITUM DUPLICEM SECUNDAE CLASSIS EVEHITUR.

Postquam Apostolica Sedes Decreto diei 25 augusti 1909 Festum Beatae Ioannae de Arc, Virginis, Dominica infra Octavam Ascensionis Domini quotannis in universa Gallia recolendum concessit, in nonnullis quidem dioecesibus sub ritu duplici secundae classis, in ceteris vero sub ritu duplici tantummodo maiori, idem Festum a fidelibus miro pietatis studio in dies aucto et spiritualibus consequentibus bonis ibidem celebrari coeptum est. Quare ut plenior habeatur uniformitas in liturgicis honoribus Beatae Puellae Aurelianensi tribuendis, Emi et Rmi Viri, Archiepiscopi, omnesque Galliae Dioecesum Antistites, una cum Rmo Dno Episcopo Aurelianen, vota quoque plurium Moderatorum Regularium Familiarum sive Societatum vota depromente, a Ssmo Domino Nostro Pio Papa X suppliciter petierunt, ut enuntiatum Festum Beatae Ioannae de Arc, Virginis, sub ritu duplici secundae classis, de benigna Apostolicae Sedis extensione, in cunctis Galliae eiusque Coloniarum Dioecesibus recoli valeat.

Sanctitas porro Sua huiusmodi supplicia vota peramanter excipiens, Festum Beatae Ioannae de Arc, Virginis, adsignatum Dominicae infra Octavam Ascensionis Domini, in cunctis Galliae eiusque Coloniarum Dioecesibus sub ritu duplici secundae classis, de speciali gratia, celebrandum indulsit: servatis rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 24 aprilis 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

I, « S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

RAVENNATEN.

NULLITATIS MATRIMONII (PASOLINI-MONTAGUB).

Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 29 decembris 1911, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* « Ravennaten. - Nullitatis matrimonii » *instante pro appellatione adversus sententiam Rotalem diei 15 maii 1911 Defensore matrimonii ex officio, inter Pasolinum Pasolini, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et Mildredam Montague, interveniente et disceptante in causa eodem vinculi Defensore, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Pasolinus Pasolini, nobili genere Ravennae ortus, anno 1907, aetatis suae trigesimo secundo, matrimonium iniit cum Mildreda Montague, puella americana, acatholica, in sacello quodam privato prope Florentiam, coram Conrado Gonfalonieri, Canonico Fiorentino, qui ut testis auctorizabilis delegatus fuit a parocho S. Marcelli de Urbe, in cuius paroecia domicilium fovebat sponsi pater, Comes Petrus Desiderius Pasolini, quod participare videbatur ipse filius tempore matrimonii contracti. Istud autem matrimonium ob infidelitatem mulieris, quae relicto marito in Americam rediit, infaustum habuit exitum. Comes Pasolinus deinde, ut statum libertatis recuperaret, matrimonium vitio clandestinitatis accusavit, eo quod parochus S. Marcelli de Urbe neutrius sponsi erat proprius parochus, et petiit obtinuitque a Romano Pontifice licentiam, ut H. S. Tribunal in prima instantia videat causam, et quidem sub dubio concordato: *An constet de matrimonii nullitate in casu.* Cui dubio RR. PP. de Turno in sessione iudiciali diei 15 maii 1911 censuerunt respondendum esse *affirmative;* ideoque tulerunt sententiam, *constare de matrimonii nullitate m casu.* Ab hac autem sententia Defensor vinculi ex lege Benedictina rite interposuit appellationem, ita ut hodie in secunda instantia eadem causa cognoscenda et decidenda sit sub dubii formula : *An sententia rotalis confirmanda vel infirmanda sit in casu.*

Ius quod spectat. - « Ad valorem matrimonii requiritur.., alterutrius « sponsi proprius parochus domicilii habitationis, vel quasi talis » (Reiffensi, *Ius can., Lib. IV, Tit. III, n. 55* cum communi, ex Conc. Trid., *Sess. 24, De Beform, matrim., cap. 1).* Ideo autem dicitur: «domicilii « habitationis », quia, ut prosequitur Reiff., *I. c, n. 58:* « Concilium Tri- « dentinum requirit proprium parochum, hic autem est parochus habi- « tationis seu domicilii, utpote ratione cuius quis parochianus est et « dicitur per dicta *Lib. III, Tit. XXIX, De Parochis, n. 10* ».

«Constituitur autem domicilium », uti docet Pirhing, *Ius can., Lib. II, Tit. II, n. 12* cum communi, « animo et facto, id est animo ibi perpe- « tuo habitandi (nisi quid occurrat, quod eum faciat recedere, animo « tamen redeundi. *Gì. fin.* in *L. Cives c. de incolis, Lib. X)* et facto, seu « ipsa actuali habitatione, *L. I. Domicilium 20* etc., ita ut utrumque copu- « lative requiratur ut quis in aliquo loco dicatur habere domicilium, « scilicet actualis habitatio, et animus ibi perpetuo manendi nisi ob « causam de novo supervenientem animum mutet, *c. I. cives:* neque ta- « men requiritur diuturna habitatio, sed quamprimum quis ad locum « pervenit animo ibi perpetuo permanendi, incola censetur et domicilium « ibi constituisse, *I. Pupillus, 239, § Incoia, ff. de V. S.* ».

Iamvero sententia appellata errat, si post traditas rectas notiones domicilii et quasi domicilii prosequitur: «Differentia autem specifica «inter utrumque in animo constitit seu voluntate, quae in domicilium « ad omne vitae tempus, vel saltem longissimum, puta decennium, se « extendere debet; in quasi-domicilio autem sufficit, ut se extendat ad « maiorem unius anni partem, quae autem maior anni pars non mathe- « matice sumenda est; ideoque non deest opinio eorum, qui sex men- « ses tantum ad quasi-domicilium acquirendum sufficere dicunt, imo « S. R. et U. Inquisitionis Congregatio in casu quodam (die 9 nov. 1898) « sufficere revera declaravit » (v. Noldin, Aichner, *C. 1. Eccles., § 164).*

Et revera. *Primo* affirmari nequit, ad domicilium requiri animum manendi alicubi perpetuo « vel saltem longissimum tempus, puta decen- « nium ». Nam intentio, quae requiritur ad domicilium constituendum, non ea est, qua quis intendit manere alicubi constanter vel ad decennium, sed *perpetuo.* Equidem « in dubio... si non constet de animo per- « petuo manendi in loco aliquo, post decem annorum continuam habi- « tationem, domicilium ibi constituisse censendum est ». Pirhing, *i. cit., n. 12;* Bartolo, *etc.* Verum, ut patet, decennalis habitatio non est nisi *praesumptio iuris* de intentione perpetuo manendi alicubi.

Secundo autem nequit approbari sententia illorum, qui ex cit. decisione S. Officii doceant ad quasi-domicilium acquirendum sufficere

sex menses. Nam hic quoque agitur de mera praesumptione. Equidem factum habitationis per sex menses in aliquo loco praesumere facit intentionem ibi manendi per maiorem anni partem. Intentio vero quae ex sacris Canonibus requiritur ad constituendum quasi-domicilium, ea est quae se extendit ad maiorem anni partem, non vero ad sex tantum menses (cfr. *Rota Romana - Nullit, matrim. De Magri-Albini* ubi fuse haec explicantur).

Ceterum etiam citati Auctores item docent. Aichner enim *I. c.* haec habet: « S. C. Inq. die 9 nov. 1898 declaravit: " Se conferentes in civi- « tatem *N.* ex alio loco vel parochia, dummodo ibi commemorati fuerint « in aliqua parochia per sex menses, censendos esse ibidem habere quasi- « domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de « animo ibi permanendi per maiorem anni partem, facto verbo cum Sanctissimo „ ». Sed citatus Auctor superius animadvertit: «Quodsi de « praedicto animo non constet, ad indicia recurrendum esse quae mo- « ralem certitudinem pariant », et infra inter alia citat illam decisionem S. Officii anni 1898.

Noldin autem in suo opere « *De principiis theologiae moralis* », *edit. IV, p. 148 in nota 2* ait: « Quaestionem controversam, num com- « memoratio sex mensium mere materialis in aliquo loco quin unquam « adfuerit animus ibi permanendi per maiorem anni partem, ad acquiren- « dum quasi-domicilii sufficiat, S. Officium dirimere noluit, in Casu tamen « particulare eam sufficere declaravit S. Officium 9 novembris 1898 ».

Factum quod spectat. - Matrimonio inter actorem et Mildredam contracto assistebat uti testis auctorizabilis Canonicus Gonfalonieri, a parocho S. Marcelli de Urbe delegatus, idque prope Florentiam in sacello quodam privato. Cum in hoc sacerdote qualitas testis auctorizabilis non verificaretur nisi vi delegationis a parocho S. Marcelli acceptae, matrimonium in casu revera invalidum dicendum est, si constet Comitem Pasolinum Romae in paroecia S. Marcelli *nullum habuisse domicilium.* Etenim hoc probato, nullum aliud caput adduci potest, ex quo defectus assistentiae testis auctorizabilis suppleatur.

Et revera. *Primo* enim certum est, nullum alium parochum Sacerdoti Confalonieri dedisse delegationem ad assistendum matrimonio. Ceteroquin unus tantum, nempe parochus Ravennatensis - interim abstractione facta a parocho S. Marcelli de Urbe - hanc delegationem dare potuit; at ex actis clare liquet, istum parochum nullam omnino dedisse delegationem.

Secundo non minus certum est, matrimonium neque ex eo capite validum dici posse, quod sponsa, quae patriam suam reliquerat, tem-

pore matrimonii initi forte fuerit vaga. Nam dato etiam quod sponsa in America non amplius habuerit domicilium sed vaga fuerit, tamen ex hac ratione nequaquam affirmari potest matrimonium in casu esse validum. Etenim matrimoniis vagorum iuxta veriorem et communiorem Canonistarum sententiam valide assistere nequit nisi *parochus actualis commorationis* vagorum ; non igitur *quilibet* sacerdos eorum matrimoniis uti testis auctorizabilis assistere potest. Atqui sponsa tempore matrimonii actualiter commorabatur *Florentiae*, idque in quodam diversorio, quod insuper extra territorium illius paroeciae situm erat, in cuius finibus matrimonium contractum est. Iamvero sacerdos Falconieri nequaquam erat parochus loci actualis commorationis sponsae, neque ab eo delegatus. Ergo nullum titulum legitimum ad assistendum matrimonium habuit.

Quae cum ita sint, tota quaestio eo reducitur, ut inquirendum sit, utrum, necne, Comes Pasolinus praeter domicilium Ravennatense, de quo nullum est dubium, habuerit etiam *Romae* domicilium vel quasi-domicilium, et quidem in domo paterna, quae intra fines paroeciae S. Marcelli sita est.

Sententia appellata abstinet solvere quaestionem an pater actoris, Senator Petrus Desiderius, Romae domicilium aut solum quasi-domicilium habeat, seu tempore matrimonii filii habuerit. « Si haec quaestio », ita sententia appellata, « pro quasi-domicilio Petri Desiderii in Urbe solvi « posset, ex argumentis quae modo laturi sumus certo certius appare- « ret, Pasolinum, maiorem factum aetate, hoc quasi-domicilium amisisse « et Ravennae tantum retinuisse domicilium ».

Tria autem argumenta a sententia appellata afferuntur ad probandum, quod filius, maior aetate factus, domicilium, respective quasi-domicilium, patris in Urbe reliquerit seu eo renuntiaverit. *Primum* argumentum desumitur ex mandato generali, quod pater filio dederat, administrandi nempe bona familiae Ravennae sita; *secundum* ex eo, quod filius Ravennae multis societatibus nomen dederat; *tertium* denique ex diversis litteris.

In primis praemittendum est patrem actoris *duplex domicilium* habuisse, unum Ravennae, ubi degebat aestate, et alterum Romae intra fines paroeciae S. Marcelli, ubi degebat hieme. Patrem enim etiam in Urbe verum domicilium habuisse, negari nequit. Etsi Romae non residebat nisi per certam anni partem seu hieme, idque propterea, quod ut **Senator** conventibus senatorum in Urbe interesse debuit, tamen habentur duo illa elementa, quae constituunt domicilium in sensu canonico: *factum* habitationis nempe et *animus* ibi perpetuo manendi, si

nihil alio avocet. Neque dicatur, multos senatores Romae non habere domos instructas. Tn casu enim agitur solum de senatore Petro Desiderio, seu de patre actoris. Is autem in Urbe, domo locata et mobilibus propriis instructa, « larem et centrum rerum ac fortunarum « suarum » *(I. 7, § 1, G. De incolis, 10, 39)* constituit, seu talem habitationem ibi habuit, qualis ad constituendum domicilium ex iure canonico requiritur. Habetur autem etiam animus *perpetuo* in Urbe manendi, neque dici potest, hunc animum defuisse, quia *causa* manendi in Urbe, scilicet conventus senatorum, non fuerit perpetua. Nullibi enim requiritur *continua* habitatio, quae per absentias non interrumpatur, sed requiritur et sufficit *animus* perpetuo manendi, etsi quis post factum habitationis per menses vel per annos locum domicilii relinquat. Animus autem in casu ideo perpetuus erat, quia dignitas senatoria ex lege civili italica usque ad mortem perdurat.

Ad argumenta autem allata quod attinet, haec sunt animadvertenda. Sententia appellata probare intendit, actorem domicilium in Urbe habitum positive *deseruisse.* Iamvero rationes in duobus primis probationibus allatae non plene sufficiunt, ut *excludatur* animus continuandi etiam in Urbe domicilium hactenus habitum. Illa facta enim, scilicet administratio bonorum et datio nominis multis societatibus Ravennae, consistere possunt cum animo continuandi domicilium etiam in alio loco, praesertim si quis, uti actor revera fecit, singulis annis sese conferat illuc per aliquot menses. Tamen haec facta considerari possunt uti adminicula seu indicia intentionis deserendi pro semper domicilium in Urbe habitum, licet, his solis argumentis innixum, nullum tribunal ecclesiasticum poterit invalidum declarare aliquod matrimonium.

Verum *tertium* argumentum allatum est omnino convincens et in casu sufficit ad probandum, filium *abiecisse* animum continuandi in Urbe domicilium. Etsi enim agatur de scripturis privatis, tamen sunt optimum medium probandi illud quod est in votis actoris. Nam de animo iudicari nequit nisi per media externa quae animum manifestent. Iste autem animus in casu optime expressus fuit in multis litteris privatis, quae, tempore non suspecto, parentibus manifestabant quid filius de domicilio patris in Urbe relate ad semetipsum cogitaverit. Ipse enim expresse declaravit, se solummodo Ravennae larem constituisse, neque quidquam sibi esse commune cum domicilio romano patris. Quodsi autem nihilominus Romam venit ad invisendos parentes vel ad consulendum patrem de rebus administrationis bonorum familiae, seipsum -vocat « pellegrino », « pianta esotica ecc. », quae omnia résultant ex litteris in actis extantibus et iam in textu sententiae appellatae abun-

danter relatis. Exclusus igitur erat animus redeundi Romam, *ut ibi iterum perpetuo maneat;* tempore enim visitationum aderat ibi solum corporaliter, ut ita dicatur, longe vero aberat ab eo animus seu intentio considerandi Romam ut suum domicilium in sensu canonico.

Attamen dicendum est, sententiam appellatam in suis probationibus inniti falso supposito. Sententia enim supponit, Comitem Pasolinum, postquam maior aetate factus sit, Romae *habuisse* domicilium, cum domicilium legale transierit in domicilium voluntarium. Iamvero filius, maior aetate factus, *ne habuit quidem* domicilium in Urbe. Cum processus super hoc puncto nullo modo fuerit instructus, paucis tantum innuatur supradictam affirmationem veritati esse concordem.

Comes Pasolinus, natus die 11 ianuarii 1876, a mense novembris 1894 usque ad mensem iulii 1897 Florentiae frequentabat scholam quandam scientiae socialis, uti resultat ex documento authentico in actis exstante. Interim vero, sci. die 11 ianuarii 1897, maior aetate factus est, et quamvis adhuc Florentiae commoraretur, tamen administravit, quemadmodum antea iam fecerat, bona familiae Ravennae. Superato autem examine mense iulii 1897, filius, iam antea maior aetate factus, se contulit Ravennani ut officio administratoris bonorum familiae fungeretur. Postea autem, die nempe 18 novembris 1898, Ravennae exaratum est mandatum generale, quo filio plena potestas coram lege civili data est.

Filius igitur, maior aetate factus, non secutus est patrem in Urbem, sed solummodo Ravennam, quo fiebat ut nonnisi Ravennae verum domicilium voluntarium acquisiverit. Etsi Romam veniebat ad invisendam familiam et ad negotia explenda, tamen domicilium legale quod uti minor aetate ibi habuit, non mutavit in domicilium voluntarium, cum illa duo elementa quae domicilium constituunt, in casu nequaquam adessent. Id autem probatur ex rationibus a sententia appellata adductis pro eo, quocl filius domicilium romanum *reliquerit.*

Quibus omnibus consideratis et sedulo perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus: *Constare de matrimonii nullitate in casu,* seu ad propositum dubium respondemus: *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam partem ; statuentes praeterea, actorem ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam^ et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Cano-

num, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de Reform.* Concilii Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 29 Decembris 1911.

Franciscus Heiner, Ponens.
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

AD R. P. VICENTINI, SUPERIOREM GENERALEM INSTITUTI MISSIONARIORUM SANCTI CAROLI, QUORUM ZELUS PRO EMIGRANTIBUS ITALICIS MERITO COMMENDATUR.

Revmo Padre,

Ho ricevuto con piacere il foglio ed il relativo elenco che V. P. mi inviava in data del 21 Décembre p. p., e ben volentieri ho riferito al Santo Padre quanto Ella mi faceva conoscere intorno all'opera che in favore degli italiani emigranti in America va spiegando, con sempre migliore successo, cotesto Istituto dei Missionari di S. Carlo. Quanto se ne sia compiaciuta Sua Santità bene Ella lo può arguire dall'interesse grande e continuo che la Medesima ha sempre avuto per la religiosa assistenza e protezione dei poveri emigranti. Nel darmi pertanto l'incarico di esprimerle la paterna Sua soddisfazione per lo zelo e l'abnegazione colla quale i benemeriti Missionari di S. Carlo corrispondono alia loro santa vocazione, l'Augusto Pontefice inviava loro e specialmente alla P. V. larghissima benedizione apostolica da essere a ciascuno fonte dei necessari aiuti ed auspicio delle migliori celesti ricompense.

Con sensi di sincera stima passo, dopo ciò, al piacere di raffermarmi

di V. P.

15 Gennaio 1912.

Affmo nel Signore
R. CARD. MERRY DEL VAL.

II.

AD R. P. G. ZOCCHI, S.T., OB LIBROS BEATISSIMO PATRI TAMQUAM FILIALE VENERATIONIS OBSEQUIUM REVERENTER EXHIBITUS.

Reverendo Padre,

Direi troppo poco se Le dicessi che il Santo Padre ha gradito i tre opuscoli, che la P. V. Gli ha teste inviato in devoto omaggio. La grande causa dell'insegnamento libero in Italia, che vi prende a patrocinare, Glieli ha resi di particolare interesse e gradimento. Sua Santità pertanto ne La ringrazia di cuore e si congratula con Lei, che sa così bene cooperare a ravvivare nei cattolici la coscienza di un dovere, che non può non farsi sentire gravissimo dinanzi a quella strage d'anime innocenti che si viene quotidianamente ed impunemente perpetrando nelle scuole laiche. Voglia Iddio, e Sua Santità se lo augura ben volentieri, che il grido generoso delle anime oneste contro il tentativo di togliere ai cattolici, colla libertà della scuola, la speranza di veder crescere le future generazioni nella fede del loro battesimo, segni il principio di un salutare movimento di redenzione. Avrà così anch'Elia la consolazione di avervi efficacemente concorso co'suoi scritti: e quella eloquenza,"che, inspirata ad un sincero amore di Dio e delle anime, tanto la distingue tra gli oratori contemporanei, avrà il merito di aver servito ancora una volta alla difesa dei grandi interessi della Chiesa e del popolo.

In attestato di paterna benevolenza, l'Augusto Pontefice Le invia l'apostolica benedizione e con essa l'augurio d'ogni bene, ringraziando anche dei devoti sentimenti che V. P. Gli ha così nobilmente espresso in occasione della festa di S. Giuseppe. Ed io, mentre ho il piacere di dargliene la gradita notizia, aggiungo personali ringraziamenti per gli esemplari dei sullodati opuscoli cortesemente destinatimi, e profitto dell'incontro per raffermarmi con sensi di ben sincera stima

di V. P.

22 Marzo 1912.

Affmo nel Signore
R. CARD. MERRY DEL VAL.

III.

AD R. D. EUGENIUM BODIN, CONGREGATIONIS MISSIONIS, OB EXEMPLAR BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM OPERIS NUPER EDITI «EDITION DU NOUVEAU TESTAMENT. TEXTE GREC-LATIN ».

Révérend Monsieur Bodin,

Le Saint-Père Pie X a agréé avec une bienveillance toute particulière l'hommage que vous avez eu la filiale pensée de Lui faire de l'« Édition du Nouveau Testament, texte grec-latin », que vous avez récemment publiée avec l'approbation ecclésiastique.

Votre remarquable ouvrage, fruit de longues années si avantageusement consacrées à l'étude de nos Saints Livres, vient à son heure apporter une précieuse contribution aux travaux que les catholiques poursuivent avec toujours plus d'ardeur dans l'immense champ de l'Écriture Sainte.

Quoique l'Église n'ait pas pour le grec, comme pour la Vulgate, un texte officiel, il était, certes, désirable et utile qu'on eût pu mettre entre les mains des catholiques, et en particulier des séminaristes et des jeunes prêtres, un texte irréprochable, et aussi conforme que possible à l'original. C'est ce texte que vous tâchez de nous donner, et c'est à vous que revient le mérite d'avoir publié la première édition d'une œuvre de ce genre, faite par les catholiques.

Vous reproduisez ordinairement le manuscrit grec *B* du Vatican, du IVe siècle, mais en le confrontant avec les citations des Pères antérieurs au IVe siècle et en le collationnant avec les autres manuscrits du texte original les plus anciens qui sont parvenus jusqu'à nous.

Vous avez suivi de même, pour le texte latin, le *Vaticanus B* et les anciennes versions qui se trouvent confirmées par la Vulgate, dont vous indiquez, en note, les changements et les sources. Elles sont une preuve de l'excellence de la version latiné revue par Saint Jérôme et adoptée par l'Église.

Le Souverain Pontife se plaît à vous féliciter de votre zèle et de votre important travail, et, avec Ses encouragements paternels, Il vous accorde de tout cœur la bénédiction apostolique, gage d'abondantes faveurs divines.

Je profite volontiers de cette occasion pour vous exprimer, avec mes félicitations, Révérend Mr. Bodin, mes meilleurs sentiments en Notre-Seigneur.

Le 1 Avril 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE PREPARATORIA.

Il giorno 16 Aprile 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Sigg. Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e .dei Consultori Teologi, fu tenuta la Congregazione Preparatoria dei Sacri Riti per discutere il dubbio sopra *Y* eroismo delle virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno Neuman, Vescovo di Filadelfia, della Congregazione del SSmo Redentore.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

15 Aprile 1912. — LT Emo Sig. Cardinale Ludovico Billot, *Protettore della Società Bibliografica di Francia.*

16 Aprile. — L'Emo Sig. Cardinale Basilio Pompilj, *Protettore della Congregazione delle Suore della Risurrezione di **N.** S. **Gr.** C.*

21 Aprile. — Il Rmo P. Domenico Pasqualigo, Commissario della S. Congregazione di S. Uffizio, *Consultore della S. Congregazione Concistoriale.*

NECROLOGIO.

24 Aprile 1912. - Mons. Federico Filippo Abert, Arcivescovo Metropolita di Bamberga in Baviera.

Annus IV. - Vol. IV. Die 10 Maii 1912. Num. 9

ACTA APOSTOLIGAE IEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SACRA CONGREGATIO- CONSISTORIALIS

i.

ERECTIONIS DIOECESUM.

, KBARNEYJBNSIS.

Ssmus Dominus Noster Pius PP. X decreto huius Sacrae Consistorialis Congregationis diei 8 martii 1912 peramplum dioecesis Omahensis territorium bifariam divisit, in eiusque occidentali parte novam et distinctam dioecesim, Kearneyensem ab urbe vulgo *Kearney* denominandam, erexit.

Limites novae Kearneyensis dioecesis hi sunt, idest *ad orientem* fines orientales comitatuum civilium *Keyapaha, Rock, Garfield, Valley, Sherman* et *Buffalo; ad meridiem* vero flumen *Platte* ac dein confmia -civilia inter Status *Nebraska* et *Colorado; ad occidentem* et *ad septentrionem* denique ipse confinia civilia Status *Nebraska;* ita ut nova haec dioecesis comprehendat viginti sex comitatus civiles integros, videlicet *Keyapaha, Rock, Garfield, Valley, Sherman, Buffalo, Cheyenne, Kimball, Banner, Scotts Bluffs, Sioux, Barnes, Box Butte, Morrill, Garden, Sheridan, Cherry, Grani, Hooker, Thomas, Me Pherson, Logan, Custer, Blaine, Loup* et *Brown;* itemque partem comitatuum civilium *Bawson, Lincoln, Keath* ac *Beuel* nuncupatorum.

Insuper praedictam dioecesim suffraganeam constituit metropolitanae ecclesiae Dubuquensis.

CORPORIS CHRISTI.

Item eadem Sanctitas Sua decreto eiusdem Sacrae Congregationis: diei 23 martii 1912 Brownsvillensem apostolicum vicariatum, iisdem ut antea territorii finibus circumscriptum, in dioecesim erexit ac instituit, quam a civitate ubi sedis episcopalis statuta est *Corpus Christi* denominava, eamque suffraganeam metropolitanae ecclesiae Novae Aureliae constituit.

IL

WAYNE-CASTRENSIS.

DECLARATIONIS CIRCA DIOECESIS FINES.

Pariter decreto eiusdem Sacrae Congregationis diei 29 martii 1912 Ssmus Dominus Noster declarare dignatus est Wayne-Castrensem dioecesim totum complecti septentrionale territorium civilis Status *Indiana,* ita ut ipsa iisdem quoquoversus circumscribatur finibus quibus antea dioecesis Vincennopolitana, modo autem Indianapolitana nuncupata, a qua tamen ad meridiem discriminatur per australia confinia comitatuum civilium vulgo *Warren, Fountain, Montgomery, Boone, Hamilton, Madison^ Deleware* et *Randolph,* quos et comprehendit.

III.

TARBIENSIS.

ADIECTIONIS TITULI EPISCOPALIS LAPURDENSIS *(Lourdes).*

Ssmus Dominus Noster Pius PP. X decreto huius Sacrae Consistorialis Congregationis diei 20 aprilis 1912 statuit ut in posterum ecclesia cathedralis Tarbiensis eiusque episcopus novo Lapurdensi titulo, ab oppido *Lourdes,* honoris causa honestarentur, ita ut tum dioecesis, tum episcopus Tarbiensis ac Lapurdensis nuncupari possint et valeant. Cum vero novus hic titulus Lapurdensis dioecesi Tarbiensi nonnisi ad honorem adiectus sit, Sanctitas Sua mandavit, ut quod attinet ad praesentem statum sedis et residentiae episcopalis itemque curiae et, capituli cathedralis nulla fieret immutatio.

IV.

EPISTOLA.

AD R. P. D. IOANNEM BAPTISTAM CORREA NERY, EPISCOPUM CAMPINENSEM, DE SEMINARIIS DIOECESANIS PROXIME ERIGENDIS.

Illme ac Riñe Domine,

Ex tuis litteris diei 13ae elapsi martii propositum tuum de maiori minorique instituendo seminario in hac dioecesi Gampinensi Sanctitas Sua didicit.

Porro Ssmus Dnus eorum omnium quae in duabus aliis neoerectis dioecesibus peregisti bene conscius, nunc de iis, quae et in nova dioecesi Tibi uti primo pastori recens concredita aggredi meditans, valde laetatur. Quae inter vere praecellit de utroque seminario erigendo propositum: neminem enim latet opus cleri recte instituendi vere esse in qualibet dioecesi veluti lapidem auspicalem, quo deficiente laborat in vanum qui aedificat eam. Quare Ssmus Dnus laudat cogitatum opus illudque probat, dum peramanter apostolicam benedictionem impertitur iis omnibus qui eidem operi auxilium stipemque praebent tum ut construantur aedes, tum ut ipsae supellectilibus donentur, tum ut instituta dote congrua ditentur.

Quoad propositas vero pro utroque seminario normas ac regulas, iussu Sanctitatis Suae responsum dabitur in posterum, cum de iis opportunum studium atque examen peractum fuerit.

Et providens Deus, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, Tibi meliora quaeque pro tua dioecesi exoptanti ductor erit et adiutor. Interea impenso animi obsequio me profiteor

Amplitudinis Tuae uti fratrem,

Romae, die 22 aprilis 1912.

G. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

LITTERAE

CIRCA DIES FESTOS.

Plurimis ex locis pervenerunt ad hanc S. Congregationem Concilii supplices libelli, quibus instantissime postulatur ut omnes aut nonnulli dies festi de numero festivitatum sub praecepto per litteras Apostolicas diei 2 iulii 1911 expuncti, in pristinum restituantur, tum ad satisfaciendum pietati fidelium id enixe expetentium, tum ob alias peculiares cuiusque loci rationes. Potissimum vero supplicatum fuit ut festum Ssmi Corporis Christi celebrari possit cum solemni processione et pompa, ut antea, feria V post Dominicam Ssmae Trinitatis, eam praesertim ob causam quod huiusmodi processionis defectum non sine animi moerore et spirituali iactura pati videantur populi, qui eam diem specialiter solemnem habere et miro splendore celebrare consueverunt.

Porro, Ssmus Dnus N. Pius PP. X, Cui relatio de praemissis facta fuit ab infrascripto Cardinali huius S. Congregationis Praefecto, plane cupiens ne, ex praepostera aut non recta interpretatione praedictarum litterarum, fidelium pietas ac debitus Deo cultus imminuantur; volens imo ut, quoad fieri possit, augeantur, haec quae sequuntur declarari, praecipi atque indulgeri mandavit:

I° Quum, perpensis temporum rerumque novarum adiunctis, Summus Pontifex nonnullos dies expunxit e numero festivitatum sub praecepto, quemadmodum non semel a Suis Decessoribus factum fuit, minime sane intellexit ut eorum dierum festivitas omnino supprimeretur: vult immo Sanctitas Sua ut iidem dies in sacris templis celebrentur non minori quam antea, solemnitate, et, si fieri potest, eadem populi frequentia. Ea vero fuit et est Sanctitatis Suae mens, ut relaxata maneat tantummodo sanctio qua fideles tenebantur iis diebus audire Sacrum et abstinere ob operibus servilibus; idque potissimum ad evitandas fréquentions praecepti transgressiones et ne forte contingeret ut, dum a multis Deus honorificatur, ab aliis non sine gravi animarum detrimento offenderetur. Praecipit itaque Eadem Sanctitas Sua omnibus et singulis animarum curam gerentibus ut ipsi, dum haec commissis sibi gregibus significant, ne cessent eos hortari vehementer ut, iis etiam diebus, per-

gant suam in Deum pietatem et in Sanctos venerationem, quantum maxime poterunt, testari, praesertim per frequentiam in ecclesiis ad audienda sacra aliaque pia exercitia peragenda.

2° Quo autem Christifideles magis excitentur ad supradictos dies festos pie sancteque excolendos, vigore praesentium litterarum, conceditur omnibus locorum Ordinariis ampla facultas dispensandi cum suis subditis super. lege ieiunii et abstinentiae, quoties dies abstinentiae vel ieiunio consecratus incidat in festum quod, licet praecepto non subiectum, cum debita populi frequentia devote celebratur.

3° Item, per praesentes litteras conceditur ut festum Ssmi Corporis Christi, ubi Sacrorum Antistites ita in Domino expedire censuerint, etsi praecepto non obstrictum, celebrari possit cum solemni processione et pompa, prout antea, feria V post Dominicam Ssmae Trinitatis; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Concilii, die 3 maii 1912.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L.&S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

TAURINEN.

NOMINATIONIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 2é ianuarii 1912, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* « Taurinen. - Nominationis » *inter sacerdotem* Felicem Borgarelio, *actorem appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum, et clericum* Ioseph Sona, *repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Patrimonium quoddam ecclesiasticum a sacerdote Ignatio Gallina, parocho S. Georgii, Taurinensis dioeceseos, suo testamento die 13 oct. 1835 condito institutum, per obitum canonici Ioannis Violata die 13 ian. 1908, qui eo dum viveret fruebatur, vacavit, atque a canonico Ioseph Oliviero,

parocho S. Georgii, die 11 martii eiusdem anni, collatum fuit sacerdoti Felici Borgarello coram ecclesiastica Curia Taurinensi, quae illud ecclesiasticum patrimonium admisit in titulum canonicum pro eodem sacerdote Borgarello.

Verum anno 1909, die autem 16 maii, canonicus Oliviero designavit et nominavit ad idem ecclesiasticum patrimonium clericum Ioseph Sona, quia, ut ipse affirmabat, animadverterat se errasse in nominando sacerdote Borgarello.

Quare clericus Sona, citatione data sub die 10 ian. 1910, petiit a Curia Taurinensi ut nulla et invalida declararetur nominatio facta in favorem sacerdotis Borgarello, eo quod careret qualitatibus seu conditionibus statutis a fundatore; et contra agnosceretur tamquam valida nominatio in sui favorem facta, quippe qui polieret qualitatibus requisitis, et ad idem patrimonium nominatus esset.

Curia vero Taurinensis, sententia die 16 iulii 1910 data, haec definitive pronunciavit:

« I° Nulla e di nessun valore la nomina al patrimonio Gallina « fatta in favore del sacerdote Felice Borgarello, non trovandosi egli in « nessuna delle condizioni volute dal Testatore. Tenuto egli in conse- « guenza a restituire il possesso al parroco di S. Giorgio in Chieri.

« In considerazione della sua buona fede, gli sono concessi i frutti « del patrimonio dal primo giorno della sua nomina al giorno della cita- « zione giudiziale.

« 2° Non potersi dichiarare valida la nomina del seminarista Giu- « seppe Sona al patrimonio Gallina, per non aver egli provato in giu- « dizio la " estinzione „ di ambedue le linee, condizione essenziale alla « sua validità ».

Contra hanc sententiam sacerdos Borgarello appellavit ad hunc Sacrum Ordinem, et a nobis quaestio iudicanda venit sub proposito dubio: « Quaenam ex duabus nominationibus factis, scilicet sacerdotis Borga- « relio vel clerici Sona, sustineatur in casu ».

Facti substantiam quod spectat, iis quae supra retulimus addere sufficit testamentum sacerdotis Ignatii Gallina qua ex parte patrimonium ecclesiasticum instituit :

« ... Volendo che tutta la mia eredità, prededotti li debiti a cui « potrà andare soggetta all'epoca di mio decesso e i sovra legati fatti, « venga convertita nella seguente opera pia ...

«A quest'effetto nomino in mio esecutore testamentario... il si- « gnor parroco *pro tempore* della parrocchiale di S. Giorgio di questa

«città... Quindi estinti li debiti tutti... verrà dal suddetto mio esecu-
« tore testamentario istituito, sui fondi che in allora esisteranno, un Pa-
« trimonio ecclesiastico a favore dei miei parenti, la di cui nomina sem-
« pre spetterà al predetto signor curato *pro tempore* di S. Giorgio, il
« quale intendo e voglio che in tale nomina sempre preferir debba quel
« giovane che sarà per essermi più prossimiore in parentela e in linea
« mascolina, ed estinta questa, il più prossimiore parente in linea fem-
« minina, e venendo ad estinguersi entrambe esse linee, tale nomina
« cadrà a beneficio di un figliolo di indole buona e di morigerati costumi,
« e con che il medesimo sia nato e risieda in detta parrocchia di S. Gior-
« gio, con obbligo al provvisto di tal patrimonio ecclesiastico di far cele-
« brare nella chiesa della suddetta parrocchia due Anniversarii con messa
« cantata parata... e con obbligo al detto provvisto di pagare annual-
« mente al sig. curato *pro tempore* lire cinquanta per tener luogo non
« tanto dell'elemosina dei suddetti due Anniversarii, quanto di corrispet-
« tivo ahi disturbi, ed incommodo che la suddetta esecutoria testamen-
« taria sarà per occasionargli, e intantochè non si farà luogo alla sud-
« detta nomina, verranno li suddetti due Anniversarii fatti celebrare dallo
« stesso sig. curato *pro tempore* ...

« E qualora che il nominato alla goldita del suddetto Patrimonio
«ecclesiastico fosse per cangiare di vocazione, e per sua colpa o negli-
« genzia non fosse per prendere ai suoi debiti tempi gli opportuni Ordini
« ond'essere promosso al sacerdozio, intendo e voglio che tale nomina
« debbasi considerare come non fatta ne avvenuta, e che debba il pre-
« detto sig. curato *pro tempore* addivenire ad un'altra, lasciando ogni
« cosa però al saggio e prudente arbitrio di detto mio esecutore tèsta-
« mentano.

« Questa si è la mia precisa disposizione di ultima volontà, quale
« intendo e voglio che debba in ogni sua parte sortire il suo pieno ed
« intero effetto ».

Ius vero quod attinet, in primis videndum est, utrum in casu agatur de vero et proprio patrimonio ecclesiastico in sensu iuris, necne.

Equidem patronus sacerdotis Borgarello contendit « non agi de vero
« et de proprio in sensu iuris patrimonio ecclesiastico, sed de quadam pia
« fundatione in favorem tum parochialis ecclesiae, tum iuvenum, vel
« clericalibus incumbentium studiis, vel iam sacerdotum, qui ecclesiae
« parochialis servitio se mancipent »; atque censet « ex verbis testamenti
« luculentissime indubieque apparere parochum Gallina, praeter spiri-
« tuale, duo praecipua obiecta sibi proposuisse in institutione ecclesia-

« stici patrimonii, scilicet; maiori paroeciae suae decori divinoque cultui « satius consulere media necessaria praebendo ut alius quidem sacerdos «in paroecia vivere posset; et secundo faciliorem ad sacerdotium red- « dere viam iis qui, servato ordine, ad suam familiam pertinerent, vel in «sua paroecia, deficientibus aliis, viverent »; quinimmo «finem praeci- « puum priorem fuisse, seu paroeciam alio ditare sacerdote ».

Verum Testator clare aperteque, et quidem non semel sed pluries locutus est de « patrimonio ecclesiastico ». Ut vero cum communi docet Reiffenstuel, *Lib.* i, *Beer. Tit. II, n. 384,* verba clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis coniecturam. Abbas, *Consil. 97, n.l, lib. 2;* Card. Tuschus, *Litt. V, Conci. 108;* Barbosa, *Axiomat. 222, n. 32 etc.* Item « verba sunt intelligenda secundum propriam significationem, nisi aliud «suadeat subiecta materia, vel natura actus sive contractus ». Reiffs *ib. n. 390.* Iamvero tantum abest quin subiecta materia aliud suadeat, ut potius clarius et apertius ex ea confirmetur in casu agi de vero et proprie dicto patrimonio ecclesiastico in sensu ss. canonum. Testator enim expresse voluit « che in tale nomina sempre preferire debba quel « giovane... », item « tale nomina cadrà a benefìcio di un figliolo d'in- « dole buona e di morigerati costumi », nec satis, sed « e qualora il « nominato alla goldita del.suddetto patrimonio ecclesiastico fosse per « cangiare vocazione e per sua colpa o negligenza non fosse per pren- « dere ai suoi debiti tempi gli opportuni Ordini ond'essere promosso al « sacerdozio, intendo e voglio che tale nomina debba considerarsi come «non fatta n è avvenuta... ». Quare patrimonium istud ex voluntate expressa ipsius testatoris destinatum est, non iis qui iam sacerdotes sunt, sed iis qui ad sacerdotium initiandi sunt, et ad hunc definitive finem ut ad sacerdotium promoveri possint. Iis igitur debet esse cautio illa legitima de sufficiente perpetua sustentatione ordinandi pro ss. Ordinum susceptione, quae a iure canonico praescribitur. *Cap. 4, X de praeb. III, 5;* Conc. Trid., *Sess. XXI, c. 2;* Pirhing, *Lib. I, Decr. Tit. XI, n.* 69, *proem. 1;* Pichler, *L. I, Decr. Tit. XI, n. 17,18;* Wernz, *Ius Decr. II, n. 90.* Iis nempe valere debet ad Ordinationis titulum, licet improprie dictum, Pirhing, *ib. n. 72,* et subsidiarium tantum, D'Annibale, *Theol. Mor. III, n. 295;* Wernz, *ib. 92, II.* Isti vero sunt conceptus et termini veri et proprie dicti patrimonii ecclesiastici in sensu iuris, seu ss. canonum.

Quod, si fundatio a testatore Gallina constituta est verum et proprie dictum patrimonium ecclesiasticum, tamen in subiecta materia patrimonium ecclesiasticum non ita stricte accipiendum est pro titulo « super quo clericus saecularis in Sacris constitutus ordinari potest», Pirhing, *cit. n. 68, proem. 3,* ut conferri nequeat nisi iis qui iam in

Sac'!is constituti sunt et ordinandi ad presbyteratum sint; nam Testator expresse providit et prospexit « e qualora il nominato alla goldita del « suddetto patrimonio ecclesiastico fosse per cangiare vocazione, e per «sua colpa o negligenza non fosse per prendere ai suoi debiti tempi « gli opportuni Ordini ond'essere promosso al sacerdozio ». Quare patrimonium istud destinatum est optimae spei adolescentibus ad sacerdotium vocatis, ut, iuxta praescripta ss. canonum, et praesertim Conc. Trid., *Sess. XXIII de reform., cap. XV1I1,* iis praebeat media, quibus alantur ac religiose educentur et ecclesiasticis disciplinis instituantur, ac deinde valeat ad titulum ordinationis pro receptione ss. Ordinum et sacerdotii. Ecclesiasticum igitur patrimonium a sacerdote Gallina constitutum dicendum est pia fundatio optimae spei adolescenti seu clerico adsignanda in ecclesiasticum patrimonium pro receptione ss. Ordinum. Et reapse Petrus Rivarolo, huius rei peritissimus, docet: « Quanto ai patrimonii « ecclesiastici... esistono in tutte le diocesi non poche fondazioni per« petue lasciate a quest'oggetto di abilitare poveri giovani alla carriera « ecclesiastica ed al sacerdozio, mediante determinate annue **assegnaT** « zioni o di beni in natura, o di somme pecuniarie ... » *(Governo della Parrocchia, Part. II, Tit. I, Gap. VII, art. III, n. 51).*

Neque quid in contrarium valent ea, quae sacerdotis Borgarello patronus opponit ex fine, quem sibi et quidem tamquam praecipuum fingit, nempe majori paroeciae S. Georgii decori, divinoque cultui satius consulere media necessaria praebendo ut alius quidem sacerdos in paroecia vivere posset. Nam nec ex eo quod Testator expresse voluit ut, extincta utraque linea, agnatitia et cognatitia, non nominaretur ad patrimonium ecclesiasticum nisi qui in paroecia S. Georgii natus esset ibique commoraretur, neque ex eo quod, ut praetendit idem advocatus, praesumendum est ut semper filiam parochiae praeferantur, sequitur necessario ex intentione Testatoris nominari posse ad illud patrimonium ecclesiasticum eos qui iam sacerdotes sint, quique ecclesiae parochialis servitio se mancipent. Non enim finis seu intentio Testatoris fingenda ac velut divinanda est secundum imaginariam cuiusque capitis sententiam, sed ex iis quae Testator in tabulis testamenti scripsit, deducenda ac interpretanda.

Eoque minus valent ea quae idem patronus subdit, quod nempe, si finis quem pius Testator sibi proposuit, esset clericorum favere institutioni, eorumque ss. Ordinum assecutioni, evidens esset procul dubio patrimonii provisionem durare usque ad sacerdotium, et hoc assequuto cessare favore alius clerici sacros appetentis Ordines. Nam patrimonium istud clerico non utcumque assignatur, sed in patrimonium ecclesia-

sticum, in titulum nempe Ordinationis. De conceptu vero ipso seu de essentia tituli Ordinationis est *perpetuitas*, nec quis privari vel exui potest titulo ecclesiastici.patrimonii nisi aliter ordinatus provisus sit, et sub certis conditionibus; Pirhing, *Lib. I, Decr. Tit. XI, n. 68 et 7É.* Wernz, *cit. n. 90 et 92, U;* D'Annib.,*cit. III, 295;* et est notissimum in iure.

Nec item efficax est argumentum quod contra naturam ecclesiastici patrimonii idem patronus desumit ex eo quod in Curia Taurinensi minime extet vel repertum non fuerit decretum quo erigatur in patrimonium ecclesiasticum patrimonium-ecclesiasticum fundatum a sacerdote Gallina. Quamvis enim patrimonium ecclesiasticum auctoritati ecclesiasticae subsit, Pirhing, *cit. n. 72,* D'Annib., *vol. 1, 43, 44;* Wernz, *cit. n. 92;* Ferraris, *Patrimonium, n. 25, 35 etc.,* non requiritur tamen formalis erectio ecclesiastica, sive patrimonium constituatur bonis propriis ipsius ordinandi legitime acquisitis, Wernz, *cit. n. 92, not. 55,* sive patrimonium sit institutum in piam causam seu fundationem, Aichner, *Ius Eccles., 143, T.* Hoc enim etiam in casu sufficit ut acceptetur ab episcopo tamquam merum legatum pium. Arg. ex Aichner, *cit. 76, 1. d.*

Non est itaque confundendum patrimonium ecclesiasticum cum ecclesiastico beneficio, quemadmodum idem patronus facere videtur. Nam inter potissima requisita beneficii ecclesiastici sunt, quod auctoritate episcopi sit erectum, et quod habeat aliquid spiritualitatis adnexum, puta quod detur propter divinum officium. Reiff., *L. III, Tit. V, n. 14 et 17,* cum communi. Iamvero in casu deficere interventum auctoritatis ecclesiasticae per formale erectionis decretum, non est ambigendum. Sed deficit quoque verum et proprium officium, prout requiritur in beneficio. Nam officium quod in beneficio requiritur, non est quodcumque onus spirituale, quomodolibet exercendum, sed est « officium seu obligatio «ad illud, qua quis tenetur spiritualem aliquam functionem obire», Pirhing, *L. III, Tit. V, II,* cum communi; seu ut melius explicat Oietti, *Synopsis,* v. *Beneficium, n. 607,* officium spirituale, seu sacrum, « quod « exerceri debet a beneficiato ». Iamvero in casu onera in huiusmodi fundatione imposita, non sunt quid spirituale exercendum a titulari, seu non sunt ut a titulari celebrentur missae, sed ut celebranda curentur ab ipso duo Anniversaria: « Con l'obbligo al provvisto di tal patrimonio ecclesia- « stico di far celebrare nella chiesa della suddetta parrocchia due Anni- « versarii... », atque ut quaedam summa pro hac celebratione parocho solvatur: «e con l'obbligo al provvisto di pagare annualmente al « sig. parroco *pro tempore* lire cinquanta, per tener luogo non soltanto « dell'elemosina dei suddetti due Anniversarii... ». Haec igitur onera seu obligationes naturam potius habent *modi*, D'Annib., *cit. 1, 42.* Equidem

patrimonium ecclesiasticum induere potest et aliquando induit naturam quoque capellaniae ecclesiasticae, propter onera spiritualia adnexa et ecclesiasticam erectionem; Rivarolo, *cit. n. 54;* sed haec in casu deficiunt, ut ex dictis evidens est.

Nunc vero deveniendo ad conditiones seu leges a Testatore impositas in nominatione ad istud patrimonium ecclesiasticum, tres ordines, seu gradus vocatorum Fundator taxative constituit: primo nempe vocatur proximior consanguineus seu descendens in linea masculina, seu agnatitia; secundo vero, praefata linea extincta, proximior descendens in linea feminina, seu cognatitia; tertio demum, utrisque extinctis lineis, haec nominatio in favorem cesserit adolescentis bona indole ac spectatis moribus praediti, dummodo natus sit ac degat in praefata paroecia S. Georgii. Patronus sacerdotis Borgarello quartum quemdam gradum seu ordinem fìngere videtur; affirmat enim Testatorem in defectu graduatorum praecedentium ordinum, rem detulisse « al saggio e prudente «giudizio» parochi *pro tempore ;* ita ut patrimonium conferri possit quoque sacerdoti, etiam extraneo, qui ecclesiae parochialis servitio sese mancipet. Idque deducere ipse contendit tum a fine praecipuo sibi a Testatore praefixo, tum a postremo testamenti commate. At perperam ; nam de fine iam supra diximus quid sentiendum sit: quoad postremum vero comma, evidens ex dictis parochum pro suo prudenti arbitrio servare debere adamussim voluntatem Testatoris quoad vocationem nominandorum, tum praesertim quoad finem ipsum piae causae fundatae.

Hisce statutis quoad naturam et leges fundationis parochi Gallina, nunc ad trutinam revocandae sunt duae nominationes a moderno parocho S. Georgii factae.

Quoad nominationem sacerdotis Borgarello, eam initam et nullam fuisse ex actis aperte constat. Nam ipse in nullo constituebatur gradu vocatorum, quos Testator taxative statuit; non inter vocatos erat ex duobus prioribus gradibus, ut patet: non in tertio gradu vocatorum accenseri potest; nam neque in paroecia S. Georgii natus est, nec ibi commorabatur. Sed, quod praecipuum est, mens Testatoris et finis piae causae ab ipso fundatae fuit ut patrimonium conferretur adolescenti seu clerico tamquam titulus pro ss. Ordinibus suscipiendis; tempore autem nominationis, Borgarello iam sacerdos ordinatus fuerat. Neque enim ulli, praeterquam Summo Pontifici, licet et competit finem causarum piarum et testatorum voluntates commutare, Conc. Trid., *Sess. XXV, de reform., cap. V et IX.*

Nec sacerdoti Borgarello suffragari potest casus nominationis clerici Corbella, qui ad patrimonium Gallina fuit nominatus, quamvis natus non

esset Gherii in paroecia S. Georgii, nec ibi resideret. Nam, ut bene advertit sententia Curiae Taurinensis, in praecedentibus nominationibus servata fuit una saltem ex conditionibus a Testatore statutis, vel melius servatus fuit finis fundationis ipsius: nam adolescens, non sacerdos, nominatus fuerat. Secundo vero nemo eorum quorum intererat oppositionem nominationi fecit. Tertio demum non praetereundum est quod si voluntas Testatoris in praecedenti nominatione servata non fuit, non exinde concludi potest eam suam vim amisisse.

item, non iuvat sacerdoti Borgarello illud iuris principium a suo patrono allatum, quod legitime institutus removeri non debet: hoc enim principium applicari nequit casui nostro pluribus de causis, praesertim vero quia in casu non agitur nec de beneficio, nec de iure patronatus, nec consequenter de praesentatione vera et propria et de in beneficium institutione.

Nec pariter opponi potest sacerdotem Borgarello patrimonium ecclesiasticum iam fere ab anno pacifice possedisse, aut potest invocari « *Regula 35 Conc. Apost, de annali possessione* ». Nam regula ista ad beneficia refertur: pacifica vero possessio, ad summum, ius sacerdoti Borgarello, de cuius mala fide aliunde ex actis non constat, ad fructus patrimonii tribuit.

E contrario nominatio clerici Sona sustinenda est. Ipse enim conditiones praesefert, quas Testator praescripsit pro vocatis in tertio gradu, nam Cherii in paroecia S. Georgii natus est, ibique degit, nam in ea domicilium fovet, nondum ss. Ordines recepit, et in Seminario Taurinensi ad sacrum ministerium religiose educatur.

Unica ratio dubitandi adesse potuit circa extinctionem utriusque lineae, quae ex testamento Gallina conditio necessaria est ad nominationem extranei.

Qua in re minime nobis iudicandum in praesens est utrum verbum *extinctio* accipiendum sit stricte et proprie, an vero large et improprie accipi possit; nam haec quaestio minime inter partes agitata est, sed de facto tantum quaesitum est coram hoc Sacro Ordine, utrum scilicet utraque linea extincta sit, necne.

Quod si in prima instantia clericus Sona hanc extinctionem non probavit, quinimmo ad eam ne appellavit quidem, in secunda instantia, aequipollenter saltem, hanc extinctionem probatam fuisse retinendum est per documentum Syndaci Cherii, et attestationem iuratam, vulgo *Atto Notorio,* eo vel magis quod nullum dubium in contrarium excitatum fuit a parte adversa, vel ab iis quorum interesse potuisset.

Nec opponi potest clericum Sona nullum amplius ius habuisse vel habere quia comparuit, re non integra, elapso scilicet quadrimestri, et

postquam iam collatum fuerat patrimonium. Nam quoad primum, auctoritas Pitonii allata respicit ius patronatus eosque qui ad patronatum ius activum vel passivum habent. At in casu, ut iam dictum est, agitur de patrimonio ecclesiastico, non de beneficio et de iure patronatus, nec coeterum leges de patronatu, eae praesertim quae iura coarctant, extendi possunt per analogiam ad patrimonium ecclesiasticum. Arg. ex Reiff., *L. I, Decr. Tit. 11, n. 427 et seqq.* Quoad secundum vero, nominatio sac. Borgarello iam ab initio nulla et irrita, fuit quia contra voluntatem Testatoris et finem piae fundationis facta, nec collatio vel melius admissio Curiae Taurinensis potuit ipsi conferre titulum, vel sanare titulum substantialiter vitiosum et nullum.

Possessionem vero quod spectat patrimonii ecclesiastici, quum de bona fide sac. Borgarello ex actis et probatis dubitandum non sit, omnino iudicandum est cum Curia Taurinensi eum fructus fecisse suos, ex *I. 48 Bonae fidei ff. De acquir. rerum domin. 41, 1,* a iure canonico recepta; D'Annib., *cit. II, 122;* Santi, *Lib. II, Tit. XIII, n. 23,* usque ad litem contestatam; Santi, *ib. n. 24;* Lega, *De Iudiciis I, n. 736 et 738.*

Hisce igitur rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, proposito dubio respondemus: *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam; scilicet, sustineri nominationem clerici Iosephi Sona ; statuentes praeterea sacerdotem Borgarello fructus patrimonii fecisse suos usque ad litis contestationem, atque expensas esse compensandas inter partes.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim *cap. 3, sess. XXV, de ref.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, 27 ianuarii 1912.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

MONTIS REGALIS.

RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET IURIUM.

Inter canonicum Iosephum Ajmo, *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, et* Capitulum cathedralis ecclesiae Montis Regalis *in Pedemonte, conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem, Angelum I?Alessandri, advocatum.*

Anno 1751 per publicum instrumentum sub die 27 martii, Petrus Viotti in ecclesia cathedrali civitatis Montis Regalis in Pedemonte, suis expensis simplex beneficium sub titulo S. Petri Apostoli condidit; quod postea in testamento diei 6 iunii eiusdem anni confirmavit, ea tamen lege ut si quando linea masculina descendentium a Francisco Antonio Grosso defecisset, beneficium in canonicatum erigi deberet, cuius nominatio ad Capitulum spectaret. Impositis isti beneficio quibusdam oneribus, pius fundator quoad redditus ita statuit : « Ex quatuor partibus totius « canonicalis redditus tres assignentur canonico pro quotidianis distribu- « tionibus, reliqua pars cedat praebendae. Distributiones vero amissae « propter absentiam a choro, exceptis duobus vacationis mensibus, si « canonicatus *extra massam exstet,* ad sacristiam Capituli devolvi de- « beant ». Praeterea pientissimus vir in articulo 14° tabularum fundationis, quoad ius Capitulo conlatum eligendi, constituit hisce verbis: « Che il « Capitolo abbia il commodo a beneficio del tempo di mesi quattro per « fare detta nomina ogni qualvolta che il canonicato verrà a vacare, *in « qual mentre,* non restando tal canonicato unito alla massa capitolare « li redditi delle distribuzioni cedano a beneficio del canonico nominando, « ed essendo unito accrescano a benefìcio degli altri signori canonici « per il tempo che sarà vacante il canonicato medesimo, e circa il frutto « e reddito della prebenda spetterà sempre al canonico successore, senza « che mai la Camera Apostolica, nè altri, possano ingerirsi o aver ragione « alcuna sovra i frutti di detta prebenda e canonicato in qualunque dei « casi suddetti, a riserva dei diritti spettanti alla sacristia ».

Cum istius beneficii ita constituti ius patronatus Capitulum renuisset, canonicatus extra massam permansit; et initio saeculi **xix,** promulgatis in regione Subalpina legibus gallicis, suppressus est, eiusque bona

successoribus fundatoris Petri Viotti tributa fuere. Theresia Grosso vidua Bongiovanni, cum haereditatem bonorum beneficii, aliis demortuis, adiisset, beneficium, eius dote a Fisco vindicata, in canonicatum iuxta pristinam fundationem, nonnullis tantum inductis mutationibus, publico instrumento diei 29 octobris 1819 erexit. Pia enim foemina statuit, electionem, quae prius ad Capitulum spectabat, ex eo tempore, excepta prima electione sibimet reservata, faciendam esse ab episcopo aut a vicario capitulari, praevio semper concursu et intra spatium temporis utilis quatuor mensium, e numero sacerdotum Montis Regalis civitatis. Haec instauratio canonicatus et nova electionis ratio prius approbata ab Ordinario Montis Regalis, confirmata deinde fuit a S. Poenitentiaria Apostolica per rescriptum sub die 25 ianuarii 1821. Capitulum consensit sub conditione quod « in ciò che potesse interessare il Capitolo e la sacristia della chiesa « della cattedrale, si osservasse il solito a praticarsi nelle ultime ereazioni dei nuovi canonicati ». Exinde iste canonicatus nomen tulit canonicatus Viotti-Grosso, et nunquam massae capitulari aggregatus fuit.

Anno 1843, die 23 decembris, canonicatus Viotti-Grosso vacavit per obitum possessoris; et post quatuor annos a die vacationis, scilicet mense februario 1847, praevio concursu, illum Laurentius Garelli adeptus est. Tunc inter canonicum Garelli et cathedralis Capitulum orta controversia propter beneficii distributiones vacationis tempore decurrentes. Nam can. Garelli eas repetebat pro se, tabulis fundationis canonicatus innixus; Capitulum vero ad sacristiam cathedralis spectare contendebat. Quaestio, ad Senatum Taurinensem delata, finem habuit transactionis gratia [initae die 18 ianuarii anni 1848, qua inter partes conventum est, canonico Garelli facultatem dari ut, e fundo distributionum canonicatus quatuor ante annis vacantis, summa libellarum 1500 in favorem sacristiae depromeretur.

Postea, die 16 ianuarii 1871, canonicatus per renuntiationem Stanislai Eula vacavit, eumque, facto periculo, obtinuit sacerdos Ioannes Lanza, qui in possessionem eiusdem beneficii iuxta leges canonicas rite immissus fuit. At quoniam iste canonicatus extra numerum duodénum eorum beneficiorum quae civilis potestas admittit, exstabat, civile Gubernium sanctionem vulgo *Regio Placet* bullae episcopali collationis denegavit. Quamobrem can. Ioannes Lanza nunquam choro interfuit, et post viginti et duos annos, cum regalis basilicae Supergae, die 15 sept. 1894, praefectus nominatus fuisset, beneficium Viotti-Grosso dimisit.

Ad vacantem sic canonicatum, praevio semper consursu, per bullam episcopalem diei 22 octobris 1894, confirmatam quoque die 16 iulii sequentis anni *Regio Placet,* electus fuit sacerdos Ioseph Ajmo, qui tamen

eundem canonicatum die 7 ianuarii 1900, obtenta paroecia loci Carassone, sponte dimisit. Sed eodem anno, nempe 1894, quo canonicatum adeptus est, insignis iurisperiti Taurinensis auctoritate maxime permotus, Ioseph Ajmo coepit agere cum oeconomatu generali Taurinensi, ut ad tramitem tabularum fundationis canonicatus, sibimet attribuerentur eius fructus, scilicet distributiones, quae tempore eiusdem vacationis, ab initio anni 1871 usque ad diem 16 iulii 1895, defluxerant. Fructibus autem praebendae, seu ipsius dotis canonicatus, sac. Ajmo valedicere coactus est, quod oeconomatus illos, sibi iure regaliae arrogans, restituere prorsus abnuit. Cum frustra duobus et amplius annis in via, uti aiunt, administrativa institisset, can. Ajmo, relicta extra-iudiciali tractatione, contra regium oeconomatum coram tribunali civili actionem promovit die 4 iulii 1898, ut sibi tres ex quatuor partibus fructuum beneficii Viotti-Grosso, nempe distributiones chorales tempore eiusdem vacationis decursae, restituerentur. Ad viam iudiciariam sectandam, victoria capituli cathedralis Fabrianen. in casu consimili animum ei adiecit. Quoniam vero, lite pendente, reg. oeconomatus, allata articuli 14 fundationis canonicatus dispositione « *a riserva dei diritti di sacristia* » exceptionem obiecerat circa eventualia iura quae produci ex parte sacristiae possent, can. Ajmo Capitulum cathedralis Montis Regalis, ut vellet ad sacristiam et suorum iurium cautelam causae intervenire, rogavit. Capitulum, postquam can. Ajmo sese obligavit ad sustinendas causae expensas, consensit per deliberationem diei 6 septembris 1899, qua dicitur Capitulum cum can. Ajmo se ad litem sistere, « per sostenere e chiedere « che, qualora non venissero accolte le domande dello stesso can. Ajmo, « fossero le tre quarte parti delle rendite dei beni formanti la dote del « can. Viotti-Grosso, state assegnate dalla fondazione per le distribu« zioni corali, per tutto il tempo che, dal 16 gennaio 1871 al 16 luglio 1895, « durò la vacanza del canonicato stesso, riconosciute e dichiarate di « esclusiva pertinenza del Capitolo della cattedrale di Mondovì, ed in « ogni caso della sacristia cattedrale ». Interventio Capituli accidit quatuor post annos ex quo causa apud tribunal civile, instante actore can. Ajmo, introducta fuit. Iamvero reg. oeconomatus, cum valde difficilem suae causae exitum praevideret, ad transactionem devenit, quae per stipulationem diei 21 martii 1900, inter praefatos actorem canonicum Ajmo et conventum reg. oeconomatum, exarata fuit. Transactionem Capitulum cathedralis suo consensu ratam fecit eodem anno. Proinde huius transactionis vi reg. oeconomatus sese obligavit ad solvendam illico summam libellarum 12,000 pro quotidianis distributionibus canonico Ajmo, et iste pariter sese obstrinxit ad relevandum reg. oeco-

nomatum a quacumque molestia aut praeteritione ex parte Capituli et sacristiae ecclesiae cathedralis Montis Regalis.

Summam libellarum 12,000 a reg. oeconomatu acceptam sacerdos Ajmo, qui, factus parochus loci Carassone, Canonicatum dimiserat, in collabentis domus paroecialis instauratione totam impendisse dicitur. Animadvertendum hic est, illico post solutam a reg. oeconomatu summam lib. 12,000 in manus Ajmo, unum ex canonicis Capituli cathedralis, fretum exceptione promota, uti supra vidimus, a reg. oeconomatu quoad iura reservata sacristiae in art. 14° tabularum fundationis (propter quam exceptionem, ad tricas amovendas, idem Capitulum causae intervenerat), proposuisse, ut de eventualibus sacristiae iuribus tuendis ageretur cum can. Ajmo. Hic sese paratum ad ea iura admittenda ostendit, quandoquidem fuissent clare probata. Inde inter partes conventum est ut *Commissio, uti* vulgo audit, nominaretur trium canonicorum, eo fine ut videret quota pars summae a reg. oeconomatu opera sac. Ajmo vindicatae, ad sacristiam revera spectaret. Non liquet utrum praedicta Commissio suum votum emiserit, an vero votum ab eadem revera emissum sac. Ajmo non curaverit. Certe, anno 1908 can. Thomas Garelli, qui « Magni Sacristae » in cathedrali ecclesia Montis Regalis munus susceperat, revocavit in mentem sac. Ajmo quaestionem iurium sacristiae ecclesiae cathedralis super fructibus canonicatus Viotti-Grosso. Ad diluendam quaestionem, idem can. Garelli proposuit sac. Ajmo ut amice penes S. C. Concilii ea definiretur.

Heic, contradicentibus sibi partibus, controversiae evolutio fit satis implexa. Sacerdos enim Ajmo conqueritur adversus se actionem promotam fuisse a can. Garelli penes S. Congregationem Concilii, causae deductionibus documentisque non antea sibimet communicatis: immo testatur se prorsus ignorasse causam revera penes S. C. Concilii iam fuisse promotam. Patronus Capituli contra, ad S. Congregationis effugiendum iudicium vel saltem procrastinandum omnibus usum artibus sac. Ajmo asserit; ideoque non eo inscio iudicium Romae institutum. Quomodocumque se res habuerint, id sane non ambigitur causam fuisse delatam ad S. Congregationem Concilii, quae in plenariis comitiis diei 22 augusti 1908 statuit « dimidiam partem summae 12,000 lib. « tribuendam esse sacristiae cathedralis, eamdemque solvendam esse a « can. Ajmo annuis ratis ab episcopo determinandis ».

Denuntiata hac sententia sacerdoti Ajmo, Ordinarius civitatis Montis Regalis eidem tres annos pro solvenda Capitulo lib. 6000 summa constituit. At sac. Ajmo obtemperare renuit et, suis quibusdam fretus rationibus, actionem penes S. Congregationem Concilii promovit *restitutionis*

in integrum implorandae gratia adversus eiusdem S. Congregationis sententiam diei 22 augusti 1908 emissam. Quarum rationum facta Sanctitati Suae relatione in audientia diei 2 maii 1911 ab Emo Card. Praefecto S. C; Concilii, SS. D. N. benigne annuere dignatus est ut quaestio ad Apostolicam Signaturam remitteretur cum facultatibus necessariis et opportunis ut videret, tum super restitutionem in integrum, tum etiam, quatenus opus esset, de merito causae.

, Causa igitur funditus pertractata est in ordinaria Supremi Tribunalis sessione habita in aedibus Vaticanis die 23 martii currentis anni 1912, relatore Emo P. D. Francisco de Paula Card. Cassetta; propositisque dubiis iam antea inter partes concordatis, scilicet:

I. *An sit locus restitutioni in integrum in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *Utrum can. Ajmo ius habeat retinendi summam in casu, an potius teneatur ipsam persolvere Capitulo?*

Eminentissimi Iudices responderunt:

Ad I: *Negative.*

Ad II: *Provisum in* I.

In expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal condemnavit et condemnat can. Iosephum Ajmo.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus ad quos spectet executioni, mandaretur, non solum, etc. sed et omni, etc.

Datum Romae ex aedibus S. T., die 15 aprilis 1912.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. © S.

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I. • '

AD R. P. D. FRIDERICUM FUZET, ARCHIEPISCOPUM ROTHOMAGENSEM, QUI, TAMQUAM FILIALIS VENERATIONIS OBSEQUIUM, EPISTOLAE SUAE « L'APÖSTOLICITÉ DES ÉGLISES DE PROVENCE » BEATISSIMO PATRI EXEMPLAR REVERENTER EXHIBUIT.

Monseigneur,

Le Saint-Père le Pape Pie X, en vous exprimant sa gratitude pour l'envoi de votre lettre relative à « l'apostolicité des églises de Provence », me donne la très douce mission de vous féliciter en Son nom pour ces pages pleines d'intérêt, d'attrait et de vigueur, très fermes, il est vrai, contre des tendances reprehensibles, mais exemptes d'amertume contre les personnes.

Rien ne peut être plus agréable au Souverain Pontife que le rappel aux principes fondamentaux et aux règles de la vraie méthode historique et apologétique, opéré, avec l'autorité doctrinale qui s'attache à leur personne et à leur charge, par ceux dont le devoir d'état et l'honneur est de marcher à la tête des défenseurs de la pure orthodoxie.

Les considérations aussi justes que victorieuses de Votre Grandeur à propos du fait d'une tradition très vivante et très glorieuse pour les églises de Provence peuvent s'appliquer à beaucoup d'autres questions déformées, sous l'appareil pompeux d'une érudition vaine, par une science soi-disant plus avancée, et qui n'en est pas plus sûre d'elle-même.

Puissent ces considérations mettre en garde contre les écarts d'une présomptueuse critique des esprits qui peuvent être bien intentionnés, et les aider à découvrir dans la tradition contrôlée avec sagacité, même en l'absence de documents écrits, les preuves manifestes de la vérité des croyances, Puisse votre bel exemple être un stimulant et un encouragement pour les esprits droits et vigoureux qui emploient leurs forces et leur talent à éclairer les âmes chrétiennes dans toutes les régions du domaine intellectuel, et à écarter d'elles les effets contagieux du poison

plus ou moins subtil du modernisme, et le venin plus ou moins déguisé de rhypercritique.

Avec Ses félicitations paternelles, le Saint-Père vous envoie, comme gage des faveurs célestes, la bénédiction apostolique qu'il étend, en cette circonstance, à tous les courageux écrivains, animés de l'esprit de Dieu, remplis du zèle de la doctrine et de l'amour de la vérité, qui unissent leurs efforts contre les assertions d'une science téméraire et élèvent vaillamment le cri d'alarme contre la fausse sagesse du siècle.

Je vous remercie, à mon tour, de la copie de la même lettre que vous m'avez gracieusement adressée, et je vous prie d'agréer, Monseigneur, avec mes félicitations personnelles, la nouvelle assurance de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Le 22 avril 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD PERILLUSTREM VIRUM COMITEM KELLER, PRAESIDEM COMITATUS CATHOLICI « DE DÉFENSE RELIGIEUSE » IN GALLIA, OB ANNUAM RELATIONEM DE OPERIBUS AB EODEM COMITATU CONFECTIS.

Monsieur le Comte,

Le Saint-Père Pie X a eu pour très agréable l'hommage des sentiments de piété filiale exprimés dans la noble adresse par laquelle vous avez eu à cœur de Lui offrir le rapport sur les travaux de l'année 1911, « du Comité catholique de Défense religieuse ».

C'est avec un intérêt particulier que le Souverain Pontife a pris connaissance de ce compte-rendu, et II a été heureux d'y voir les progrès consolants de votre œuvre, ainsi que les résultats toujours plus précieux que vos généreux efforts et ceux de vos dévoués collaborateurs ont su obtenir à l'Église et à votre chère patrie, au milieu des difficultés et des épreuves de l'heure présente.

Sa Sainteté n'ignore pas quel puissant concours le Comité de Défense religieuse apporte aux différentes œuvres, en particulier à l'organisation des catholiques, et la part qu'il prend aux Comités et aux Congrès diocésains.

En vous félicitant, ainsi que les Membres du Comité, de votre zèle et de votre dévouement inlassable, le Saint-Père vous remercie de vos

hommages et de cette nouvelle protestation de filiale obéissance, tandis qu'il accorde de grand cœur à tous la bénédiction apostolique, gage d'abondantes faveurs divines.

Je vous prie d'agréer, Monsieur le Comte, avec mes félicitations et mes vœux, l'assurance de ma haute estime et de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Le 23 avril 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL .S. OFFIZIO.

AVVISO DI CONCORSO.

D'ordine degli Emi Signori Cardinali Inquisitori Generali, emanato in feria IV, 1 maggio 1912, s'indice il concorso a un posto vacante nella Cancelleria del S. Oíiizio, Sezione delle Indulgenze.

S'invitano quindi i RR. Sacerdoti che vogliono prendervi parte, a far pervenire al sottoscritto, non più tardi del 17 corrente, la domanda coi relativi requisiti per l'ammissione all'esame scritto, il quale avrà luogo il giorno 31 dello stésso mese nel palazzo del S. 0., alle ore 9 e mezza.

Dal Palazzo del S. 0., li 8 maggio 1912.

L. Castellano, *Notar o.*

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 30 aprile 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione Ordinaria dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima sono state sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Emanuele Ribera, Sacerdote professo della Congregazione del Ssmo Redentore;

II. Conferma del culto da tempo immemorabile prestato ai servi di Dio Simeone, Falcone, Marino, Benincasa, Pietro II, Balsamo, Leonardo e Leone II, Abati Benedettini della Ssma Trinità della Cava dei Tirreni;

III. Revisione degli scritti del Servo di Dio Carlo Domenico Albini, Sacerdote degli Oblati di Maria Immacolata;

IV. Revisione degli scritti del Servo di Dio Francesco Saverio Seelos, Sacerdote professo della Congregazione del Ssmo Redentore.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

6 Maggio 1912. — Il Rev. P. Giuseppe Drehmans, della Congregazione del Ss. Redentore, *Consultore della S. Congregazióne del S. Offizio.*

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Prelati domestici di 8. S.:

6 Marzo 1912. — Mons. Carlo Gallina, Canonico onorario della cattedrale di Treviso.

24 Aprile. — Mons. Antonio Uhide, delia diocesi di Bayonne.

30 Aprile. — 11 Rev. losafat Sobierajski, Canonico della cattedrale di Cracovia.

4 Maggio. — Il Rev. Can. Gabriele Parel, già Vicario Generale della diocesi della Martinica.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di-S. Gregorio Magno, classe militare:

19 Aprile 1912. — Al Sig. Conte Lazzaro de Henckel-Donnersmark, Presidente dell'Unione dei Cavalieri di Malta di Slesia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 Aprile 1912. — Al Sig. Paolo Wagner, della diocesi di Breslavia.

23 Aprile. — Al Sig. Antonio Thonier, della diocesi di Moulins.

26 Aprile. — Al Sig. Luigi Edoardo Boizel, della diocesi di Chalón (Autun).

La Commenda delV Ordine di S. Silvestro Papa :

17 Aprile 1912. — Al Sig. Ingegnere Giuseppe Astorri, di Roma.

29 Aprile. — Al Sig. Luigi Galtier, di Bordeaux.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 Aprile 1912. — Al Sig. Paolo Chaîne, dell'archidiocesi di Lione.

11 Aprile. — Al Sig. Adolfo Trillard, della Martinica.

15 Aprile. — Al Sig. Paolo Agostino Giuseppe Delepoulle, dell'archidiocesi di Cambrai.

16 Aprile. — Al Sig. Paolo Mertz, della diocesi di Breslavia.

17 Aprile. — Al Sig. Antonio Gaspare Rodolfo Dreesmann, dell'archidiocesi di Utrecht.

— Al Sig. Guglielmo Germano Vroom, della diocesi di Haarlem.

26 Aprile. — Al Sig. Maurizio Dumont, di Versailles.

— Al Sig. Francesco Mandi, dell'archidiocesi di Praga.

27 Aprile. — Al Sig. Goffredo Enrico Simonis, della diocesi di Bois-le-Duc.

29 Aprile. — Al Sig. Enrico de Porquier de Lagarrigue, Presidente della Società di S. Francesco Regis di Bordeaux.

— Al Sig. Edoardo L. Hearn, domiciliato a New-York.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

13 Aprile 1912. — Al Sig. Celestino Krebs, della diocesi di Warmia.

17 Aprile. — Al Sig. Leandro Czerniewski, residente a Pau.

18 Aprile. — Al Sig. Ingegnere Domenico Giordano-Apostoli, di Roma.

— Al Sig. Professore Ignazio Weirich.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

3 Aprile 1912. — Mons. Giovanni Rho, dell'archidiocesi di Torino.

16 Aprile. — Mons. Antonio Kjuder, della diocesi di Trieste.

19 Aprile. — Mons. Innocenzo Angeloni, dell'archidiocesi di Gaeta.

26 Aprile 1912. — Mons. Amedeo M. L. Crooy, dell'archidiocesi di Malines.

— Mons. Giovanni M. F. E. G. Van Cauwenbergh, delFarehid. di Malines.

— Mons. Carlo Mazzoleni, della diocesi di Bergamo.

2 Maggio. — Mons. Giacomo Kasper, della diocesi di Leitmeritz.

Camerieri d'onore di S. S. in abito paonazzo:

16 Aprile 1912. — Mons. Pietro Blasi, dell'archidiocesi di Acerenza.

2 Maggio. — Mons. Giovanni Battista Pè, della diocesi di Brescia.

7 *Maggio.* — Mons Giuseppe Pagliuca, della diocesi di Muro Lucano, Rettore del Seminario Vescovile.

Camerieri d'onore extra Urbem :

16 Aprile 1912. — Mons. Michele Pecci, della diocesi di Cava.

— Mons. Alfonso M. Agius, della diocesi di Malta.

26 Aprile. — Mons. Ignazio Magdics, dell'archidiocesi di Strigonia.

7 *Maggio.* — Mons. Vincenzo Czajkowski, dell'archidiocesi di Leopoli.

— Mons. Lorenzo Puchalski, della medesima archidiocesi.

Cappellani d'onore extra Urbem:

17 Aprile 1912. — Mons. Nicola Weicher, della diocesi di Alba Reale.

— Mons. Stefano Dornis, della stessa diocesi.

W Aprile. — Mons. Antonio Ecker, dell'archidiocesi di Vienna.

Cappellano Segreto d'onore.

26 Aprile 1912. — Mons. Ferdinando Pawlikowski, Segretario del Concistoro Castrense Austriaco.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

24 Aprile 1912. — Illmo Signor Riccardo Preston, dell'archidiocesi di Westminster.

NECROLOGIO.

2 Maggio 1912. — Mons. Pietro Balestra, dei Minori Conventuali, Arcivescovo di Cagliari.

Annus IV. - Vol. IV. Die 31 Maii 1912. Num. 10.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

CONCEDUNTUR PECULIARIA PRIVILEGIA PIAE UNIONI PRO COMMUNIONE PUERORUM IN ALMA URBE ERECTAE.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Societates fidelium canonice institutas praecipue ad finem bonorum operum exercitationem provehendi, Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis haerentes, coelestium munerum largitione, quorum dispensationem Nobis divinitus commisit Altissimus, libenti quidem animo locupletare gaudemus. Hoc consilio, cum Procurator generalis Congregationis a Sanctissimo Sacramento Nos enixis precibus flagitét ut piae Unioni pro Communione puerorum canonice erectae in hac Alma Urbe ad S. Claudii, quam Nos per similes Apostolicas Litteras sub piscatoris annulo obsignatas die iv mensis Ianuarii vertentis anni ad Primariae dignitatem eveximus, peculiares nonnullas gratias de Apostolica benignitate concedere dignemur, piis votis huiusmodi annuendum propensa voluntate existimavimus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, auditis etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, omnibus et singulis fidelibus qui in Primariam eandem Unionem pro Communione puerorum in posterum ingredi constituerint, si die primo suae in societatem ipsam inscriptionis, admissorum confessione rite expiati et coelestibus epulis

refecti, quamvis ecclesiam vel publicum oratorium visitent, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea tam inscriptis, quam pro tempore in posterum inscribendis super enunciata in Primaria Unione sociis qui quotannis, quo die festum Sanctissimi Corporis Christi Domini in Ecclesia agitur, ac festis diebus Sancti Tarsicii Martyris, Sancti Thomae Aquinatis et Sancti Paschalis Baylon, nec non feria quinta hebdomadae maioris, a meridie diei praecedentis ad solidum usque respectivae festivitatis diem, similiter sacramentali admissorum confessione rite peracta, atque Angelorum epulis recreati, quamvis ad ecclesiam sive ad publicum oratorium effundentes, ut supra, preces, se sistant, quo die id peragant, plenariam quoque peccatorum indulgentiam largimur. Insuper sociis ipsis nunc et in posterum Primariam praedictam in Unionem sive adlectis sive adlegendis si, die quo ad sacram Communionem prima vice suscipiendam puerum aliquem ad.altare ducant, ibi se etiam ipsos S. Eucharistia reficiant; pariterque si, die quo generalis habetur puerorum Communio, ad Sacram Synaxim accedant in ecclesia ubi huiusmodi supplicium celebratur, nec non rite, uti antea praescriptum fuit, orent, etiam plenariam, ut diximus, indulgentiam et peccatorum remissionem tribuimus. Tandem eisdem nunc et in posterum pariter existentibus huius Primariae Unionis sociis, quoties aliquid pietatis sive caritatis opus secundum Sodalitii tabulas ac finem, contrito saltem corde, exerceant, toties de poenalium dierum numero, in forma Ecclesiae consueta centum expungimus. Fas denique sit ipsis sociis praesentibus et futuris plenariis his omnibus ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque, si malint, expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvi martii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD, MERRY DEL VAL,.
a Secretis Status.

L. $ S.

IL

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PLENARIAE ET PARTIALES CONGREGATIONIBUS PUELLARUM MULIERUMQUE A S. ELISABETH NUNCUPATIS DIOECESEOS VARMIENSIS, EARUMQUE BENEFACTORIBUS.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Laeto accepimus animo in Varmiensi dioecesi pias puellarum mulierumque extare Congregationes quae, sub titulo S. Elisabeth canonice institutae, eundem sibi finem proponant quem Confraternitates a Sancto Vincentio de Paulo nuncupatae consequi student. Quo vero huiusmodi Consociationes maiora in Deo suscipiant incrementa atque iis alacrius sodales operam navent, venerabilis fratris Augustini Episcopi Varmiensis precibus benigne exceptis, atque auditis etiam VV. FF. NN. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, omnibus ac singulis puellabus vel mulieribus quae quamlibet e praedictis Congregationibus, in dioecesi Varmiensi existentibus, in posterum ingredientur, die primo earum ingressus, si vere poenitentes et confessae Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; ac tum descriptis, tum pro tempore describendis in iisdem Congregationibus sodalibus, in suo cuiuslibet mortis articulo, si vere quoque poenitentes et confessae ac sacra Communione refectae, vel, quatenus id facere nequiverint, saltem contritae, nomen Iesu ore si potuerint, secus corde devote invocaverint, etiam plenariam ; nec non iisdem nunc et pro tempore existentibus dictarum Congregationum sodalibus etiam vere poenitentibus et confessis ac coelesti pabulo refectis, quae earundem Congregationum respectivam ecclesiam seu oratorium diebus festis Beatae Mariae Virginis Sideribus Receptae, S. Iosephi castissimi eiusdem Deiparae Virginis Sponsi, Sanctissimi Nominis Iesu seu secunda dominica post Epiphaniam D. N. I. C, S. Vincentii a Paulo, nec non S. Elisabeth, a meridie dierum praecedentium usque ad integros dies huiusmodi festivitatum, devote quotannis visitaverint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praefatorum id egerint, pariter plenariam ; universis denique fidelibus, qui bene de huiusmodi Congregationibus meruerint, ac vere similiter poenitentes et confessi et S. Communione refecti, vel festis Sanctissimi Nominis Iesu aut S. Elisabeth ecclesiam sive oratorium, ut supra, visitaverint, atque ibi, ut praefertur, oraverint; vel in

mortis articulo constituti, nisi S. Synaxim sumere queant, saltem contriti nomen Iesu ore, sin minus corde, devote invocaverint, plenariam item omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Denique tum sodalibus, tum praedictis benefactoribus, qui vere pariter poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, festivitatibus Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Visitationis ac Purificationis B. M. V. nec non feria sexta post dominicam Passionis, reliqua quae iniuncta sunt, pietatis opera in dictis Congregationis ecclesiis peregerint, septem annos totidemque quadragenas de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, excepta plenaria indulgentia in mortis articulo lucranda, etiam animabus Christifidelium quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse impertimus. In contrarium facentibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis et manu alicuius notarii publici subscriptis, seu sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae,

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die n Aprilis MCMXII, Pontificatus Nostro anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. ✠ S. *a Secretis Status.*

EPISTOLA.

AD R. P. D. SILVERÍÜM GOMES PIMENTA, ARCHIEPISCOPUM MARIANNENSEM, OB QUINQUAGESIMUM SACERDOTII ANNIVERSARIUM, GRATULATIONIS ERGO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Libenter quidem nuncium accepimus quinquagesimi sacerdotii tui natalis, tibique, venerabilis frater, gratulamur ex animo et fausta quaeque a Deo precamur. Reposât hoc benevolentiae testimonium, cum tua in Nos pietas, quam et probe perspectam habemus et plurimi, uti par est, facimus, tum navitas qua in regenda dioecesi ita laudabiliter versaris ut boni pastoris partes expleas et praemia tibi compares, *thesaurum* nimirum *non deficientem in caelis.* - Cui quidem ut prolatione temporis novae semper fiant meritorum accessiones, Deum exoramus ut quam diutissime te Nobis tuoque servet gregi, omnique augeat gratia caelesti.

Interim vero ut tibi tuisque fidelibus sacerdotii tui sollemnia uberiorem afferant laetitiam et spiritualiter prosint, recurrente die anniversaria sacrae celebritatis facultatem tibi facimus Papalem impertiendi benedictionem cum Indulgentia plenaria in forma Ecclesiae consueta, ab omnibus qui sacris intererunt lucranda. - Voluntatis in te Nostrae significationi cumulum afferat apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis frater, iisque omnibus in quibus tuae evigilant curae, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxxi martii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

DECRETUM.

DE LOCO RESIDENTIAE EPISCOPI ATURENSIS.

Aturensi dioecesi novo pastore donata, de opportuniori residentiae episcopalis loco exorta sunt dubia, quae ad Apostolicam Sedem sunt rite delata. Itaque Ssmus Dominus Noster Pius PP. X, rebus omnibus sedulo perpensis auditoque virorum qui negotium bene noverint voto, Aturensem residentiam ceteris propositis praeferendam esse decrevit. Quare in executionem huius Pontificiae iussionis per hoc Decretum Gonsistoriale statuitur ut Aturensis Episcopus in ipsa Aturensi civitate, ubi cathedralis cum capitulo extat ecclesia, ordinariam suam residentiam eligat ac statuat vix dum inibi ei praesto esse possint tum pro se tum pro maiori seminario aedes opportunae. Interea tamen ob specialia rerum adiuncta fas illi esto in loco vulgo *Dax* nuncupato provisorio modo residere, donec scilicet praefata comparandarum in Aturensi civitate aedium conditio impleatur. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die *m* aprilis 1912.

C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

IL

BISUNTINA.

ERECTIONIS IN COLLEGIATAM AD HONOREM.

Ssmus Dominus Noster Pius PP. X decreto sacrae Congregationis Consistorialis diei 20 Maii 1912 ecclesiam Sanctis Ferreolo ac • Fornicio martyribus sacram, in pago vulgo *Saint-Ferjeux* prope Vesontionem, perpetuum in modum titulo Collegiatae ad honorem condecorare dignatus est, ita ut ipsius rector seu parochus pro tempore eiusque in animarum cura adiutores, statim ac ad suum cuiusque officium obeundum legitime nominati sint, eodemque munere durante, canonici honorarii nuncupant possint et valeant.

III.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus Dominus Noster Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet :

10 aprilis 1912. — Cathedrali ecclesiae Pactensi praefecit Revrñum Ferdinandum Fiandaca, hactenus episcopum Nicosiensem.

15 aprilis. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Trapezuntinae Reverendissimum Iosephum Camassa, iam episcopum Melphiensem et Rapollensem.

22 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Féretranae sac. Raphaelem Santi, archidioecesis Bononiensis, ibidem parochum loci vulgo « Pieve di Budrio ».

29 aprilis. — Metropolitanae ecclesiae Ianuensi Revmum Andream Caron, hactenus episcopum Cenetensem.

— Cathedrali ecclesiae Mandetriensi R. P. Aloisium (in saeculo Stephanum) Misic, O. F. M. Unionis Leonianae. >

— Titulari ecclesiae episcopali Lyrbensi sac. Antonium Papp, protonotarium apostolicum ad instar participantium, praelatum domesticum S. S., vicarium generalem dioecesis Munchacsiensis Ruthenorum, quem constituit coadiutorem cum iure futurae successionis Revmi Iulii Firczak, episcopi Munchacsiensis Ruthenorum.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I.

DECRETUM.

IMMUTATIONIS FINIUM.

Quo facilius et cum uberiore fructu prospiceretur Christifidelium utilitati Fideique dilatationi in subpraefectura civili Tsinkyhiem vicariatus apostolici Sutchuensis meridionalis in Sinis, solertissimus dicti vicariatus Ordinarius R. P. D. Marcus Chatagnon, Ep. tit. Chersonensis, a S. Sede postulavit ut memorata subpraefectura a sua missione separaretur, atque vicariatui apostolico de Kientchang, duobus abhinc annis erecto, adiiceretur. Qua super re Emi ac Revmi Patres Cardinales S. huius Congreg, de Propaganda Fide in generali conventu diei 1 vertentis mensis examen instituerunt, atque, allatis rationibus mature perpensis, statuerunt subpraefecturam civilem Tsinkyhiem a vicariatu apostolico Setchuensi meridionali seiungendam esse, atque adiudicandam vicariatui de Kientchang, cuius Ordinarius R. P. D. Ioannes Baptista De-Guébriant, Ep. tit. Euroeensis, paratum se profitetur ad dictae quoque regionis spirituale regimen suscipiendum.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius div. prov. Pp. X, audita relatione sibi facta a R. P. D. sacrae huius Congregationis Secretario in audientia diei 22 eiusdem mensis, ratam habere et adprobare dignatus est, atque praesens S. huius Congregationis decretum confici iussit.

Datum Romae ex aedibus S. Congr. de Prop. Fide, die 30 aprilis 1912.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

Camillus Laurenti, *Secretarius.*

IL

NOMINATIONES EPISCOPORUM

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

19 aprilis 1912. — *Episcopus Kandiensis (Kandy) m Indiis Orientalibus,* R. P. Beda Beekmeyer, e Congregatione Silvestrina O. S. B.

24 aprilis. — *Episcopus titularis Gargarensis et Vicarius Apostolicus Nili Superioris,* R. P. Ioannes Biermans, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill-Hill.

27 aprilis. — *Episcopus titularis Curubitanus et Vicarius Apostolicus novi Vicariatus Oe-li maritimi in Sinis,* R. D. Pauius Dumond, ex Instituto Sacerdotum a Missione.

III.

NOMINATIO PRAEFECTI APOSTOLICI.

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

14 maii 1912. — R. P. Liberatus ab Exel, Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum (in saeculo Iacobus Cluts), *primus Praefectus Apostolicus novae praefecturae apostolicae Sumatranae.*

IV.

CESSATIO AB OFFICIO.

Ssmus Dnus Noster Pius PP. X in audientia diei 2 maii 1912 renuntiationem R. P. D. Guilelmi Miller, Episcopi titularis Eumenensis, ab officio Vicarii Apostolici Transvaalensis, benigne excepit.

S. CONGREGATIO INDICIS

L

DECRETUM

QUO QUAEDAM PROHIBENTUR OPERA.

Feria II. die 6 maii 1912.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 6 maii 1912, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

ABBÉ JULES CLARAZ, *Le mariage des prêtres. Paris 1911.*

IZSÓF ALAJOS, *A gyakori szent âldozas és az életpszicliologia. Budapest 1910.*

TH. DE CAUZONS, *Histoire de l'inquisition en France. Paris 1909.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 9 maii 1912.

F. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. © S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

II.

DUBIUM.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 6 maii 1912, ad dubium:

« Utrum Episcopus loci, in quo aliquis auctor eidem non subditus « librum, a proprio Ordinario iam examinatum et praelo dignum iudi- « catum, publici iuris facere desiderat, istius libri impressionem permit- « tere possit, quin eum novae censurae subiicere debeat »

respondendum censuit:

« Affirmative, apponendo iudicium " Nihil obstare „ censoris alterius « dioecesis, ab istius Ordinario sibi transmissum ».

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua responsionem Eminentissimorum Patrum confirmavit et promulgari praecepit.

Datum Romae, die 9 maii 1912.

F. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L.üßS.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

BENEDICTIO MACHINAE AD EXSTINGUENDUM INCENDIUM.

(pro tota ecclesiastica provincia Pragensi).

Clerus a proximiori Ecclesia, vel ab alio aliquo praeparato loco, procedit ad locum ubi est machina benedicenda, canendo vel recitando:

Ant. Mansuefactas est ignis, et viam suae virtutis oblitus est: ut filii tui, quos dilexisti, Domine, serventur illaesi.

Ps. 65. Jubílate Deo, omnis terra, psalmum, *etc.*

Et repetitur Ant. Mansuefactus est ignis, *etc.*

Repetita antiphona, Celebrans, respondentibus circumstantibus, dicit : Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster, *(secreto usque ad)*

f. Et ne nos inducas in tentationem.

RJ. Sed libera nos a malo.

f. Salvos fac servos tuos.

BJ. Deus meus, sperantes in te.

f. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.

RJ. Et de Sion tuere eos.

f. Nihil proficiat inimicus in eis.

RJ. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

f. Benedicite, ignis et aestus, Domino.

RJ. Laudate et superexaltate eum in saecula.

f. Benedicite, filii hominum, Domino.

RJ. Laudate et superexaltate eum in saecula.

f. Qui liberat nos de medio ardentis flammae.

RJ*. Et de medio ignis erui t nos.

f. Confitemini Domino, quoniam bonus.

RJ. Quoniam in saeculum misericordia eius.

f. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

RJ. Qui fecit caelum et terram.

f. Domine, exaudi orationem meam.

RJ. Et clamor meus ad te veniat.

f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui tribus pueris in fornace Babylonis per Angelum tuum mitigasti flammas ignium: omnes, quaesumus, per dexteram tuam in cordibus nostris faces exstingue vitiorum; ut a temporalibus eruamur incendiis, et ab ignibus liberemur aeternis. Per Christum Dominum nostrum.

RJ. Amen.

OREMUS.

Deus, cujus in manibus nos sumus et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia et disciplina: famulis tuis opitulatur adsiste; ut quoties instantibus incendii periclitemur angustiis, toties suppetentibus ingenii foveamur auxiliis. Per Christum Dominum nostrum.

RJ. Amen.

OREMUS.

Deus, Justus hominum gubernator et clemens, cui tanquam Factori suo sic omnis promptior creatura deservit, ut eadem ad tormentum impiis exardescat, et ad beneficium piis lenis evadat: aurem tuam, quaesumus, precibus nostris benignus intende, et hanc maehinam. cómprimendis ignibus destinatam tua munificus bene^dictione perfunde: ut quoties hujus efficax instrumentum machinae viva fide piisque cum votis fuerit adversus excitas incendii vires adhibitum, aqua saevientes flammas ex eo iactata restinguat, et igni vim totam suae virtutis eripiat, ne incendium fidelibus in te sperantibus molestiam afferat, neve illis eorumque bonis detrimentum ingerat: quatenus universi, ab omni formidine pariter et periculo sospites, a suis vitiis toto corde resipiscant ac, beneficiorum tuorum memores, sincera mente cognoscant talia sibi flagella e sua quidem iniquitate prodire, et in tua miseratione cessare. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et régnât in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

RJ. Amen.

Deinde celebrans aspergit maehinam aqua benedicta.

PRAGEN.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, suprascriptum ritum ac formulam benedicendi maehinam ad incendium extinguendum, instante Emo et Rmo Dno Cardinali Leone de Skrbensky, Archiepiscopo Metropolita Pragensi, et referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, approbavit; eandemque benedictionis formulam in tota ecclesiastica Provincia Pragensi adhibendam benigne concessit. Die 10 aprilis 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. 5$ S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien,
Secretarius.

IL

BENEDICTIO SOLEMNIS NOVAE NAVIS PISCATORIAE.

(pro dioecesi Algaren.).

f. Adiutorium nostrum, etc.

f. Dominus vobiscum, etc.

Ant. Domine Dominus noster.

Ps. 8. Domine Dominus noster, quam admirabile eie.

Ant. Domine Dominus noster, quam admirabile est Nomen tuum in universa terra!

f. Dominus vobiscum, *etc.*

OREMUS.

Propitiare, Domine, *etc. (ut in Rituali Romano pro benedictione novae navis).*

RJ. Amen.

f. Dominus vobiscum, *etc.*

£8 Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

RJ. Gloria tibi, Domine.

In illo tempore manifestavit se iterum, *etc. (Joan. XXI, 1-24).*

RJ. Laus tibi, Christe.

f. Dominus vobiscum, *etc.*

OREMUS.

Deus, qui dividens aquas ab arida, omnem animam in his viventem creasti, hominemque voluisti piscibus maris dominari: qui super marinos vórtices ambulans ventis et fluctibus imperasti: Apostolorumque retia verbo tuo mirabiliter replesti : praesta quaesumus, ut in naviculis suis famuli tui ab omnibus periculis, te comitante, liberati, piscium multitudinem copiosam concludant, ac tandem ad aeternae felicitatis portum, meritis onusti, perveniant. Per Christum Dominum Nostrum.

RJ. Amen.

OREMUS.

Obsecramus te, Domine, Salvator noster, ut famulorum tuorum labores benedicere digneris, quemadmodum Apostolis tuis benedixisti dicens: mittite in dexteram navigii rete, et invenietis: ut de abundantia tuae benedictionis laeti, te Redemptorem nostrum semper exaltemus benedictum in saecula.

Rj\ Amen.

OREMUS.

Respice, Domine, ad intercessionem Beatissimae Virginis Mariae, Sancti Petri, caeterorumque Apostolorum et Sancti *N. (Titularis navis benedicendas),* ut labores manuum nostrarum ne despicias ; sed tua sanctissima bene ^dictione, a nobis cuncta peccata repellas, pericula submoveas, et' omnia nobis bona pro futura concedas. Per Dominum, *etc.*

BJ. Amen.

Sacerdos cum aqua benedicta navem aspergit dicens: Pax et benedictio Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, descendat super navem istam, et super omnes qui in ea erunt, **et** maneat semper.

B¿. Amen.

ALGAREN.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, peramanter deferens supplicibus votis Rmi Dñi Ernesti Piovella, Episcopi Algaren., ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis, suprascriptum ritum ac formulam Benedictionis solemnis novae navis piscatoriae in usum Cleri illius dioeceseos benigne approbare dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 10 aprilis 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

h. S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien,
Secretarius,

III.

NEAPOLITANA.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI EMANUELIS RIBERA, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE SS. REDEMPTORIS.

Emanuel Ribera, quem inter suos electos filios Congregatio Ssmi Redemptoris laeto gratoque animi affectu adscribit, in urbe Melphictensi die 8 martii anni 1811 ortum duxit e coniugibus Vincentio et Elisabetha Cozzola, non minus genere ac fortuna quam pietate claris. In primaeva aetate, patre orbatus maternisque curis educatus, ob suam indolem et religionem in Dei famulatum et obsequium bene comparato apparuit. In schola cuiusdam magistri sacerdotis litterarum rudimentis instructus,

duodennis seminarium Melphictense ingressus est, ubi, usque ad annum decimum octavum commoratus, studio ac virtute, uti fertur, valde profecit. Quum autem lectioni operum S. Alphonsi de Ligorio incumberet, animo reputans se ad institutum Ssmi Redemptoris capessundum vocari, mentem suam rectori maiori Alphonsianae Congregationis aperuit; a quo in sancto proposito confirmatus, omnibus de more expletis, tandem inter professos adscitus est. Mox vero sacerdotio auctus, licet assidue laboraret infirma valetudine ex morbo quem contraxerat in iuvandis infirmis asiatica lue infectis, nulli prorsus parcens labori, ministerium suum honorii!cavit. Eiusmodi autem chronico morbo ingravescente ad extrema deductus, die 10 novembris anni 1874 Neapoli spiritum Deo reddidit. Interim opinio sanctitatis Servi Dei quae mortalem Eius vitam comitabatur, etiam obitum subsequuta est: super qua, in dies magis clara, inquisitiones informativae Ordinaria auctoritate adornatae et ad sacram Rituum Congregationem transmissae sunt. Quum omnia in promptu essent et, peracta revisione scriptorum Servi Dei* nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante Rmo P. Claudio Benedetti, Congregationis Ssmi Redemptoris postulatore generali, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, rogante etiam Rmo P; Patritio Murray, memoratae Congregationis superiore generali et rectore maiori, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Hieronymus Gotti, huius causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem,* si Sanctissimo placuerit.* Die 8 martii 1912.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua, rescriptum ipsius sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servi Dei Emmanuelis Ribera, sacerdotis professi e Congregatione Ssmi Redemptoris, die 8 maii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

I, © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IV.

LITTERAE CIRCULARES

AD REV.MOS LOCORUM ORDINARIOS QUOAD PROPRIA OFFICIORUM DIOECESANA.

Illme et Rme Domine, uti Frater,

Quum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X magnae curae sit, ut Breviarii Romani reformatio ad unguem perficiatur; operae pretium erit, etiam lectiones historicas cuique dioecesi proprias ad trutinam revocare. Quamobrem gratissimum Summo Pontifici fecerit Amplitudo Tua, si pro virili curabit, ut in ista dioecesi Tibi commissa, viri periti eligantur qui, conlatis consiliis, historicas lectiones quas supra dixi, diligenter examinent easque cum vetustis codicibus, si praesto sint, aut cum probata traditione conferant. Quod, si repererint eas historias contra fidem codicum et solidae traditionis in aliam formam a nativa degenerasse, omni ope adlaborent ut vera narratio restituatur.

Omnia vero maturius expendenda sunt, ne quid desit ex ea diligentia, quae collocanda est in reperiendis codicibus, in eorum variis lectionibus conferendis et in vera traditione observanda. Nec profecto opus est festinatione: putamus enim spatium ad minus triginta annorum necessarium, ut Breviarii reformatio feliciter absolvatur.

Interea cum opus in ista dioecesi perfectum fuerit; Amplitudo Tua ut illud ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem mittatur, pro sua pietate sataget: ita tamen, ut si quid in lectionibus historicis additum vel demptum aut mutatum fuerit, rationes quae ad id impulerunt, brevi sed lucida oratione afferantur.

Dum haec, de speciali mandato Summi Pontificis, Amplitudini Tuae significo, diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Romae, die 15 maii 1912.

Amplitudinis Tuae

Uti Frater addictissimus

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.l$iS.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

NOTA. Hisce similes litterae missae sunt ad Praepositos generales Ordinum seu Congregationum Religiosorum, quoad Propria Officiorum ipsis concessa.

SACRA ROMANA ROTA

ARGENTINEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SCHMITT-SCHMITT).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 23 februarii 1912, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* « Argentinen. - Nullitatis matrimonii », *inter* Rosaliam Schimtt, *repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, et* Leonardum Schmitt, *contumacem, interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Rosalia Schmitt; catholica, quum 28 annorum erat, die 25 ianuarii 1898 in civitate Argentinensi matrimonium civile contraxit cum Leonardo Schmitt, viro acatholico, qui dissimulaverat usque ad hanc ceremoniam civilem se esse catholicum. Cum vero inter sponsos dissensiones ortae sint, et vir recusaret matrimonium contrahere etiam coram parocho •catholico uti promiserat, vita coniugalis abrupta est.

Die 22 martii 1899 mulier divortium civile obtinuit, et cum alio viro, Eugenio Machin, die 8 mensis subsequentis iterum civiliter se coniunxit.

Post aliquot annos petiit ab auctoritate ecclesiastica, ut primum matrimonium declararetur nullum, et ita possibile redderetur secundum matrimonium inire in facie Ecclesiae. Causa introducta est apud Curiam Argentinensem, et die 16 decembris 1909 prodiit sententia pro matrimonii nullitate ex defectu consensus mulieris. Ab hac sententia vinculi Defensor appellavit ad H. S. Ordinem, quare causa iterum videnda et decidenda est sub dubio consueto: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ad ius quod attinet, praemittendum est, caput « *Tametsi* » Concilii Trid. (Sess. XXIV, *c. i. de ref. matr.)* in civitate Argentinensi nunquam fuisse promulgatum (Toder, *Formulaire matrim.,* p. 338 sq.), ita ut quivis consensus maritalis, etsi non coram parocho et duobus testibus datus, usque ad Decretum Pii X « Ne temere » verum matrimonium effecerit, dummodo non obstaret aliud impedimentum dirimens. In casu autem

quaeritur, an consensus coram *magistratu civili* emissus sit verus consensus *maritalis:* aliis verbis, an matrimonium *civile* sit verus contractus *matrimonialis,* ita ut efficiat verum matrimonium indissolubile. Ad cognoscendam hanc quaestionem sat difficilem, fusius tractandum est de *natura* matrimonii civilis et eius validitate in se spectata, necnon de eius valore in opinione seu aestimatione populi catholici, in specie germanici.

Constat *ante* Tridentinum omnia matrimonia fuisse valida, nisi fuerint contraria iuri naturali, divino vel ecclesiastico, non exclusis matrimoniis clandestinis quae non in facie Ecclesiae, i. e. non coram parocho competenti et duobus testibus, celebrata sunt, licet haec matrimonia fuerint illicita. Idem valet *post* Tridentinum usque ad promulgationem Decreti « *Ne temere* » Pii X diei 2 augusti 1907, resp. ad Pascha anni 1908, de matrimoniis celebratis in iis locis ubi caput « *Tametsi* » Concilii Tridentini non fuit promulgatum, aut quibuscumque ex causis, v. g. ob extensionem Constitutionis quae Benedictina dicitur, vim legis non habuit. Quare in hisce locis, usque ad diem supra citatum, omnia matrimonia erant valida, quae mero consensu mutuo inter personas de iure habiles contrahebantur.

Quapropter in introductione celeberrimi illius Decreti de reformatione matrimonii expresse dicitur: « Clandestina matrimonia libero con« trahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia », ac damnantur ii qui « ea vera ac rata esse negant ». Iam Alexander III (c. % X. IV, 3} expresse docuerat, matrimonia mero mutuo consensu inita, relate ad validitatem ab Ecclesia, suscipienda et comprobanda esse tamquam matrimonia in facie Ecclesiae contracta.

Iam vero haec doctrina Ecclesiae retinenda est etiam in diiudicanda validitate vel invaliditate matrimonii *civilis* in iis locis ubi forma Tridentina vim legis non habet. Etenim cum ibi *omnis* consensus matrimonialis, etiam ille qui non sit datus in forma Tridentina, verum et validum matrimonium efficiat, id dicendum est etiam de consensu *coram magistratu civili* datus, dummodo a contrahentibus naturalis et mutuus consensus praestetur.

In diiudicanda ergo validitate vel invaliditate matrimoniorum civilium, imprimis distinguendum est inter ea quae iis in locis contracta sunt ubi assistentia parochi et duorum testium est postulatum *substantiale?* et ea quae iis in locis inita sunt ubi dicta assistentia solum ad *liceitatem,* non autem ad validitatem, praescripta est. In hoc altero casu iterum distinguendum est, utrum in contrahendo matrimonio civili adsit *verus* et ex iure naturae *legitimus* consensus, i. e. consensus cum mari-

tali intentione inter personas de iure habiles, an matrimonium *mere civile* sit contractum ad satisfaciendum praecepto societatis civilis et ad obtinendos *effectus civiles* ex lege civili cum tali forma civili coniunctos.

Quare, secundum ius hucusque vigens, invalida sunt omnia matrimonia *solum coram magistratu civili* contracta in *locis tridentinis,* i. e. in iis locis ubi Decretum « *Tametsi* » vim legis habebat, sicuti secundum ius novum per Decretum « *Ne temere* » constitutum invalida sunt matrimonia *mere catholica* quae aliter ac in facie Ecclesiae contrahuntur, exceptis illis casibus particularibus in Decreto « *Ne temere* » relatis. In utroque ergo casu matrimonium *mere civile* sine dubio est invalidum quoniam deest forma substantialis ab Ecclesia praescripta, et habetur merus concubinatus; hinc proles in foro ecclesiastico est illegitima et coniuges ad sacramenta admitti nequeunt, nisi prius matrimonium validum in forma ecclesiastica contraxerint. Sed haec omnia ab auctoritate ecclesiastica clare et distincte constituta et declarata sunt, et omnes canonistae in hisce punctis substantialibus conveniunt, ita ut haud necesse sit dictas propositiones argumentis confirmare.

Ius hucusque vigens quoad matrimonium civile in locis *non tridentinis* et ius hodiernum quoad matrimonium *mixtum* speciatim in Germania, vel etiam *acatholicorum* inter se quod spectat, distinguendum est igitur inter matrimonia civilia quae contrahuntur cum *intentione maritali,* i. e. cum intentione contrahendi *verum* matrimonium, et ea matrimonia civilia quae ineuntur cum intentione contrahendi connubium *mere civile.* In priori casu, seu si contrahentes intendunt coram magistratu civili *verum* matrimonium celebrare, matrimonium sine dubio est validum dummodo non obstet aliquod impedimentum dirimens. At in tali casu matrimonium est validum non ratione actus *civilis,* sed ratione *consensus naturalis,* qui, in iis quos lex ecclesiastica quoad *formam* contrahendi non obligat relate ad *valorem* actus, semper verum matrimonium causât. Quare Emus Card. Gasparri *(De matrim.,* II, n. 1228) docet : « At si partes habiles sunt iuxta Ecclesiae leges, et, actum civilem « ponentes ante matrimonium coram Ecclesia, *intendermi verum matri- « monium,* actus civilis est verum matrimonium, *non quia lex civilis « servata est,* sed quia nihil deest iuxta Ecclesiae legislationem neces- « sarium ad matrimonii validitatem ».

Similiter scribit Wernz *(Ius Decret,* IV, n. 207): « Si contrahentes « sponsi sive catholici sive acatholici baptizati lege tridentina non sunt « adstricti, in mere civili matrimonii celebratione etsi illicitum, tamen « validum ineunt matrimonium, *dummodo intentionem habeant vere con-*

« *trahendi matrimonium,* neque aliud obstet impedimentum canonicum; « *at si civilem tantum velint performare caeremoniam... omni valore caret « matrimonium civile.* Quare in his locis talia matrimonia civilia nequa- « quam valida sunt *propter formam legemque civilem servatam* neque « absolute et simpliciter, sed cum clausula: " Dummodo constet de « mutuo eorum consensu „ i. e. coniugum, ad tramites antiqui iuris Decretalium ». Quoniam et in hac quaestione unanimis est mens canonistarum, cui plene conformes sunt decisiones auctoritatis ecclesiasticae, omitti possunt alia argumenta.

In altero casu, seu si contrahentes sponsi in celebratione matrimonii civilis *solummodo legem civilem* observare volunt neque ullam intentionem habent vere contrahendi matrimonium, quia v. g. pro vero matrimonio habent solum matrimonium in forma ecclesiastica celebratum, revera matrimonium civile tantum contrahunt, nullo modo autem verum ac validum matrimonium. Res ambigua non est in regionibus, ubi matrimonium civile vi legis civilis est *solubile.* Etenim indissolubilitas est *qualitas essentialis* matrimonii christiani, qua deficiente matrimonium inter christianos existere nequit.

Hinc docet S. Thomas *(S. Th.,* P. III, q. 77, c. 3): «Vinculum « matrimonii est perpetuum, unde illud quod perpetuitati repugnat, « matrimonium tollit ». Eadem de causa Syllabus Pii IX damnavit propositionem (67) « Iure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile, « et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili san- « ciri potest ».

Iam vero matrimonium civile in Germania, Anglia, Gallia, Belgio et Helvetia etc. vi legis civilis est solubile* et a iudice saeculari divortium plenum decerni potest. Quicumque igitur in praefatis regionibus matrimonium *mere civile* inire intendit, matrimonium *solubile* contrahit, non autem verum matrimonium in sensu dogmatico seu christiano.

Neque dicatur, tunc etiam omnia acatholicorum matrimonia qua talia esse invalida, cum acatholici matrimonium aestiment solubile. Habetur enim differentia essentialis inter matrimonium civile et matrimonium v. g. protestantium qua tale. Nam in secundo casu contrahitur verum matrimonium *in se* indissolubile, non obstante errore contrahentium circa talem qualitatem. Acatholicus enim, ut christianus, intendit per, contractum maritalem *verum* matrimonium contrahere; verum autem matrimonium est semper *indissolubile,* neque datur inter christianos verum matrimonium quod sit dissolubile. Si quis circa hoc bonum matrimonii *errat,* habetur solummodo error *subiectivus,* qui, ut ait Bened. XIV *(De syn, dioec,* 1. XIII, c. 22, n. 7 sq.), *obiectivae* veritati ac

realitati non obtrectat. Acatholicus igitur qui, uti christianus, *verum* matrimonium inire vult, eo ipso contrahit matrimonium *obiective* indissolubile. Aliter tamen dicendum, si quis *explicite* intendit, i. e. expresse ut conditionem sine qua non in pactum deducit, dissolubilitatem matrimonii. In tali casu matrimonium est nullum et irritum, quia intenditur matrimonium *obiective* dissolubile, quod valide iniri nequit. Talis vero intentio non *praesumitur,* sed est probanda. E contra matrimonium *civile* est *obiective dissolubile,* ergo qua tale in se invalidum, uti accuratius patebit ex infra dicendis.

Ex hoc principio indissolubilitatis matrimonii facile intelligitur Summorum Pontificum animus a matrimonio civili alienus. Benedictus XIV interroganti cuidam missionario in Statibus confoederatis Americae Septentrionalis, ubi Tridentinum vim non habuit et proinde verus consensus mutuus, etsi non in facie Ecclesiae datus, verum matrimonium efficit, respondit, matrimonium mere civile inter christianos esse nullum et irritum « sive ratione sacramenti sive ratione contractus ». Pius IX in litteris anni 1852 (25 iulii), ad regem Victorem Emanuelern missis, matrimonium civile qua tale haud cunctanter «concubinatum» appellat. Item Pontifex in Syllabo reiecit propositionem « Vi contra- « ctus mere civilis potest inter christianos constare veri nominis matri- « monium ». Non aliter iudicat Leo XIII in Litteris encyclicis « *Inscruta- « bili* » diei 21 aprilis 1878 et « *Arcanum divinae* » diei 10 februarii 1880, cum in illis matrimonio civili notam inurat « *legalis concubinatus* », ac in his scribat: « Similiter omnibus exploratum esse debetf silfik « coniunctio viri et mulieris inter Christifideles extra sacramentum « contrahatur, eam vi ac ratione iusti matrimonii carere; et quamvis « convenienter legibus civicis facta sit, tamen pluris esse non posse « quam ritum aut morem iure civili introductum; iure autem civili « res tantummodo ordinari atque administrari posse, quas matrimonia «efferunt ex sese in genere civili et quas gigni non posse manifestum « est, nisi vera et legitima illarum causa, scilicet nuptiale vinculum, « existat ». Hic igitur Pontifex, alias tam cautus ac pacis amans, docet coniunctionem matrimonialem secundum leges civiles peractam esse meram caeremoniam iure civili introductam ad obtinendos effectus mere civiles, non autem esse verum et validum matrimonium.

Nequit autem obiici matrimonium civile in Germania ex ipsa lege civili concipi tamquam conficiens unionem *stabilem ac indefinitam,* neque ex dissolubilitate matrimonii civilis sequi id matrimonium esse tantum contractum ad tempus definitum, cum in eo dissolubilitas solummodo ut eventus *possibilis* consideretur. Nam *eadem* lex quae matrimonium

civile iuridice regit, simul statuit tale matrimonium certis de causis quoad vinculum iuridice dissolvi posse, quare eo ipso declarat matrimonium civile, qua tale, non esse indissolubile sed in se dissolubile. Dissolubilitas igitur est elementum matrimonii civilis et qualitas eidem iuridice inhaerens ; alias *possibilitas* dissolutionis non posset a priori iuridice determinari. Sicuti matrimonium civile vigore legis civilis exoritur, sic vigore *eiusdem* legis, existentibus certis causis vel conditionibus a lege statutis, idem matrimonium civile denuo *solvi* potest. Ergo *dissolubilitas de iure* possibilis semper necessarium requisitum est verae solutionis. Sive ad solutionem causae ab ipsa lege statutae existere et probari debeant, sive solutio, uti in Helvetia, a mutua libera voluntate coniugum dependeat, *natura* matrimonii civilis est semper eadem; nam in utroque casu vi legis quaecumque coniunctio manet dissolubilis, et contractus quo tale matrimonium initur, est contractus solubilis, ita ut contrahentes nequaquam matrimonium *in sese* indissolubile et consequenter verum et christianum ineant.

Insuper est opinio communis catholicorum in tota Germania, matrimonium *mere civile* non esse verum *et proprie dictum* matrimonium io sensu christiano. Quum per legem diei 9 martii 1878 in regno borussico matrimonium civile obligatorium introductum esset, episcopi in coetu Fuldensi communes litteras pastorales publicarunt, quibus docebant, omnes christifideles etiam in futuro teneri contractum matrimonialem
o
iuxta praecepta Ecclesiae celebrare, et magistratum civilem peragere *mete^ Civilem caeremoniam,* quae coram Deo et Ecclesia nullam coniunctionem matrimonialem efficiat *(Archiv, f. k. Kirchenrecht,* vol. 33, p. 192 sq.).

Episcopus princeps Vratislavien. Henricus Foerster in particulari epistola circulari, in tota dioecesi legenda, diei 24 augusti 1878 exposuit relationem Ecclesiae ad novas leges matrimonium civile respicientes, et speciatim clero dioecesano inculcavit ut fideles monerent, « legem civi-
« lem de matrimonio coram magistratu civili ineundo esse meram institutionem reipublicae, ideoque habere effectum tantummodo pro con-
« ditione civili; per declarationem autem quam sponsi coram magistratu
« faciunt ad satisfaciendum praescripto legis civilis, et per hanc forma-
« litatem coram eodem peractam, matrimonium ecclesiasticum, i. e. *verum*
« et validum coram Deo et Ecclesia, nequaquam perfici ».

In Instructione super matrimonio archidioecesis Coloniensis, quae singulis annis dominica 2 post Epiphaniam in omnibus ecclesiis archidioecesis publicatur, dicitur n. 5: « Cum matrimonium sit sanctum sacramentum et solum coram parocho contrahentium et praesentibus duobus

«testibus celebrari possit, homini christiano sub peccato mortali non « licet contentum esse solo matrimonio civili, quia hoc nullatenus inter « christianos efficere potest matrimonium *verum et validum* ».

Item Emus Card. Kopp in sua Instructione diei 9 martii 1908, singulis annis in ecclesiis dioecesis Vratislavien. legenda, scribit: « Declaratione facta coram magistratu qua legi civili fit satis, matrimonium « ecclesiasticum, i. e. coram Deo et Ecclesia validum, inter catholicos « nequaquam efficitur ». Simili modo Instructiones de matrimonio in reliquis dioecesibus Germaniae loquuntur semper de invaliditate matrimonii civilis, et etiam catechismi dioecesani expresse idem docent. Novus ipse Catechismus paucis ante annis speciali iussu Summi Pontificis Pii X editus, qui in omnibus Italiae dioecesibus introduci debuit, interrogationi «Che cosa è il matrimonio civile?» respondet: «Il matrimonio civile « non è altro che una formalità prescritta dalla legge al fine di dare e « assicurare gli *effetti civili* ai coniugati e alla loro prole ». Hoc loco igitur matrimonium civile ut mera *formalitas* a lege praescripta in ordine ad obtinendos *effectus civiles* pro contrahentibus eorumque filiis explicatur. In sequenti quaestione, an pro christiano sufficiat matrimonium civile, character contractus civilis ita describitur: « Questo non è « sacramento e quindi non è vero matrimonio », ita ut in quaestione tertia de nupturientibus in matrimonio 'mere civili viventibus dicatur: « Sarebbero in istato di continuo peccato mortale, e la loro unione reste« rebbe sempre illegitima innanzi a Dio e alia Chiesa ». Auctoritative ergo hisce locis enuntiatur, matrimonium civile coram Deo et Ecclesia esse *in se nullum atque irritum.*

Eodem modo in catechismis germanicis interrogationi « Quomodo « contrahitur matrimonium? » respondetur: « *Solum coram parocho et « duobus testibus* etc. ». Sed haec sunt notiora quam ut fusiore explicatione indigeant. Illustrationis gratia adducatur tantum illud, quod benemeritus ille praelatus capitularis Iacobus Schmitt habet in suo opere catechistico, ab auctoritate ecclesiastica approbato, cui titulus est: *Erklärung des mittleren Dëharbeschen Katechismus,* quodque per decennia in explicanda doctrina christiana in scholis et ecclesiis Germaniae in usu sacerdotum fuit: « Ecclesia nos docet», legitur ibi pag. 505 sq. (8 Aufl.), « sacramentum matrimonii a christianis non recipi nec verum « matrimonium adesse, nisi sponsi coram parocho et duobus testibus « declarent sese mutuo contrahere velle matrimonium ». Insuper docet, « christianos alio modo se coniungentes, seu matrimonii sacramentum « recipere attentantes, nullo matrimonio coniungi (inter christianos enim « omne matrimonium est sacramentum...). Taliter coniuncti non sunt

« coniugati coram Deo et Ecclesia, sed liberi, et si nihilominus more « coniugum vivant, grave peccatum committunt, et tamdiu in peccato « manent usque dum recedant ab invicem aut sacramentum modo prae- « scripto recipiant.

« Quae omnia a catholico sunt credenda. Unde et matrimonium « *civile,* quod dicitur, coram magistratu civili initum, ut *matrimonium « verum et validum coram Deo haberi a catholicis minime potest.* Quam- « quam omnino decet sponsos, priusquam coram parocho matrimonium « contrahant, ad satisfaciendum auctoritati civili se sistere magistratui « civili et coram eo manifestare intentionem ineundi matrimonii, tamen « sponsi optime norunt *hanc manifestationem nondum esse matrimo- « nium ».*

Similiter canonistae, exceptis paucis obscure et obiter loquentibus, matrimonium civile habentut matrimonium solubile ideoque invalidum. Ex recentioribus v. g. Gard. Gasparri *(De matr.,* II, n. 1222) de matrimonio civili docet: « Certum pariter est peccare omnes... habentes matri- « monium civile, *quatenus tale, uti verum* matrimonium ». Lehmkuhl scribit *(Kath. Kirchenlexikon,* ed. II, t. III, p. 396): « Ecclesia matrimonio « civili, ut tali, *nihil tribuit ponderis iuridici».* Holl weck in commentario de iure matrimoniali civili in codice civili Germaniae contento (1900, pag. 78) docet: « Matrimonii sanctitas et character sacramentalis necnon « competentia solius Ecclesiae inde deducta (in instructionibus) pressius « doceantur, itemque matrimonium civile esse matrimonium solummodo « coram societate civili, *invalidum coram Deo, Ecclesia et conscientia.* «Coram Deo et Ecclesia matrimonium civile est *non-matrimonium,* quod, « pro eis qui eo solo contenti sunt, grave peccatum constituit ».

Omnes canonistae in eo .concordant quod matrimonium civile etiam in locis *non-tridentinis* sit invalidum, nisi contrahentes *intendant* inire *verum* matrimonium, et plerique expresse dicunt, etiam in tali casu validitatem repetendam esse non ex *forma civili,* sed ex *naturali consensu* qui in locis non-tridentinis iam solus ad contrahendum matrimonium sufficiat. Supra dictum est, invaliditatem matrimonii civilis in locis *tridentinis* non amplius in dubium vocari posse. Huius invaliditatis rationem alii docent esse *defectum formae tridentinae,* alii e contra invaliditatem deducunt ex natura consensus, qui in matrimonio civili efficiat coniunctionem maritalem *solubilem,* ideoque per se nullam.

Prioris sententiae fautores nituntur eo, quod sacrae Congregationes matrimonia civilia etiam in locis tridentinis inita saepius sanaverint, id quod, iuxta eorum sententiam, probat consensum in matrimonii civilis celebratione praestitum ut talem, seu per se, propter dissolubilitatem

huius matrimonii, nequaquam esse invalidum. At contra hos auctores animadvertendum est, Romanas Congregationes in sanationibus concessis adiecisse conditionem « dummodo constet de perseverantia con« sensus ». Iamvero perseverare nequit ille consensus qui de facto non exstitit; hinc praesumitur in contrahendo matrimonio civili adfuisse intentionem *verum* matrimonium contrahendi, seu praestitum fuisse specialem consensum, licet forma Tridentina non fuerint observata.

Hunc vero consensum non esse « consensum matrimonii civilis », i. e. intentionem contrahendi matrimonium mere *civile,* sed solum consensum cum intentione ineundi matrimonium *verum,* patet ex *eadem* conditione, quam sacrae Congregationes requirunt in diiudicanda validitate matrimonii civilis in locis *non-tridentinis,* vel ex conditione « dum« modo constet de mutuo consensu coniugum ». Unde in singulis casibus semper investigandum est utrum contrahentes coram magistratu civili connubium civile, intentionem habuerint contrahendi *verum* matrimonium, necne. Curia Romana nunquam consensum *civilem, quatenus ut talis perdurat,* sanavit, sed omnibus sanationibus semper conditionem supposuit « dummodo constet de *intentione maritali »,* seu de vero consensu mutuo eiusque perseverantia. Quare Ecclesia nunquam declaravit, consensum mere civilem seu matrimonium civile ut tale sufficere ; sed requiritur semper *intentio contrahendi verum validumque matrimonium,* quae prorsus distincta est ab intentione obtinendi *effectus civiles. Hac intentione* contrahendi verum matrimonium supposita, matrimonium <#vile in locis *non-tridentinis* contrahitur ut matrimonium verum et validum; in locis autem *tridentinis* redditur saltem possibile quod consensus praestitus, qui ob defectum formae substantialis est inefficax, sanetur et ita habeatur verum matrimonium. Deficiente autem hac intentione, in locis *non-tridentinis* matrimonium civile est semper invalidum, et *in locis tridentinis* est invalidum ex duplice capite, et tale matrimonium in nullo casu sanari potest in radice.

Unde et frequentes Summorum Pontificum monitiones et repetita sacrarum Congregationum praecepta ne catholici, coacti ad ineundum matrimonium civile, sive in locis tridentinis, sive in locis non-tridentinis, audeant inire matrimonium civile cum intentione contrahendi verum matrimonium, sed ut habeant intentionem solum acquirendi effectus civiles (Bened. XIV Const. « *Redditae* » 17 sept. 1776; Const. *«Inter omnigenas »* 2 febr. 1777; Pii VI Instr. 28 maii 1793; Instr. Sancti Officii 17 febr. 1887 etc.). Nam intentio maritalis, seu intentio contrahendi per actum civilem matrimonium verum, in locis tridentinis involveret matrimonium attentatum, i.e. abusum sacramenti, et in locis non tridentinis

matrimonium quidem revera contraheretur, sed sacramentum susciperetur contra claram et severam prohibitionem Ecclesiae, ita ut in utroque casu committeretur sacrilegium.

Unde certum est matrimonium civile, in illis locis ubi forma tridentina contractus matrimonialis ut *conditio substantialis* validi matrimonii viget, nullo modo validum haberi posse. Item constat matrimonium civile invalidum esse etiam in locis non-tridentinis, si contrahentes intendant inire coniunctionem *mere civilem* non autem verum matrimonium, si vero in his locis veram coniunctionem *maritalem* inire intendant, valide eam ineunt, et quidem *propter liane intentionem.*

Quomodo autem res se habet in diiudicanda validitate vel invaliditate matrimonii civilis in locis non tridentinis initi, si *dubium* existat de intentione habita? Exoritur nunc quaestio valde controversa, utrum intentio contrahendi *verum* matrimonium in dubio sit *praesumenda,* necne; seu utrum matrimonium civile habendum sit pro valido an pro invalido. Alii canonistae, innixi decisionibus Romanarum Congregationum, docent, contrahentium intentionem ineundi verum matrimonium esse praesumendam, seu *praesumptionem stare semper pro validitate* matrimonii civilis, dum e contra alii id negant, et quidem propter rationes ex origine, natura et fine matrimonii civilis desumptas.

Tota quaestio est quaestio *facti* pro diversitate casuum. Ubi populus christianus sanctitatem, sacramentalitatem et indissolubilitatem matrimonii adhuc cognoscit et agnoscit; ubi nempe hae qualitates matrimonii christiani in scholis, catechesibus, praedicationibus, litteraturaetö^iterum atque iterum docentur; ubi coniuges catholici in matrimonio mere civili viventes a fidelibus uti impii et infames habentur et ut tales vitantur, revera supponendum est, catholicos contrahere matrimonium civile ea sola intentione, ut observent legem mere civilem et obtineant effectus civiles, eosque matrimonium civile nequaquam ut coniunctionem vere maritalem inire velle.

In talibus casibus ergo iure ac merito supponi potest vel debet, contrahentes catholicos matrimonium civile uti caeremoniam mere civilem vel negotium mere iuridicum ad consequendos effectus civiles considerare. Ceterum, tunc temporis quando agebatur de introducendo matrimonio civili obligatorio in imperio germanico, ipse secretarius Status Nieberding deputatis imperii ex officio declaravit, matrimonium civile nil aliud fore nisi negotium mere iuridicum ad obtinendos effectus civiles, quo fiebat ut etiam deputati catholici votaverint pro lege civili id matrimonium civile introducente.

At, his non obstantibus, dicendum est, non *semper* et non in *omni*

casu in catholicis Germaniae stare praesumptionem pro invaliditate matrimonii civilis. Si enim agitur de aliquo catholico, qui iri rebus religiosis non sufficienter instructus fuit in schola, qui adolescens emigravit in regiones acatholicas, qui iam per annos praecepta religionis catholicae non amplius implevit, uno verbo, si agitur de aliquo catholico *indifferenti* ac *tepido*, vel si agitur de membro alicuius societatis vel sectae antichristianae vel anticatholicae, v. g. anarchistarum, socialistarum, massonicorum etc., vel de aliquo qui inclinat ad principia irreligiosa aut liberalia, qui forte religionem irridet et odit etc., tunc in tali catholico semper praesumere licet, eum ideo solum matrimonium civile contraxisse, quia putaverit id esse sufficiens ad ineundam veram coniunctionem maritalem, praesertim si agatur de matrimonio inito cum persona acatholica, quae iuxta principia suae religionis putat, ecclesiasticam celebrationem matrimonii non esse necessariam ad constituendum validum matrimonium. Quare pro Germaniae catholicis ut regula in praxi statui potest: *In genere* praesumptio stat *pro invaliditate* matrimonii civilis, si contrahitur a veris catholicis qui officia religionis implent; praesumptio e contra stat pro *validitate* matrimonii civilis, si initur a catholicis indifferentibus vel Ecclesiae ac vitae religiosae alienis, qui celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae explicite negligunt.

Hinc matrimonium civile obiective et in se est invalidum, excepto casu speciali quo contrahentes idem esse validum subiective putaverint. Ad diiudicandum igitur, utrum in singulis casibus contrahentes matrimonium i'Civile ut meram caeremoniam civilem an ut verum matrimonium' imerint, considerandae sunt conditiones religiosae contrahentium, necnon circumstantiae externae coniunctionem civilem concomitantes. Opinio autem catholicorum in *Germania* de matrimonio civili de facto est talis, ut in *communi* eius *invaliditas praesumenda*, immo pro *certa* habenda sit, praesertim si in veris catholicis alia indicia et probationes, v. g. iuramentum, accedant, quibus illa praesumptio confirmetur.

E contra in catholicis *indifferentibus* et religiosorum officiorum *negligentibus* validitas matrimonii civilis *praesumenda* et in casu concreto pro ea decernenda est, praesertim si haec praesumptio aliis argumentis et indiciis roboretur.

Neque dici potest, doctrinae, in Germania praesumptionem stare pro invaliditate matrimonii civilis, obstare decisiones Romanarum Congregationum. In casu enim non agitur de praesumptione iuris et de iure, quae quaestionem absolute decernat, sed de mera praesumptione iuris, quae cedere debet veritati. Quod autem praesumptio non semper et ubique stet pro validitate matrimonii civilis, ostendunt monitiones earum-

dem Congregationum ut catholici de ea edoceantur *(S. Off., 2 iulii 1892; S. Fornii., 15 ian. 1866; S. Off. ad episc. St. Gaii., 3 apr. 1878);* hae autem decisiones videntur niti suppositione, quod etiam matrimonium civile, qua tale vel in sese, sit indissolubile, quod ex lege civili in Germania non obtinet.

Aliter res se habet quoad *protestantes* germanicos, qui de natura matrimonii civili deque potestate civili circa matrimonium opinionem essentialiter diversam habent. Etenim fere omnes theologi et iuristae protestantici docent, celebratione matrimonii civilis fieri verum matrimonium, ita ut subsequens celebratio matrimonii ecclesiastica nil aliud sit nisi benedictio ecclesiastica vel caeremonia religiosa, quae ad matrimonium iam existens superaddatur. Köhler, professor theologiae protestanticae in universitate Marburgensi, consentientibus fere omnibus aliis theologis protestanticis, scribit: « Matrimonia vigore legis civilis et in « eius forma contracta vera sunt matrimonia et ut talia habenda, etiamsi « coniunctio ecclesiastica non sequeretur... Hinc actio Ecclesiae in con- « trahendo matrimonio christianorum (protestantium) non ut contractus « ecclesiasticus designanda est; matrimonium iam initum, altera vice « contrahere est impossibile ». Quae doctrina est consequentia ex principiis religiosis Protestantismi, qui, sacramentalitatem atque indissolubilitatem matrimonii negans, societati civili omnem potestatem de matrimonio tamquam de « re mere civili » attribuit. Quare in omni casu praesumi potest vel debet, protestantium matrimonia coram magistratu civili contracta esse valida, nisi aliud impedimentum dirimens*'obstet, idem in genere dicendum est relate ad Germaniam de m atri m onio *mixto* contracto in locis *non tridentinis,* sive Decretum « *Tametsi* » de facto propter omissionem publicationis vim legis non habuerit, sive quoad matrimonia acatholica et mixta per extensionem Declarationis Benedictinae a Sede Apostolica derogatum fuerit. Quia in hisce locis quivis consensus matrimonium efficit, praesumendum est etiam, partem catholicam quae ecclesiasticam celebrationem matrimonii negligat, saltem coram magistratu civili verum matrimonium inire intendisse. Id in posterum eo magis continget quod, post Constitutionem « *Provida* » Pii X diei 18 ianuarii 1906 et iuxta Decretum *«Ne temere* », matrimonia mixta, etsi non coram parocho et duobus testibus contracta, in tota Germania relate ad validitatem aequiparanda sunt matrimoniis mere catholicis in forma ecclesiastica celebratis. Verum si quis affirmat, matrimonium suum civiliter contractum nihilominus esse *invalidum,* haec assertio probari debet.

Ad factum quod attinet, dubium non est, uti iam dictum est, quin Decretum Concilii Tridentini « *Tametsi* » ante Decretum « *Ne temere* » Argentinae nullam vim habuerit, ita ut consensus matrimonialis, sive a catholicis sive a fortiori ab acatholicis, coram magistratu civili editus effecerit matrimonium validum, dummodo adfuerit verus consensus maritalis; quoties vero adfuit intentio contrahendi matrimonium *mere civile,* nunquam contrahi potuit verum matrimonium, quoniam, secundum superius exposita, matrimonium civile iuxta legem civilem in Germania vigentem *in sese* est dissolubile, ergo nullum et irritum. Quocirca in casu unica quaestio est, utrum Rosalia habuerit intentionem contrahendi *verum* matrimonium, an solum matrimonium *civile qua tale.*

Praesumptio stare videtur quidem pro eo, quod Rosalia, negligens ecclesiasticae celebrationis matrimonii, habuerit intentionem coram magistratu civili *verum* matrimonium cum viro acatholico ineundi, sed haec praesumptio destruitur per factum contrarium. Est enim probatum, dictam mulierem non habuisse intentionem contrahendi verum matrimonium per actum illum civilem, sed eam voluisse *postea* celebrare *verum* matrimonium, scilicet iuxta formam ab Ecclesia praescriptam, quia solum matrimonium ecclesiasticum habuit verum matrimonium coram Deo et Ecclesia. Id autem mulier ipsa testata est sub iuramento, eiusque attestatio confirmata est per alia indicia sufficientia.

Mulier enim deponit iterum ac saepius: « Jamais je n'ai regardé « ce mariage civil comme un mariage valide » (Summ. p. 2). « J'ai tou« jours considéré le mariage civil comme un mariage invalide devant « l'Église » (ibid. et n. B interr. 8). Ad interrogationem « N'avez-vous « pas su que le simple mariage civil est aussi un mariage valide devant « l'Église » respondit : « Non, je le regardai seulement comme correct « au point de vue civil » (Summ. n. 8, p. 7).

Rosaliam autem esse personam fide dignam, attestatur eius parochus : « Je crois que la femme Machin-Schmitt soit sincère quand elle « dit qu'elle a considéré son mariage civil comme invalide devant Dieu, « c'est ma convintion intime. La femme a affirmé qu'elle savait qu'elle « n'était pas mariée validement devant Dieu. La femme... est sincère. « Elle vient aux offices, vit chrétiennement, et soupire après la réception « des sacrements. Elle m'a dit en même temps, que son premier mari « lui avait promis qu'il se marierait à l'église catholique, mais qu'il s'y « refusa après le mariage civil; et que de son côté elle refusa de se « marier au temple protestant » (Summ. n. 6).

Praeterea parochus honestatem actricis sub die 22 martii 1909 in scriptis ex officio iterum testatur: « Le soussigné atteste par les pré-

« sentes que la femme Machin est digne de foi»>. Deinde prosequitur: « Pour moi, il est absolument hors de doute,.... la femme Machin était « de tout temps convaincue que la formalité du contract civil n'enga- « geait en rien en conscience et qu'en réalité elle ne pouvait être mariée « qu'à l'église ».

Et revera; mulier Rosalia *vix potuit* habere aliam opinionem seu persuasionem, quia in religiosis instructionibus non aliter est edocta. Nam per octo annos, uti lex civilis in Alsatia pro omnibus pueris et puellis praescribit, frequentavit scholam primariam catholicam, in qua hanc doctrinam accepit, quam postea etiam semper audivit in ecclesia. Eius parochus testatur, eam esse simplicis animi, eamque semper sua officia religiosa implevisse. Quare eius affirmationi, se matrimonium civile non habuisse pro vero matrimonio, fides tribuenda est. Id confirmatur ex intentione mulieris celebrandi matrimonium in forma ecclesiastica, quam intentionem habuit et ante et post initum contractum civilem. Ait enim: « Jamais je n'ai regardé ce mariage civil comme un « mariage valide. Je cherchai donc à amener mon mari à un mariage « religieux à l'église catholique » (Summ. 7).

Ad interrogationem iudicis « Pourquoi avez-vous pourtant vécu « maritalement avec Schmitt, quand vous étiez convaincue que votre « mariage civil n'était pas valide? » respondit: « Je croyais que cela « m'était permis, parce que j'avais T intention de me marier plus tard « à l'église catholique » (Summ. p. 7).

Interrogata « N'avez-vous pas, avant votre mariage civil, parlé à « un prêtre catholique de votre intention d'épouser un protestant », respondet: « Non, je voulais, avant le mariage, aller avec mon mari « chez un prêtre catholique ; mais il ne voulut pas, parce qu'il était protestant » (Summ. 8). De intentione sua contrahendi cum D. Machin matrimonium in forma ecclesiastica mulier, liberam se putans, haec edicit: « Je me suis rendue au presbytère de St-Jean, pour annoncer « à Monsieur le Curé mon mariage qui allait avoir lieu. Monsieur le « Curé n'étant pas là, je fus reçue par deux jeunes vicaires qui com- « mencèrent à fixer par écrit les réponses que je donnais à leurs ques- « tions. Mais, quand ils entendirent que j'étais déjà mariée civilement « avec un autre homme, c.-à-d. avec Léonard Schmitt, ils observèrent que «j'aurais dû déclarer cela tout de suite, et me dirent de revenir quand « Monsieur le Curé serait à la maison. Je revins en effet une seconde « fois, et rencontrai Monsieur le Curé, qui me fit des remontrances à « propos de mon mariage avec Monsieur Schmitt; il me dit, entre « autre, dans le corridor - il ne m'avait pas reçue dans sa chambre -:

« " Pourquoi n'avez-vous pas contracté votre mariage comme il con-
« vient? „.. Après cela je m'en allai » (Summ. n. 15).

Haec omnia, a Rosalia sub iuramento deposita, confirmantur depositionibus aliorum testium, qui a parochis fide digni et dignissimi declarati sunt, uti patet ex actis primae instantiae. Maria Woeftel v. g. testatur, Rosaliam tempore non suspecto, quando sei. cum Leonardo cohabitabat, conscientiae stimulis fuisse exagitatam, quia se in foro Ecclesiae innuptam putaret, eamque pluries, sed frustra, institisse ut Leonardum adduceret ad contrahendum matrimonium coram parocho catholico. Ait enim: «Quand elle revint à la maison, elle me dit qu'elle avait
« été trompée par son mari, parce qu'il se disait là protestant, quand
« auparavant il lui avait toujours dit qu'il était catholique. Tmmédiate-
« ment après elle me dit qu'elle voulait se marier à l'église catholique;
« mais son mari s'y opposa... Elle s'en est plainte souvent et a dit
«qu'elle devait se marier à l'église catholique ... Elle s'est souvent
«plainte auprès de nous que quelque chose n'était pas en règle, et
« qu'un mariage religieux était indispensable... Elle m'a répondu: " Je
« suis catholique et je devrais être mariée à l'église catholique „ » (Summ., n. 5, interr. 5, 8; ex off. post. 9, 10).

Idem testatur Catharina Fischer: « Elle m'a dit qu'elle voulait se
« marier avec Monsieur Machin à l'église » (Summ, n- 19). Et iterum:
« Elle m'a dit qu'elle était de nouveau mariée (cum D. Machin), mais
« pas encore à l'église, et elle ajouta qu'elle croyait n'être pas mariée,
« parce qu'elle n'avait pas encore contracté son mariage à l'église » (Summ., n. 13).

Michael Wœlfel edicit: « Nous l'avions envoyée à la cure de Saint-
« Jean en vue du mariage religieux; elle y a été deux fois » (Summ., n. 16). Idem confirmatur a Rosalia Wœlfel: « Sur mon exhortation, elle
« s'adressa à la cure catholique de St-Jean de Strasbourg, pour régu-
« lariser sa situation. Elle fut grondée par le curé » (Summ., n. 5).

Rosaliam putavisse, se non esse valide nuptam, patet etiam ex testimonio parochi, qui interrogatus « Croyez-vous que la femme
« Machin-Schmitt soit sincère quand elle dit qu'elle a considéré son
« mariage civil comme invalide devant Dieu? » respondit: « Je le crois
« positivement; c'est ma conviction intime ». Iterum interrogatus, quibusnam motivis innixus hanc persuasionem haberet, respondit: « Sur
« le motif, que les gens de la campagne ne considèrent jamais un mariage
«civil comme valide devant l'Eglise » (Summ., p. 17). Ergo in *casu praesumptio* stat pro *invaliditate* matrimonii civilis, confirmata iuramento Rosaliae aliisque gravibus indiciis.

Neque dicatur, Rosaliam esse fide indignara, quia illicite cum viro cohabitaverit, et eius depositiones discrepare a depositionibus matris. Nam per factum cohabitationis cum viro Rosalia, etsi non sit excusanda a culpa, non redditur fide indigna, cum bona fide cum viro cohabitaverit, uti ipsa profitetur: « Je croyais que cela m'était permis, parce que j'avais « l'intention de me marier plus tard à l'église catholique » (Summ., p. 7). Haec autem excusatio admittenda est, cum Rosalia esset indocta, vel, uti eius parochus eam describit « peu douée, mais sincère » (Summ., n. 6). Praeterea eius depositiones cum depositionibus matris facile conciliari possunt, cum habeantur solummodo contradictiones apparentes, uti sententia primae instantiae recte enuntiavit.

Neque dici potest, matrimonium convalidatum fuisse per copulam maritali affectu habitam, uti ipsa Rosalia videtur affirmare dum ait : « Je « croyais que cela m'était permis, etc. ». Nam Rosalia semper persuasum habebat, matrimonium non posse contrahi nisi in forma ecclesiastica; cohabitationem autem cum viro exinde putabat sibi licere, quia, ut ipsa ait, « j'avais l'intention de me marier plus tard à l'église « catholique ». In casu proinde non agitur de copula maritali affectu habita, sed de conscientia erronea, vel de quadam excusatione a muliere in suum favorem allata.

Quibus omnibus sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus respondendum proposito dubio: *Affirmative,* seu: *Constare de matrimonii nullitate in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacro-, rum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trident., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 23 Februarii 1912.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD R. D. CANONICUM TISSIER, VICARIUM GENERALEM, ARCHIPRESBYTERUM CATHEDRALIS ECCLESIAE CARNUTENSIS, OB GRATIARUM ACTIONEM PRO VOLUMINE DE PERFECTIONE MORALI AC RELIGIOSA IUVENTUTIS, SANCTITATI SUAE TAMQUAM FILIALE DEVOTIONIS OBSEQUIUM REVERENTER MISSUM.

Monsieur le VicaireJGénéral,

Le Saint-Père a reçu avec une bienveillance particulière l'hommage filial des ouvrages que vous avez composés pour le perfectionnement religieux et moral de la jeunesse, pour la direction chrétienne des femmes du monde et pour l'encouragement aux œuvres d'apostolat.f

Sa Sainteté vous félicite d'avoir su si bien revêtir des charmesjde l'expression et de la force persuasive de l'éloquence des enseignements si utiles et si nécessaires, soit que vous parliez aux jeunes gens ën éducateur expérimenté, soit que vous vous adressiez aux femmes du monde, soit que vous fassiez appel à toutes les âmes généreuses pour répandre la vérité et faire œuvre d'apostolat.

Puisse votre parole éclairer beaucoup d'intelligences et fortifier beaucoup de volontés.

Le Saint-Père bénit volontiers vos travaux et vous accorde de tout cœur à vous-même la bénédiction apostolique.

Avec mes félicitations personnelles et mes remercîments pour les volumes que vous m'avez offerts, veuillez agréer, Monsieur le "Vicaire Général, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre Seigneur.

Le 30 avril 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

II.

AD RR. DD. CANONICOS DUBARAT ET DARANATZ, QUI, FILIALIS VENERATIONIS ERGO, EXEMPLAR OPERIS AB IISDEM EDITI, QUOD INSCRIBITUR « RECHERCHES SUR LA VILLE ET SUR L'ÉGLISE DE BAYONNE » BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBUERUNT.

Messieurs,

Le Saint-Père a reçu avec une particulière satisfaction des mains de Monseigneur votre Evêque, le splendide volume que vous avez publié et qui a pour titre: « Recherches sur la Ville et sur l'Église de Rayonne ».

Au travail si intéressant, mais jusqu'alors inédit, de votre illustre devancier le Chanoine René Veillet vous avez su donner une valeur beaucoup plus grande par les notes précieuses, abondantes et multipliées qui l'éclairent et le complètent. En même temps vous n'avez rien négligé pour qu'une illustration, aussi parfaite comme exécution que puisée aux sources les plus authentiques, vînt évoquer pour les yeux le spectacle des lieux, des faits et des personnes que vos doctes pages ont pour but de rappeler au souvenir de vos compatriotes.

Vous avez ainsi élevé un monument à la gloire de votre diocèse et donné une fois de plus la preuve que l'Église a toujours été et demeure l'inspiratrice des sentiments les plus nobles et des travaux les plus utiles à la culture de l'esprit et à l'instruction des peuples.

Comme témoignage de sa vive satisfaction, le Saint-Père vous accorde de tout cœur la bénédiction apostolique.

Avec mes remercîments personnels pour l'exemplaire qui m'a été offert en votre nom, je vous prie d'agréer, Messieurs, l'assurance de mes sentiments bien dévoués en Notre Seigneur.

Le 17 mai 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

14 Maggio 1912. — Il Rev. Padre Antonio dell'Assunzione, Ministro generale dei Trinitari scalzi, *Consultore della S. Congregazione dei Religiosi.*

15 Maggio. — L'Emo Sig. Card. Guglielmo van Rossum, *Membro della Commissione cardinalizia per l'Opera della Preservazione della Fgde m Roma.*

22 Maggio. — L'Emo Sig. Card. Diomede Falconio, *Protettore dell' Istituto delle Suore del Terzo Ordine di S. Francesco che hanno la casa madre Jm Gden Middle Pa., archidiocesi di Filadelfia negli Stati Uniti d'America.*

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

3 Maggio 1912. — Mons. Alfonso P. G. Foucault, Vescovo di Saint-Die.

11 Maggio. — Mons. Giovanni Battista Fallize, Vescovo titolare di Elusa e Vicario Apostolico di Norvegia.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

8 Maggio 1912. — Il Rev. Canonico Scipione Bonnefoy, Vicario Generale della Diocesi di Digne.

Prelati domestici di S. S.:

3 Maggio 1912. — Il Rev. Giovanni Matteo Mahony, Vicario^Generale della diocesi di Hamilton.

7 Maggio. — Il Rev. Dott. Giuseppe Wurster, Arcidiacono della Cattedrale di Cinque Chiese (Pécs).

— Il Rev. Giulio Wajdits, Canonico della medesima Cattedrale.

8 Maggio. — Il Rev. Canonico Filippo Choquette, Rettore del Seminario di S. Giacinto.

— Mons. Guglielmo Nolens, della diocesi di Ruremonda, Deputato alla Seconda Camera all'Aia.

14 Maggio. — Il Rev. Canonico Giacomo Paul, della diocesi di Aberdeen.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

8 Maggio **1912.** — Mons. Giovanni Meany, della diocesi di Aberdeen»
14 *Maggio.* — Mons. Giovanni Carrozzo, della diocesi di Chiavari.

Camerieri d'onore di S. S. in abito paonazzo:

8 Maggio **1912.** — Mons. Giorgio Moransch, della diocesi di Pécs.
— Mons. Antonio Kovác, della medesima diocesi.

Cappellani d'onore extra Urbem:

8 Maggio **1912. —** Mons. Stefano Komócsy, della diocesi di Pécs.
— Mons. Geysa Szàbó, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3 *Maggio* **1912.** — Al Sig. Carlo Conrado Shaw, domiciliato a Leamington.
7 *Maggio.* — Al Sig. Raffaele Perez y Samanillo, di Barcellona.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 *Maggio* **1912.** — Al Sig. Alberto Demoor, Presidente dell'Associazione dei giornalisti cattolici del Belgio.
9 *Maggio.* — Al Sig. Pietro Le Marois, Avvocato alla Corte di Cassazione e al Consiglio di Stato a Parigi.
— Al Sig. Uberto Underberg, di Rheinberg, nella diocesi di Münster.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 *Maggio* **1912.** — Al Sig. Carlo Pourtal, della diocesi di Marsiglia,
9 *Maggio.* — Al Sig. Lodovico Giovanni Vos de Wael, Presidente dell'Orfanotrofio Cattolico di Swollis, neh'archidiocesi di Utrecht.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

1 *Maggio* **1912. —** Al Sig. Enrico Gobbe, del Belgio.
— Al Sig. Augusto Désir, del Belgio.
13 *Maggio.* — Al Sig. Carlo Köhler.

NECROLOGIO.

Maggio **1912.** — Mons. Agostino Gockel, Vescovo titolare di Azoto ed Ausiliare di Paderbona.
19 *Maggio.* — Mons. Leonardo Castellanos, Vescovo di Tabasco (Messico).

Annus IV. - Vol. IV- Die 15 iunii 1912; Num. 11.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

SOCIETATES PUERORUM SANCTISSIMI SACRAMENTI QUOD AD AGGREGATIONEM PRIMARIAE DB URBE A CLAUSULA DISTANTIAE DISPENSANTUR.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Maiore Nobis in desiderio nihil est quam ea omnia quantum in Domino possumus procurare, quae ad populi pietatem erga Divini amoris Sacramentum excitandam fovendarrque facere possint. Hoc permoti consilio potissimum fidelium societates in honorem augusti Mysterii institutas peculiaribus gratiis ac privilegiis locupletamus, earumque diffusioni in universum terrarum orbem paterno studio ac vigili diligentia consulimus. Idcirco sodalitatem Puerorum Ssmi Sacramenti in Basilica sanctorum XII Apostolorum hac Alma in Urbe canonice erectam, per similes Litteras Nostras die **i** mensis iunii anno superiore piscatoris annulo obsignatas Primariam declaravimus, eique facultatem addidimus alias eiusdem instituti ac tituli sodalitates sibi aggregandi, servatis tamen forma Constitutionis Clementis Papae VIII r. m. Nostri praedecessoris aliisque apostolicis ordinationibus desuper editis. Verum, cum ex hac conditione per quam cautum est ut inter societates cognomines certa servetur distantia nonnullae in praesens oriantur difficultates, quae uberiori tam frugiferi sodalitii propagationi quodammodo officere videntur; quumque eiusdem Primariae societatis moderator atque officiales Nos enixis precibus flagitent ut piam societatem a memoratae legis servandae obligatione solvamus, Nos, id in eiusdem sodalitii bonum atque incrementum valde cessurum rati, optatis his libenti quidem animo annuendum censemus. Quae cum

ita sint, apostolica Nostra auctoritate, vi praesentium, perpetuumque in modum, super enunciatae Constitutioni decessoris Nostri r. m. Clementis Pp. VIII expresse derogantes;, concedimus ut in posterum societates Puerorum sanctissimi Sacramenti, rite et canonice institui in quibuslibet catholici Orbis paroeciis, ecclesiis, institutis vel piis domibus possint, secundum prudens respectivi loci Ordinarii arbitrium, quin tamen huic institutioni obsit praestitutae distantiae defectus: pariterque largimur ut Primaria consociatio ad sanctorum XII Apostolorum in Urbe erecta sodalitates easdem universas sibi aggregare, cum iisque indulgentias omnes communicare queat quibus ipsa ex apostolicae Sedis concessione polleat, quae tamen cum aliis communicabiles sint. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper extare et manere suosque plenos atque integros effectus sortiri, obtinere, illisque ad quos spectant sive in posterum spectare poterunt plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXVI aprilis MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. ✠ S.

II.

ARCHISODALITATI AB OPERE S. PHILUMENAE PARISIIS AD VALLEM GIRARDI ERECTAE FIT VENIA COGNOMINES OMNES SOCIETATES ERECTAS SIVE ERIGENDAS UBIQUE TERRARUM IN PERPETUUM SIBI AGGREGANDI.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Pias fidelium societates sedulo studio in religionis incrementum adlaborantes singularibus privilegiis locupletare eo consilio solemus ut ipsae propositum sibi finem uberius consequi et potissimum bonorum operum diffusionem procurare satagant. Iamvero refertur illud ad Nos Parisiis ad Vallem Girardi die x mensis februarii anno MDCCCLXXXIV piam utriusque sexus sodalitatem, ab opere S. Philumenae vulgo appellatam, canonice conditam fuisse, cui propositus finis est misericordem Deum per eiusdem S. Philumenae intercessionem exorandi, ut devii a recto tramite opifices ad viam aeternae salutis redeant, filiifamilias christianis praeceptis imbuantur, sacerdotesque Domini administri numero augeantur, ac magis magisque

perfectioni sui status incumbant. Praeterea scimus societatem super enunciatam per similes apostolicas Litteras die XXIV mensis septembris MDCCCLXXXIX piscatoris annulo obsignatas, fuisse Archisodalitatis titulo ac privilegiis ornatam, ita ut ipsa sibi aggregare quiret eiusdem nominis atque instituti societates intra Gallicae ditionis tantum fines erectas quidem canonice sive erigendas, et cum illis privilegia indulgentiasque rite communicare. Verum cum ipsa societas, iuxta constitutiones suas et Indulgentiarum Congregationis die III augusti mensis anno MDCCCLXXXIX declarationem, facultate polleat inscribendi fideles ubique locorum commorantes, quumque propterea plures in praesens eiusdem instituti societates similiter a S. Philumena nuncupatae extra Gallicam ditionem immo etiam in dissitis regionibus erectae reperiantur, quae saepius, ad ipsam Gallicam archisodalitatem se convertentes, eam flagitant aggregationem ac privilegiorum communicationem; ideo nunc, e votis moderatorum huiusmodi societatum enixis precibus rogamur ut ipsi Gallicae archisodalitati veniam tribuamus, omnes cognomines societates, in universo terrarum orbe canonice erectas sive erigendas, sibi rite aggregandi. Nos autem, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi praepositis pro Concilii Tridentini decretis interpretandis, apostolica Nostra auctoritate decernimus libentique animo concedimus, ut Parisiensis archisodalitas utriusque sexus a Pio Opere sanctae Philumenae appellata et canonice ad Vallem Girardi condita, dummodo ne adsit alia similis sodalitas quae eodem privilegio gaudeat, deinceps alias omnes eiusdem nominis atque instituti sodalitates, quae iam per respectivum loci Ordinarium institutae fuerint, ubique terrarum sine limite locorum sibi aggregare, et cum iisdem sodalitatibus indulgentias ac privilegia propria, quae cum aliis communicari queant, canonice etiam communicare licite, servatis servandis, possit ac valeat. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper extare et manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse atque definiendum, irritum que esse et inane si secus super his a quovis, qualibet auctoritate, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die XXI maii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. & S.

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. PAULUM PETRUM XIII TERZIAN, PATRIARCHAM CILICIAE ARMENIORUM, OB INIURIAM ECCLESIAE ET PATRIARCHALIS SEDIS IURIBUS INFLICTAM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Muneris Nostri auctoritatem, in re sane permolesta, sibi in praesens exposcit Armeniorum Ecclesia. Allatum siquidem est, idque aegre admodum tulimus, nonnullos ex ea gente, catholicae professionis prorsus immemores, eo temeritatis et contumaciae in apostolicam hanc Sedem tuamque spiritualem potestatem devenisse, ut te pastorem suum probris contumeliisque afficere, ab exercendo sacro munere prohibere, e sede detuiv bare honoris tui sint ausi. Non eos ab iniuria continuit pietas; non officii conscientia déterrait; non legitimae auctoritatis hortationes, non gravia monita, non intentatae poenae prohibuere. Quin etiam vel discidium inire placuit a Romana Ecclesia, *administrativo,* uti vocant, *consilio,* sine ullo prorsus ecclesiasticae auctoritatis interventu, constituto : illud quoque non dubie ostendentes, velle nimirum patriarchalis Sedis sibi reditus arrogare.

Profecto quo impensius Armenios diligimus, eo dolemus acerbius indigne facta, suscepta nefarie consilia. Et quamquam severitatem in eos adhibere piget quos paterna caritas filiorum loco iubet habere, ad id tamen vel inviti compellimur, cum Nostrum sit maxime advigilare ut episcoporum auctoritati suus ubique sit honos ; ut Ecclesiae iura inviolata consistant ; ut huius unitas ne quid unquam capiat detrimenti.

Quare omnia quae hac turbulenta tempestate contra apostolicae Sedis mandata, sacrorumque canonum sanctiones gesta patratave in Armenia sunt vehementer reprobantes, nullum atque irritum esse edicimus quidquid contra Ecclesiae iura ibidem statutum est: administrativum consilium, quod supra nominavimus, illegitimum omnino ac schismaticum esse denuntiamus: eius membra ceterosque omnes adversus ecclesiasticam auctoritatem rebelles in excommunicationis poenam incidisse solemniter declaramus.

Ad ceteros quod attinet Armeniae catholicos, eos oramus et obsecramus in Domino ut *ne excidant a propria firmitate errore traducti:* errantibus vero fratribus salutarem poenitentiam, maturum ad sanitatem reditum, consociata Nobiscum prece, impetrare a Deo contendant. - Te, denique, venerabilis frater, cuius adeo dolemus vicem ut, quae te pre-

munt curae, curas gravissimas augeant quibus Ipsi undique premimur, ad fortiter patiendum, ad igrioscendum in caritate, ad Deum exorandum verba et exempla erigant Apostoli scribentis *maledicimur et benedicimus ; persecutionem patimur et sustinemus ; blasphemamur et obsecramus;* spes erigat mercedis, quae eos manet qui *cum Christo permanserunt in omnibus tentationibus eius.*

Caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, venerabilis frater, universo tuo clero ac populo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv iunii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

II.

AD R. D. PHILIPPUM FLBCHTER M. A., SODALITATIS MODERATOREM QUAE «OP OUR LADY OP RANSOM » NUNCUPATUR, XXV ANNIVERSARIO ADVENTANTE EX QUO SODALITAS IPSA CONDITA FUIT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Solertiae qua in moderanda ista *of Our Lady of Ransom* sodalitate versans, iampridem, dilecte fili, ad Nos fama manavit. Propositum tamen Nostrum tibi bene locatos labores, uti suadebat caritas, gratulandi ad hanc distulimus diem, ut ab ipsa opportunitate subeuntis vigesimiquinti anniversarii ex quo ad hanc ipsam condendam sodalitatem studia adiecisti, et uberior et gratior accideret paternae significatio voluntatis. Optimam sane, libet profiteri, tibi tuisque colendam elegisti christianae caritatis partem: et ista quae te, quae sodales tuos sollicitat, de iis cura qui a nobis dissident; preces quibus vel deviis maturum reditum, vel periclitantibus in fide constantiam, vel igni piaculari addictis gaudia superum imploratis, cum in vobis intelligens arguunt de *fraternitatis caritate* iudicium, quae illuc promptior accurrit ubi opitulandi necessitas maior, tum Nostrae curae ac cotidianis precibus plane congruunt. Atque utinam communi prece exoratus, communibus Deus annuat votis!

Ad vos quod attinet, pergite hoc tam sanctum, tam frugiferum deprecandi officium diligenter, ut facitis, urgere. Verum sinite ut ad illud vos hortemur quod decessor Noster f. r. Leo XIII, in Epistola apostolica *Amantissimae voluntatis* Angliae catholicos alloquens, commendatissimum esse volebat; nimirum ut ne quid ipsi « de se desiderari ullo modo sinerent quod impetrationis fructum officerei, Nam «praeter virtutes animi, quas ipsa precatio in primis postulat, eam

« comitentur necesse est actiones et exempla christianae professioni « consentanea. Qui sancte colunt ac perficiunt praecepta Christi, eorum « scilicet votis divina liberalitas occurrit, secundum illud promissum: *« Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quodcumque volue- « ritis petetis, et fiet vobis ».*

Divinorum auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, dilecte fili, et omnibus sodalibus tuis, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv aprilis anno MCMXII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. X.

III.

AD R. D. IOSEPHUM FAGNANO, E PIA SOCIETATE S. FRANCISCI SALESII, PRAEFECTUM APOSTOLICUM PATAGONIAE MERIDIONALIS, XXV ANNO RECURRENTE EX QUO PRIMAM AD « PUNTA ARENAS » MISSIONALEM DOMUM IPSE CONDIDIT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quamquam te, dilecte fili, tot iam annos sacras istas Expeditiones regentem, iis abundare gaudiis confidimus quae Dei providentia apostolicos comitantur labores, suadet tamen caritas ut paternae benevolentiae peculiarem tibi tuisque religiosis sodalibus significationem demus. Disiuncti enim sumus longinquitate locorum, at coniunctissimi vobiscum necessitudine caritatis: rerumque vestrarum cursum ita persequimur animo, ut quaecumque vobis accidant tristia laeta, iisdem Nos vel angamur vel laetemur. Ecce autem laetandi in Domino occasionem affert qui ad exitum properat vigesimusquintus annus ex quo primam ad *Punta Arenas* Missionalem domum condidisti. Etenim, cum praeteriti temporis mens repetit memoriam, studiis delectamur vestris, quibus, adiuvante Deo, factum est ut vel istis miserrimis populis lumen affulserit Evangelii in spem beatae immortalitatis atque ad ipsius humanitatis fructum. Vobis igitur parantibus sollemnes, uti par est, divinae benignitati gratias agere libentissime Nosmet iungimur ipsi; consociataque prece hoc a Christo Domino enixe poscimus, ut quos in admirabile lumen suum vocare dignatus est, eos velit benignus perpetuo sibi adiungere, eiusdemque optatissimae sortis compotes facere quotquot istic sunt qui in tenebris adhuc sedent et in umbra mortis.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis amantissimae voluntatis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, iis item qui tecum

laborant in Evangelio, ceterisque omnibus quos Christo peperistis ex animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die nr maii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

DECRETUM

CIRCA IMPEDIMENTUM EX ADULTERIO CUM ATTENTATIONE MATRIMONII PROVENIENS.

Non raro accidit, ut qui ab Apostolica Sede dispensationem super matrimonio rato et non consummato, vel documentum libertatis ob praesumptam mortem coniugis obtinuerunt, ad consulendum suae animae saluti, novum matrimonium in facie Ecclesiae cum iis celebrare velint cum quibus, priore vinculo constante, connubium mere civile, adulterio commisso, contraxerunt.

Porro quum ab impedimento proveniente ex adulterio cum attentatione matrimonii, quod obstat in casu, peti ut plurimum haud soleat dispensatio, Ssmus D. N. Pius Papa X, ne matrimonia periculo nullitatis exponantur, de consulto Emorum Patrum sacrae huius Congregationis de disciplina Sacramentorum, statuit ut in posterum dispensatio a dicto impedimento in casu concessa censeatur per datam a S. Sede sive dispensationem super matrimonio rato et non consummato, sive permissionem transitus ad alias nuptias.

Quoad praeteritum vero eadem Sanctitas Sua matrimonia quae forte ex hoc capite invalide inita fuerint, revalidare et sanare benigne dignata est.

Idque per praesens eiusdem sacrae Congregationis decretum promulgari iussit, quibuslibet in contrarium non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem sacrae Congregationis, die 3 mensis iunii, anno 1912.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

Ph. Giustini, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

LAQUEDONIEN.

IURIS SUFFRAGII.

(per summaria precum).

in statutis quae Capitulum ecclesiae cathedralis Laquedonien. ex mandato Rmi Episcopi anno praeterlapso sibi confecit, haec in cap. XXVI, n. 7 in fine decernuntur: « Etsi canonici pro suis consan- « guiñéis et affinibus suffragium in aliquo actu ad hos pertinenti ferre « valeant ex iure communi et decretis S. C. Concilii, attamen, attentis « specialibus circumstantiis huius loci, canonici non possunt ferre suffra- « gium in consanguineorum aut affinium electione usque ad 2um gradum « inclusive lineae aequalis, quae tangit aut laedere potest interesse com- « munitatis i. e. capituli. Alias, sicuti in materia iurisdictionis, possunt « pro consanguineis et affinibus usque ad 2um aequalem gradum suffragia « ferre ».

Porro cum capitulum ius habeat eligendi oeconomum qui canonicum archipresbyterum, penes quem est actualis cura animarum, adiuvet, et insuper eidem capitulo competat ius eligendi aliquos clericos quibus conferantur quaedam sacra patrimonia a fundatoribus ad hoc relicta, ideo quoad huiusmodi electiones Episcopus haec dubia movet:

1. *An possint canonici suffragia ferre pro consanguineis et affinibus usque ad 2um gradum in electione oeconomi ut supra?*

% An possint canonici ferre suffragia pro consanguineis et affinibus usque ad 2um gradum in electione clerici ad patrimonium sacrum ut supraÌ

3. *An canonici gaudeant iure suffragii pro consanguineis et affinibus usque ad 2um gradum et etiam pro seipsis in electione vicarii capitularis?*

Super his exquisitum est votum Consultoris S. C, quod huic folio adnectitur.

In Congregatione Generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 16 martii 1912, EE. PP. rescribendum censuerunt:

Ad I et II. *Affirmative.*

Ad III. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

I. Grazioli, *Subsecretarius.*

VOTUM CONSULTORIS.

in statutis capituli cathedralis Laquedoniensis ab episcopo die 18 aprilis 1911 approbatis haec leguntur: « Etsi canonici pro suis con-« sanguineis et affinibus suffragium in aliquo actu ad hos pertinenti « ferre valeant ex iure communi et decretis S. C. C, attamen, attentis « specialibus circumstantiis huius loci, canonici non possunt ferre suf-« fragium in consanguineorum aut affinium electione usque ad 2um gra-« dum inclusive lineae aequalis, quae tangit aut laedere potest interesse « communitatis, i. e. capituli. Alias, sicut in materia iurisdictionis, pos-« sunt pro consanguineis et affinibus usque ad 2um aequalem gradum « suffragia ferre » (Statuta, XXVr, n. 7, in fine).

Iamvero, idem capitulum ius habet eligendi tum oeconomum qui adiuvet canonicum archipresbyterum, penes quem est animarum cura actualis (Statuta, XIX), tum etiam aliquos clericos quibus conferantur quaedam patrimonia sacra a fundatoribus ad hoc relicta.

Episcopus igitur proponit tria sequentia dubia, quorum petit solutionem.

DUBIUM I. - *Possuntne Canonici suffragia ferre pro consanguineis et affinibus usque ad 2um gradum in electione oeconomi ut supra?*

1. Praemittenda. - In iure communi exploratum omnino est canonicos posse collegialiter suffragium ferre in electione alicuius « beneficiati vel canonici » ipsis sanguine coniuncti, et ita pluries admisit et resolvit S. C. Concil, (v. g. in Pisana, Electionis, 19 septembris 1818; in Ferentina, Capellaniae, 27 aprilis 1833, ut fuse refert Pallottini in sua *Collectione...* ad verbum *Beneficia,* § XI, n. 1-51). Immo in hac eadem Ferentina, § *Iure,* videtur hoc ius, ut ibidem refert Pallottini, n. 15, etiam ad casum extendi quo propinquis conferatur « sive beneficium, sive *aliud* id genus *munus* », sub qua ultima locutione non absone intelliges munus quoddam ecclesiasticum a munere beneficiati aut canonici diversum, puta vicarii ad tempus seu ad nutum, oeconomi, vicarii capitularis, etc — Admonent tamen doctores huiusmodi ius suffragii posse, non quidem radicitus, sed in parte, auferri seu *limitari* « ex probabili « causa, vel saltem ex suspicione a iure non improbata, si ita ferat in « contrarium legitima consuetudo, ac *multo magis statutum capitulare* » (cf. Pignatelli VI, consult. 53); cui doctrinae favent resolutiones H. S. Congregationis in supradicta Ferentina § *Certum,* et in Civitat. Pieb. Electionis, 30 augusti 1851.

Porro in praesenti casu omnino habemus huiusmodi limitationem per statutum capitulare Laquedon., n. XXVI, 7, quod supra transcripsi-

mus. Standum ergo est huic statuto; et consequenter totum 1um dubium ad hoc restringitur: « Utrum in electione oeconomi in casu, interesse « communitatis tangatur aut laedatur, aut tantummodo agatur de materia « iurisdictionis », in qua utique, iuxta ipsum praesens statutum capitulare, unicuique canonico integrum et licitum sit etiam pro consanguineo quocumque suffragium ferre.

2. Solvitur Dubium. - I. *Quoad interesse communitatis.*

Dico: *a) ex se,* praecise sumpta, electio oeconomi (sit necne consanguineus) ad coadiuvandam animarum curam, nedum fidelium aut canonicorum communitatem laedat, potius utramque iuvat, ut cuique consideranti statim apparet;

b) in concreto tamen probe intelligitur posse dari casus in quibus per accidens et veluti indirecte « attentis specialibus circumstantiis loci » (prout fert supradictum statut, capitul. XXVI) laedatur ***TÒ*** interesse communitatis v. g. si ex tali electione consanguineorum aut affinium in hac signata regione oriri necesse esset grave populi scandalum, gravis partium discordia et odium, imminutio famae aut honoris sacerdotalis, maxima difficultas assignandi sufficientem oeconomo sustentationem, etc...

Porro, saltem quoad assignationem congruae oeconomo sustentationis nulla in casu nostro adest difficultas, siquidem haec sustentatio expresse stabilitur ac praestatur ex ipsis capituli reditibus (cf. statutum capitul. XXV:... libellae 150 pro uno oeconomo curato...); quoad vero caetera inconvenientia alte silet episcopus: ex quo silentio recte praesumuntur « in casu » non adesse.

Unde concludendum quod ex hoc saltem primo capite « ***Tov*** interesse communitatis », non videtur locus esse applicationi statuti capitularis XXVI; et proinde nil obstat quominus canonici Laquedonienses in. hac oeconomi curati electione possint et pro *quibuslibet* suis consanguineis aut affinibus suffragium ferre.

II. *Quoad materiam iurisdictionis.*

Oeconomus curatus (cui nomen et « coadiutor proprie dictus », « vicarius temporaneus »), etsi *ad tempus* tantum deputetur ad coadiuvandum parochum, nihilominus quoad officia et iura in pluribus parocho fere aequiparatur. Unde est quod DD. communiter censent collatam esse ipsi, ex ipso deputationis suae facto, *iurisdictionem* in foro poenitentiali, delegationem ad valide adsistendum matrimoniis, ius supplendi parochum in casu quo iste absens esset... (cf. Bouix, *De Parocho*, Pars III, sect. V, cap. 6). Equidem pro variis locis forsan plus minusve limitatur de facto *usus* istius iurisdictionis ad confessiones virorum et infirmorum audiendas, ad catechizandos pueros, etc. (ut videre

est in statuto XIX capituli Laquedon.); manet tamen ex se officium iurisdictionale; et consequenter ipsa oeconomi electio computanda est inter ea quae spectant ad materiam *iurisdictionis.* Porro in hac dicta *materia iurisdictionis*, tam ius commune (cf. in Ferentina, 27 aprilis 1833, *§ Iure),* quam ius particulare capituli Laquedon. (cf. statutum XXVI iam recitatum), expresse concedit canonicis generalem facultatem suffragium dandi indistincte pro ipsis consanguineis aut affinibus quibuslibet.

Redit ergo eadem ac supra conclusio, nempe possunt canonici Laquedon. in electione oeconomi suffragium ferre pro quolibet suo consanguineo aut affini.

DUBIUM II. - *Possuntne canonici suffragia ferre pro consanguineis et affinibus usque ad 2um gradum in electione clerici ad patrimonium sacrum, ut supra?*

Sacrum patrimonium, in immobilibus bonis generatim constitutum, etsi non sit proprie beneficium, speciem tamen praesefert boni ecclesiastici quod *reductive,* secundum iuris mentem, ad genus beneficii assimilatur, quatenus nempe in variis casibus in iure admissis locum tenere potest beneficii, istique aequiparari, sicuti videre est praecipue in adsignatione tituli S. Ordinationis, quando scilicet ad supplendum totalem aut partialem defectum alius legitimi tituli (puta beneficii), exhibetur titulus sacri patrimonii, circa cuius tum constitutionem quum suificientiam easdem fere cautiones, ut norunt omnes, exigit S. Mater Ecclesia, ac si ageretur de beneficio proprie dicto.[1]

Quae quum ita sint, deficientibus aliis regulis, hic in casu nostro videntur simpliciter applicanda principia illa quae iam tradidimus in « praemittendis » ad solutionem Dubii I ubi agebatur de electione « ad beneficium aut *aliud id genus* munus » ; et proinde dicendum quod canonici, sicut possunt eligere consanguineos ad beneficium, ita et ad sacrum patrimonium.

DUBIUM III. - *Gaudentne canonici iure suffragii pro consanguineis et affinibus usque ad 2um gradum, - et etiam pro seipsis - in electione vicarii capitularis?*

NB. - Duas partes habet istud dubium: .1. an possint in electione vicarii capitularis suffragium ferre pro iisdem ac supra consanguineis et affinibus ? - 2. An et pro seipsis ?

[1] **Cf. Concil. Trident., sess. XXI, *De reform.*, cap. 2, et varias declarationes quas ex S. Cong. Conc. decretis refert Richter super eodem capite, praesertim Declarat, n. 6, 18 et 30. - Cf. et Pallottini « Patrimonium », n. 43, 44.**

I. pars dubii solvitur, scilicet: *An possint in electione vicarii capitularis suffragium ferre, pro consanguineis et affinibus usque ad secundum gradum?*

Respondeo statim affirmative. - Etenim :

1. *In iure communi* nulla invenitur expressa dispositio in contrarium; porro in confesso apud omnes est quod, ubi agitur de inducenda contra aliquem privatione proprii iuris, quae certe est semper odiosa, huiusmodi dispositio semper debet expresse praecaveri et afferri; privationes enim, sicut et prohibitiones et caetera odiosa, semper sunt ex se restringenda; et, deficiente explicita legis dispositione, numquam potest satis esse quaedam privati doctoris interpretatio aut argumentum *a simili* vel *a fortiori* deductum. - Immo, non solum ius commune non contradicit, sed potius dicendum cum variis doctoribus quod « in iis quae « publici iuris sunt (qualis est certe electio ad officium vicarii capitularis) « praesumitur unusquisque magis ob bonum publicum moveri, quam « ex alia causa particularis affectionis », ac pro tanto « suffragium dare « quasi canonicus, non autem quasi domestica persona » (cf. Pallottini, ad *Beneficium*, § XI, n. 16).

Ex hoc ergo primo capite iam apparet legitimitas suffragii pro consanguineis aut affinibus in electione vicarii capitularis. • .

NB. - Forsan moveri posset quaedam difficultas ex hoc quod vicarius capitularis sit « Iudex » ; et Innocentius III in causa alicuius canonici Genuensis omnes canonicos Genuenses ab officio « iudicis » exclusos voluit « quia erunt unius litigantis *Socii* et proinde alteri litiganti merito suspecti » (cf. in Cap. *Cum canonici*, 35. De offic, et potest, iudicis delegati); unde videretur dicendum quod si *socii* ipsi ab officio « iudicis » sint arcendi, a fortiori et consanguinei; ac proinde in vicarium capitularem, qui est « iudex », non posse consanguineos ferre suffragium. - Sed haec facile solvuntur:

a) quia in odiosis leges, ut diximus, stricte interpretandae sunt, non autem extendendae ex privato arbitrio ad casus non idénticos;

b) in casu ab Innocentio III resoluto, agebatur tantum de quadam « lite » componenda et quidem mere particulari et momentanea inter duos electos, et de quodam arbitro ad hanc solam solvendam delegando ; in electione autem vicarii capitularis non agitur de lite, nec de interesse particulari aliquorum, sed de munere publico, et quidem ad universam dioeceseos administrationem tum temporalem quum maxime spiritualem spectante ; abest ergo paritas casuum ;

c) demum, canonici Genuenses in casu nullum per se ius habebant nec ad iudicandum nec ad iudicem eligendum, et ideo sine ipsorum

iniuria poterat alius delegari, ipsis neglectis; canonici autem Laquedon., ut fert communis doctrina, per se ius habent (quod est « fructus canoniae ») ad ferenda suffragia in omnibus actibus capitularibus quae collegialiter fiunt (quos inter certo computanda est electio vicarii capitularis); nec hoc iure possunt odiose privari nisi per expressam legis dispositionem: quae tamen in praesenti materia omnino desideratur et deficit.

Manet ergo firma conclusio supra inducta et proposita.

2. *In iure autem particulari* capituli Laquedon. (Statut. XXVI) expresse declaratur «posse canonicos *in materia iurisdictionis* pro con-« sanguineis aut affinibus usque ad 2um gradum suffragia ferre », i. e. ut clarius loquamur attento toto contextu, in materia iurisdictionis non attenditur ad consanguinitatem nec ad affinitatem. - Porro electio vicarii capitularis ex se maxime refertur ad materiam iurisdictionis, ut norunt omnes ex Concil. Trident, sess. XXIV, *de reform.,* cap. XVI, et rursus clarissime ex Constitut. « *Romanus Pontifex* » Pii IX, die 28 aug. 1873 in qua legimus: « ... Declaramus et decernimus *totam ordinariam epi-« scopi iurisdictionem,* quae vacua sede episcopali in capitulum venerat, *« omnino transire,* nec ullam huius iurisdictionis partem posse capitulum sibi reservare, etc.... ».

Liquet ergo posse praelaudatos canonicos pro quolibet etiam consanguineo aut affini in electione vicarii capitularis suffragium dare.

II. pars tertii dubii solvitur; scilicet: *Utrum et pro seipsis in electione vicarii capitularis canonici possint suffragium ferre?*

1. Praenota. - Proposita quaestio non iam amplius restringitur ad limites alicuius casus dubii quod ad solos canonicos Laquedon. attinet,... sed fines ipsius iuris universi ingreditur; - quaestio hucusque vexatissima inter doctores, non solum quia ex se sat implexa, sed et quia nunquam adhuc, sive in iure, sive in iurisprudentia, posita sunt in tuto et formiter declarata ipsa principia *specificativa* talis electionis ex quibus facile solverentur dubia circa talem electionem forte proposita: et hoc quidem ex inferius dicendis plenissime patebit.

Ad huiusmodi quaestionem solvendam, seu melius ad omnia argumenta variorum DD. reassumenda, fusiori opus esset disceptatione, quae quidem a limitibus « brevis voti » a nobis requisiti exorbitaret, et insuper, si verum confiteri liceat, partim inutilis evaderet, nam fere nil novi adderetur ad ea quae iam docte, saltem quoad principia solutionis, elucubrata sunt praecipue in Veliterna, Electionis die 18 aprilis 1885 (cf. *Acta S. Sedis,* XVIII, p. 97-114), et aliis in causis similibus Nihilominus pro « brevi voto » animadversiones quasdam veluti in qua-

dam circumscripta tabella dilucide pro viribus hic subiungemus, non tantum ne laborem récusasse aut elusisse videamur, sed potius ut appareat quibusnam validis fulciatur rationibus votum quod humiliter, ut par est, Emorum Patrum Cardinalium iudicio sub fine istius elucubratiunculae subiiciemus, nempe de iure per « decretum » definiendo.

% Exponuntur rationes ad varia iura exactae.

A) Ex iure naturali. - Hoc unum notatum velim: posita quaestione sub his generalioribus verbis « utrum in electione ad *quodlibet* munus « publicum aliquis, qui probe scit se esse *dignum* et officio *omnino parem* « (puta ex *usu,* laudabiliter forte iterato, istius officii et muneris, et ex » virorum proborum *maturo consilio),* possit pro se suffragium ferre sal- « tem in scrutinio per publica vota », solutio non est adeo facilis; nec de facili te expedires a difficultatibus sive affirmativam, sive negativam opinionem amplectaris! Nam, ex. gr. certum est quod ille qui munus publicum desiderat (cui se parem novit), bonum desiderat; si autem bonum legitimumque sit desiderium (utique efficax, non tantum platonicum), cur et quomodo malum et illegitimum esset, ad hoc exsequendum adhibere medium quoddam ex se non inhonestum, puta proprium suffragium suffragiis ceterorum unitum? Dico « ex se non inhonestum »; et revera si conscius sim, me non egoistica ambitione sed boni operis tantum desiderio trahi, et suffragium meum (ut supponitur) veris rationibus illuminari, cur suffragium *meum* non gauderet eadem honestate ac suffragium ceterorum? Numquid, quia *meum,* ideo ex se deflectat et cesset a rectitudine, et veluti fatali necessitate morali vitietur? - Fateor quidem, attenta innata hominis « ad malum ab adolescentia sua proclivitate », et bonorum et humilium praxi, usum proprii suffragii in casu laborare praesumptione periculi, et ideo, ut plures dicunt, « sapere amotionem »; vigilanti verbo usi sunt, « sapere »; unde, aio ego, remota ambitione, ut supra, quid remanet mali « saporis? ».

Quae omnia dixi ut videas cur, praescindendo a positivo iure, ex se non liqueat, saltem positis cautionibus necessariis, illegitimum esse pro seipso suffragium dare in electione ad munera publica in genere. Porro munus vicarii capitularis est munus quoddam publicum in hac determinata societate, nempe in ecclesiastica.

B) Ex iure positivo communi. - Nihil ibi statuitur:

a) nec in Concil. Trident, quod in sess. XXIV, *De reform.,* cap. 16, ne unum quidem verbum facit de forma electionis istius « officialis seu vicarii », immo nec de « electione » eius loquitur, sed tantum de « constitutione, deputatione »: ex quo quamplures DD. arguunt (quos inter De Luca, in *Adnot. ad Conc. Trid.,* disc. 31, num. 24; Pitonius, Discept.

eccles., 156, vol. 8, num. 4 ; Leurenius, etc....) electionem vicarii capitularis non esse vere electionem, sed meram « deputationem sinentem in mandatum » ; „

b) nec in Corpore Iuris, in quo tum caput « Quia propter », 42 *de electione,* tum caput « Cumana » spectant, teste Card. De Luca, ad electionem Pastoris proprie dicti praeficiendi ecclesiae viduatae, non vero ad meram deputationem alicuius « officialis » aut « vicarii »; et ideo non censentur teneri capitulares in casu ad formam istorum capitum (De Luca, disc. 26, *De canonicis),* sed possunt uti forma cap. « Cum in iure » 33.[1]

G) Ex iure particulari statutorum capitularium. - Defectum iuris communis supplere conata sunt capitula utique quamplurima, non tamen omnia. Haec ultima voluntati suae practicam electionis formam determinandam pro variis casibus reliquerunt. Priora vero illa hanc, saltem quoad praecipuas partes, datis articulis determinaverunt; sed, oh ! varietatem mirare ! hic fit electio « per suffragia vivae vocis aperte notificando sensum suum »; ibi per vota secreta (et ita fit in capitulo Laquedon. stat. XXI, n. 3); alibi per scrutinium non quidem solemne, sed fere tale; alibi per « ballottationes » (Scarfantonius, *ad Geccop.,* lib. IV, tit. 6, n. 15, 16), Nunc sufficit excessus unius medii voti (v. g. 4 de septem) ad maioritatem requisitam constituendam; nunc exigitur excessus unius voti (v. g. 5 de octo). Et heu ! quasi non satis esset ista varietas, audi eumdem Scarfantonium (loco citato) perbelle declarantem quod « licet praefatae electiones a statutis recte praecipiantur fieri *secretis* « suffragiis; nil secus, si de communi omnium canonicorum consensu « praestentur *palam* viva voce, *non idcirco redduntur nullae* .... Ratio, « quia non fit *contra* ius commune ... Quinimo sustinentur, quamvis statutum loquatur eas nullatenus fieri nisi per vota secreta: multa certe «fieri prohibentur, quae facta tenent ; secus dicendum, quando adesset «clausula irritans, et statutum esset a Papa confirmatum». - Quae si vera sint, ad quid, quaeso, tot circa hanc electionem statuta capitularia? Noli ergo mirari si plures DD. (cf. Santi-Leitner, 1904, I, p. 246) adhuc hodie breviter concludunt satis esse in electione vicarii capitularis si serventur tantum conditiones quae de more in expeditione negotiorum capituli requiruntur et sufficiunt, nempe ut electio fiat capitulariter in

[1] **In quo cavetur quod « vox electi ipsius quandoque auget numerum eligentium », maxime attenta decisione 114 Rotae coram Clemente XIII, quae extendit hoc caput ad electionem *«palam et per publica vota* » factam « non tamen si sit per scrutinium secretum ».**

congregatione legitima omnium vocalium qui debent aut possunt adesse, et maior pars suffragium ferat in unum; et nil amplius.

D) Ex iurisprudentia H. S. Congregationis Concilii. - Hucusque, quod sciam ego, numquam voluit H. S. Congreg, quaestionem iuris (« questione di massima ») solvere, sed tantum providere in casibus particularibus, ut patet per responsum datum 2 martii 1880: «An « in electione vicarii capitularis canonicus licite et valide possit sibi « dare votum suumy cum alias maiorem votorum numerum obtinere « non valeat? » - S. Congregatio Concilii, re mature ponderata, sub die 20 martii 1880 respondendum censuit: « Providendum in casibus particularibus ».

Liceat ergo breviter hic ex ordine temporum quasdam H. S. Congregationis resolutiones in casibus particularibus sub oculis ponere, ut quisque melius perpendat consequentias inde deducendis.

a) Anno 1649, in *Matheranen., Electionis vic. capit.* - Inutiliter facto primo secreto scrutinio, ventum est ad secundum, praevia tamen declaratione ut cuilibet licitum esset cum proprio voto sibi ipsi adhaerere. Porro in 2° scrutinio, electus est B. Marra in vicarium, utpote habens vota 17 de 32, *computato* proprio. Decanus et alii recursum habuerunt ad S. C. Conc., *quae tamen, auditis partibus, pro electo* respondit. - Agnovit ergo S. C. Conc. non illegitimum esse convertere, *saltem conventione facta* ut supra inter electores, *proprium* votum in sui favorem, etiam in scrutinio *secreto.*

b) 17 iulii 1655, in *Sulmonen.,* et 11 maii 1669, *in Assisien.,* in eadem electione, alias ac scrutinium secretum formas electionis legitime servatas admisit S. C. Conc.

c) 12 martii 1662, *pro provincia Armacana in Hibernia.* - Capitulum non nisi uno superstite canonico constabat; S. Congr. Concilii agnovit ius ipsi esse eligendi vicarium capitulare « dummodo non eligat seipsum ».

d) 23 novembris 1697, in *Milevitan.,* ad evitanda iurgia et contentiones quae nasci solebant in resolutionibus capitularibus per *publica* vota habitis (et certe electio vicarii maxime est inter resolutiones huiusmodi recensenda), S. C. C. « censuit *expedire* quod praefatae capitulares resolutiones fiant per vota *secreta* ». Adverte : « censuit *expedire* » non vero definivit et *iussit,* ut male interpretatus est Ursaya, Disc. 8, tom. 2, part. 2.

e) 17 decembris 1712, in *Alexanen.* - Electus fuerat in vicarium capitularem per 7 vota data *aperte et in publico (iuxta consuetudinem ter saecularem)* contra 4, canonicus Ottatus. Porro proposito dubio: «An

electio ista facta a capitulo in personam Ottati sustineatur in casu? », S. C. Conc. respondit: « Negative ». - Et miratus est Pitonius discept. 156, vol. 8,... et nos cum illo; nam imposito tunc voto *secreto,* et stante aliunde DD. communi opinione quae tenet neminem posse in scrutiniis *secretis* sibimet suffragium ferre, indirecte saltem sequebatur neminem posse se eligere in vicarium: quae conclusio haud facile cum resolutione « in Matheranen. » suprarelata conciliatur.

f) 21 novembris 1722, in *Turritana.* - Habito sed inutiliter I° scrutinio per vota *secreta* et secundo per vota *publica,* tandem in 3ª sessione electus est in vicarium capitularem decanus capituli per 9 vota *publica,* computato tamen proprio (quod dedit *mere adhaerendo* aliorum suffragiis) contra 7. - Recursus factus est ad suffraganeum antiquiorem, tum quia electio facta erat per publica suffragia, tum quia electus iunior et illiteratus erat, et insuper a defuncto archiepiscopo, uti reus, ex informata conscientia suspensus a divinis (et causa adhuc in S. C. Conc. pendebat). - Suffraganeus declaravit electionem nullam; facta autem appellatione a decano ad iudicem delegatum apostolicum in regno Sardiniae, iste cassavit sententiam suffraganei, et iussit ut capitulum Turritan. intra octo dies novam electionem vicarii capitularis per vota *secreta* haberet: qua facta, iterum electus est decanus. - Quibus omnibus S. G. C. relatis, quaesitum est:

1. « An prima electio decani sustineatur? . . . et quatenus negative;
2. « An secunda **electio** facta vigore sententiae iudicis regni Sardiniae fuerit valida vel potius nulla in casu? ».

Et S. G. C. respondit: ad 1 Negative; ad 2. Affirmative et amplius.

Ex responsione ad 1. videtur ergo dicendum quod *tunc temporis* S. G. G., quidquid in contrarium sentirent varii DD., non admittebat in electionibus etiam per vota *publica* ius computandi proprium votum ad maioritatem efformandam, nec caput « Cum in iure » 33, *De elect.,* ad similes casus posse extendi: quae quomodo concilientur cum decisione Rotae circa extensionem huius capitis (cf. supra in calce pag. 411), non apparet.

g) 19 maii 1877, in *ladren.* - In comitiis capitularibus, quando quis proponebatur ab episcopo ad aliquod officium puta *iudicis* et examinatoris synodalis, *constans praxis* (silentibus omnino de hoc iuris puncto constitutionibus capituli) hoc ferebat ut ille posset etiam pro seipso suffragium ferre; et inter caeteras ex iure vel ex doctrina DD. desumptas rationes, haec etiam proferebatur, nempe quod nec in casu agebatur de praeiudicio alicui *tertio* inferendo, nec de privato interesse, sed mere de gratuito munere quod bonum ecclesiae solum importabat;

et insuper hoc ferebat consuetudo, quae ceterum nulli expresso iuri adversabatur, ideoque retineri poterat. - Re delata ad S. C. C. sub hoc dubio: «An in comitiis capitularibus ius suffragandi habeat canonicus « qui ab archiepiscopo proponitur ad officium iudicis et examinatoris « synodalis *in casu,* (id est pro seipso?) »; S. G. G., causa discussa, respondit: *Negative;* sicque tollens et ius suffragii in casu, et *ipsam consuetudinem.* - Perpende responsionis momentum, et statim videbis quod, si loco iudicis sinodalis poneres vicarium capitularem, eaedem rationes possent afferri pro cohonestanda facultate proprium votum sibi tribuendi, et tamen eodem modo a S. G. G. non attenderentur.

h) 20 martii 1880. - Videretur quod post varias supra relatas S. G. Concilii resolutiones, quae generatim innuunt hanc sacram Congregationem non admisisse ius canonicorum ad suffragandum pro seipsis, tandem aliquando, si quaestio generalis doctrinae canonicae circa hoc iuris punctum proponeretur, mature pro semper posset resolvi et quidem insistendo pro solita « negativa ». Et revera die 20 martii 1880 clare proposita est a quodam praesule Galliarum hoc dubio : « An in electione vicarii capi- « tularis canonicus *licite et valide* possit sibi dare votum suum cum alias « maiorem votorum numerum obtinere non valeat? » Nil respondit S. C. Concilii nisi: « Providendum in casibus particularibus ». Sicque quaestio iuris remansit non solutam.

i) 18 aprilis 1885, in *Veliterna.* - In comitiis Veliternis, iuxta statuta capituli, electiones maioris momenti fieri debent « per suffragia occulte delata ». - Porro, in electione vicarii capitularis, duo canonici tulerunt 5 vota de undecim. Unus vero, ducens inutile futurum esse secundum scrutinium secretum, quod tamen in casu paritatis votorum praescribitur in statutis capituli (quae sic habent: « Si vota sint paria, denuo fiat « scrutinium »), declaravit accedere ad seipsum iuxta cap. « Cum in iure » 33 *de elect.,* et convertit votum suum in seipsum ad maioritatem efformandam. - Proposito autem huic S. Congregationi dubio « An valida « sit electio vicarii capitularis.... peracta per *secreta* suffragia, in qua ob « paritatem votorum favore duorum, alter ex his, ad maioritatem sibi « adscribendam, proprium suffragium quod iam favore alterius ediderat, « convertere in seipsum declaret in casu ? », S. C. Concilii respondit : « Negative ». - Adverte hanc S. Congregationem non solvisse quaestionem *generalem* prout proponitur in dubio III episcopi Laquedoniensis, sed *casum* specialem, et, ni fallor (quidquid docte disserat pro aut contra corapilator disceptationis in *Acta S. Sedis,* vol. XVIII, p. 113 et 114 in nota) non clare voluisse dirimere controversiam de hoc ipso *casu* inter doctores adhuc non extinctam; nam non improbabiliter quis diceret

plene et adaequate iam iustificari negativam S. Congregationis responsionem ex hoc solo quod violata fuissent statuta capitularia Veliterna, quae in casu praescribebant novum scrutinium secretum. Neglecto hoc secundo scrutinio secreto et trangressis statutis, rectissime haec S. C. Concilii deducebat et respondebat quod in *casu* (post primum scrutinium) non poterat convertere oretenus in seipsum proprium suffragium.

j) 8 maii 1886, in *Tamovien.* - In capitulo 4 tantum erant canonici. Electuri vicarium capitularem statuerunt neminem posse sibi votum dare, *sub poena nullitatis electionis.* Porro in scrutinio secreto unus 2 vota de quatuor tulit, declaravit se *consentire* illis duobus, et se habuit ut electum, iuxta mentem capitis « Cum in iure » 33 *de elect.* **-r** Delato ad S. C. C. dubio « An deputatio canonici W. in vicarium capitularem « sustineatur in *casu* », respondit: « Negative », hac, ut reor, de causa, quia non fuerat electus maioritate votorum, siquidem electio non facta fuerat « per compromissum » sed per scrutinium, et consequenter non poterat, sicut in compromisso, vox eius aut consensus in electionem augere numerum eligentium: a *duobus* ergo solis electus fuerat, unde erat nulla et invalida electio: quae quidem S. Congregationis resolutio optime quadrat et respondet decisioni 114 Rotae supra relatae pag. 411. Ex hac insuper resolutione deducere iuvat quod *merus consensus* electioni factae non reputetur « suffragio » proprie dicto aequivalere; nam non *tres* vere « elegerunt » sed duo tantum, tertio solummodo posterius *consensum* praestante.

Conclusio. - Ex illis omnibus resolutionibus S. C. Congregationis breviter recollectis pronum est observare quod, quamvis hucusque S. C. Concilii non definitive totum ius circa praesentem quaestionem plene stabilierit, manifeste tamen apparet quod, post aliquas forsan in saeculis elapsis fluctuationes, eius saltem mens in dies constantius tendit ad denegandum canonicis ius sibi ipsis proprium votum dandi in quolibet « scrutinio » per suffragia proprie dicta secreta aut publica, et etiam ius ponendi, in paritate votorum, consensum aut acceptationem (extra utique casum compromissi proprie dicti, de quo in capite « Cum in iure » 33 *de elect.),* quae « suffragio » proprie dicto aequiparantur quoad effectum ipsius electionis.

E) Ex DD. sententia. - A colligenda doctorum doctrina (etiam breviter) abstinemus. Nam utique in quibusnam omnes vel fere omnes concordant, nempe quod *a)* in scrutinio solemni secreto nemo nec ante nec post scrutinii evulgationem sibi suum votum dare valet, ne per modum consensus quidem; *b)* in compromisso vero, potest convertere

in seipsum proprium suffragium ad perficiendam electionem augendo numerum eligentium.

Sed quoad caeteros casus et quaestiones (puta: an electio vicarii capitularis habenda sit ut vera electio, vel mera « deputatio » quae non indigeat rigorosa forma iuris ? - An et quatenus huiusmodi « electioni vel deputationi » applicanda sit littera aut mens celeberrimorum capitum « Quia propter, 42; Cum in iure, 33, etc. »? - Quid in casu scrutinii non solemnis tum per vota secreta, tum per publica, aut in alia forma electionis *mixta?* etc..) incipiunt, etiam inter DD. non exiguae auctoritatis, multae ac mirae opinionum dissensiones, de quibus non miramur nos, nam quisque eorum, deficiente circa hanc praecisam materiam expresso iure, ad hoc redactus est ut supradicta Corporis Iuris capita aut *particulares* S. C C. responsiones, meliori quo videbatur modo pro tempore aut aetate sua, pro ingenio aut scientia, interpretaretur, et exinde conclusiones nonnunquam contradictorias deduxerit, expresserit, extorserit, ut apparet vel ex solis disceptationibus relatis apud « Acta S. Sedis » quae praemittuntur solutioni diversorum casuum supra recollectorum.

3. *Votum* quod humiliter circa hoc III dubium Laquedonien. S. C. Congregationi subiicimus. - Omnibus perpensis pro modulo nostro, hoc nobis, salvo meliori iudicio, videtur dicendum: Occurrente propitia codificationis Iuris occasione; ad incrementum Iuris in Ecclesia Christi; ad fugandam ambitionis pestem Ecclesiae tam invisam, et etiam eiusdem periculum praesumptum; ad procurandam sufficientem disciplinae et iuris unitatem in statutis capitularibus, et proinde ad praecavendas tot discordias, lites etc. in ipsis dioecesibus sede vacante, maxime si sedes diu vacatura foret, et consequenter tot causas et recursus plus minusve molestos apud hanc S. Congregationem ; necnon demum ad definitive condendam huius S. Congregationis in hac materia iurisprudentiam, dignetur sacra Concilii Congregatio « Decretum » edere quo definiatur:

« a) nec licite nec valide posse unquam canonicos in qualibet « " electionis aut deputationis „ vicarii capitularis forma (excepto com- « promisso, ad formam cap. " Cum in iure „ 33) votum suum sibi dare « aut in se convertere ;

« b) " electionem eius seu deputationem „ fieri debere per unam ex « tribus formis in cap. Quia propter, 42, positis ;

« c) ad affectum electionis aut deputationis requiri et sufficere maio- « ritatem etiam unius medii voti ».

Quae omnia, etc.

S. CONGREGATIO RITUUM

L

INSTRUCTIO

SUPER PRIVILEGIIS QUAE IN TRIDUO VEL OCTIDUO SOLEMNITER CELEBRANDO INTRA ANNUM A BEATIFICATIONE VEL CANONIZATIONE PER RESCRIPTUM SACRAE IPSIUS CONGREGATIONIS A SUMMO PONTIFICE CONCEDI SOLENT.

I. In solemniis, sive triduanis sive octiduanis quae in honore afìcuius Sancti vel Beati celebrari permittuntur, Missae omnes de ipsa festivitate ob peculiarem celebritatem dicantur cum *Gloria* et *Credo,* et cum Evangelio S. Ioannis in fine, nisi legendum fuerit ultimum Evangelium Dominicae aut feriae, aut vigiliae, quoties de his facta fuerit commemoratio.

II. Missa solemnis seu cantata, ubi altera Missa saltem lecta de Officio currenti celebretur, dicatur cum unica Oratione; secus fiant illae tantummodo eommemorationes quae in duplicibus primae classis permittuntur. Missae vero lectae dicantur cum omnibus commemorationibus occurrentibus, sed orationibus de tempore et collectis exclusis. Quoad Praefationem serventur Rubricae ac Decreta.

III. Missam cantatam impediunt tantum Duplicia primae classis, eiusdemque classis Dominicae, nec non feriae, vigiliae et octavae privilegiatae quae praefata duplicia excludunt. Missas vero lectas impediunt etiam Duplicia secundae classis, et eiusdem classis Dominicae, et feriae, vigiliae atque octavae quae eiusmodi Duplicia primae et secundae classis item excludunt. In his autem casibus impedimenti, Missae dicendae sunt de occurrente Festo vel Dominica, aliisve diebus ut supra privilegiatis, prouti ritus diei postulat, cum commemoratione de Sancto vel Beato et quidem sub unica conclusione cum Oratione diei in duplicibus primae et secundae classis; aliis autem diebus commemoratio de Sancto vel Beato fiat sub distincta conclusione post orationem diei.

IV. In Ecclesiis ubi adest onus celebrandi Missam conventualem, vel parochialem cum applicatione pro populo, eiusmodi Missa de occurrente Officio nunquam omittenda erit.

V. Si Pontificala Missarum de Festivitate ad thronum fiant, haud Tertia canenda erit, episcopo paramenta, súmente, sed Hora Nona: quae

tamen Hora de ipso Sancto vel Beato semper erit; substitui nihilominus eidem Horae de die pro satisfactione non poterit.

VI. Quamvis Missae omnes vel privatae tantum impediri possint, semper nihilominus secundas Vesperas de ipsa Festivitate solemniores facere licebit absque ulla commemoratione; quae Vesperae tamen de Festivitate pro satisfactione inservire non poterunt.

VII. Aliae functiones ecclesiasticae praeter recensitas, de Ordinarii consensu, semper habere locum poterunt, uti Homilia inter Missarum solemnia, vel vespere Oratio panegyrica, analogae in honorem Sancti vel Beati fundendae preces, et maxime solemnis cum Venerabili Benedictio. Postremo vero Tridui vel Octidui die Hymnus *Te Deum* cum versiculis *Benedicamus Patrem, Benedictus es, Domine exaudi, Dominus vobiscum* et oratione *Deus cuius misericordiae* cum sua conclusione nunquam omittetur ante *Tantum ergo* et orationem de Ssmo Sacramento.

VIII. Ad venerationem autem et pietatem in novensiles Sanctos vel Beatos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus qui vere poenitentes, confessi ac Sacra Synaxi refecti, ecclesias vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana solemnia peragentur, visitaverint, ibique iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, indulgentiam plenariam in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis benigne concedit: iis vero qui corde saltem contrito, durante tempore enunciato, ipsas ecclesias vel oratoria publica inviserint, atque in eis uti supra oraverint, indulgentiam partialem centum dierum semel unoquoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in purgatorio existentibus, indulget.

Die ***n*** maii 1912.

Fr. S. Card. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep, Charystien, *Secret.*

IL

SOCIETATIS MISSIONARIORUM SACRATISSIMI CORDIS IESU.

DUBIA.

Hodiernus redactor calendarii Societatis Missionariorum sacratissimi Cordis Iesu de consensu sui Rmi Procuratoris generalis, a sacra Rituum Congregatione humillime petiit solutionem insequentium dubiorum, nimirum:

I. Lectiones II Nocturni in festo S. Agnetis V. M. suntne historicae, ita ut legi possint et debeant tanquam IX lectio si idem festum ob occurrentiam festi superioris ritus vel dignitatis simplificetur?

II. In Completorio post II Vesperas Dominicae Palmarum debentne •dici preces, quando in Vesperis facta sit commemoratio duplicis die sequenti occurrentis, proindeque simplificari?

III. In locis in quibus festum Beati Gasparis dei Bufalo, Confessoris, recolitur sub ritu duplici maiori vel minori, dicendaene sunt lectiones I Nocturni propriae, an potius de Scriptura occurrente?

IV. I° Antiphonae et psalmi ad Matutinum Commemorationis omnium Ss. Romanorum Pontificum, e communi Apostolorum desumpta, itane censenda sunt propria ut recitari debeant etiam si eiusmodi festum celebretur sub ritu duplici maiori vel minori; an potius, utpote de communi desumpta, cedere debent antiphonis et psalmis de feria?

2° Idemque estne dicendum de responsoriis I Nocturni, ita ut, omissis lectionibus de Scriptura occurrente, recitandae sint lectiones « Laudemus viros » de communi?

V. Infra octavam Commemorationis solemnis sanctissimi Corporis D. N. I. C, si fiat commemoratio duplicis simplificati, debentne adiungi tertia oratio, an potius omitti?

VI. T In Missis de vigilia vel de feria propriam Praefationem non habente, dicendane est Praefatio propria festi vel octavae cuius factum sit officium?

2° Itemque in eisdem Missis dicendumne est *Credo* ratione festi vel octavae symbolum habentis?

VII. In Missis pro Sponsis, sicut in aliis Missis votivis ex privilegio celebratis, in duplicibus adiungendane est tertia oratio?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, re sedulo perpensa, ita rescribendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. Serventur propriae, si fuerint concessae, iuxta novas Rubricas, tit. I, n. 4.

Ad IV. Quoad 1um affirmative ad primam partem, negative ad secundam. - Quoad 2um affirmative.

Ad V. Omittatur tertia Oratio.

Ad VI. Quoad 1um affirmative. - Quoad 2um negative.

Ad VII. Negative.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 24 maii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

LAÜSANEN. ET GENE VEN.

DIFFAMATIONIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 16 martii 1912, RR. PP. DD. Michael Lega Decanus, Ponens, Iosephus Alberti et Petrus Rossetti Auditores de Turno, in causa « Lausanen. et Gene ven. - Diffamationis », *instante Rev.* Clino Crosta, *repraesentato per legitimum procuratorem Hadrianum Aloisi-Masella, advocatum, adversus Rev.* Regynaldum Fei, *Ordinis PP. Praedicatorum, interveniente et disceptante in causa Rev. Promotore Iustitiae, sequentem tulerunt* incidentalem sententiam, *tum de interventu in Causa ex parte P. Procuratoris generalis Ordinis, tum de iure reconventionis adversus actorem ex parte Rev. P. Fei.*

Sacerdos Clinus Crosta apud H. S. O. actionem instituit adversus Regynaldum Fei, in Ordine FF. PP. professum, quia hic in suo opere *Theologia Moralis* edito typis Marietti, in duabus adnotationibus adiectis, nonnulla asseruit quae sibi Clinus Crosta valde iniuriosa esse censuit.

Sed hodierna actione agitur de duplici quaestione in principalem incidente, quarum altera instituitur ab Actore qui ius sibi vindicat conveniendi in iudicium P. Procuratorem generalem Ordinis, ut respondeat

de damnorum. refectione in quam forte P. Regynaldum condemnari contingent. - Secunda quaestio proponitur a P. Regynaido qui contendit se graviter diffamatum fuisse ab Actore, et hunc actione reconventionali impetere intendit. Quum Actoris procurator postulaverit quaestionem proponi per *dubia,* hoc indultum fuit a Rmo Ponente, et concordata fuerunt haec *Dubia:* « I° An Actori competat quoque actio in Rmum « P. Procuratorem generalem Ordinis Praedicatorum pro eventuali dam- « norum refectione, in casu? - 2° An admittenda sit reconventio in Acto- « rem, in casu? ».

Pro resolutione prioris quesiionis incidentis in casu, animadverrunt Domini, principalem actionem in hoc consistere, iuxta concordatam rogandi formulam, nempe: « An constet de diffamatione ex parte P. Fei « adversus Glinum Crosta, adeo ut locus sit applicationi poenarum et « refectioni damnorum in casu ? »; quare non est tantum res de poenarum applicatione, sed etiam de damnis reficiendis. Nam si ageretur tantum de poenis, certe haec repeti non valerent nisi a convento P. Regynaido, praecipiente *Regula 76 Iur.,* in VI : « Delictum personae non debet « in detrimentum ecclesiae redundare ».

Sed res est etiam de damnis oeconomicis; et haec, si reficere non valeat P. Regynaldus, repeti iure valent ab ipso Ordine cuius membrum est P. Regynaldus. Inquam - si haec reficere non valeat P. Regynaldus - quia in suis animadversionibus P. Procurator generalis Ordinis admittit Patrem Fei, sicut et alii Patres in Universitate Friburgensi professores, in conditionibus specialibus versari, rerum necessitate compellente, et pro casibus emergentibus ampliori, quoad paupertatis votum, frui licentia quam Fratres qui in conventu degunt. Isti enim cum venia Superiorum, ex lectionum stipendio aut aliorum laborum fructu, libris emendis, itineribus, aliisque vitae necessitatibus sustinendis, ipsi providere debent: unde ab ipsis Ordo nil recipit, nec pro ipsis ergo respon dere tenetur.

Verum, has esse peculiares conventiones aut facultates, animadverterunt Domini, quas, utpote secretas et privatas, attendere non tenetur Actor, cum aliud statuat ius commune. Et hoc cum communi DD. ita explicat Reiff., *De iudic,* n. 18et seqq.: « Quaeritur utrum habens actio- « nem contra religiosum, debeat ipsum convenire aut potius monaste- « rium eius? - Resp. I° in causis civilibus non est conveniendus Reli- « giosus, sed monasterium eius... ratio est clara* quia monachus aut « religiosus solemniter professus, nihil habet proprium; sed quidquid « acquirit, acquirit monasterio... Nihilominus in causa criminali sive ex

« delicto, convenitur ipse religiosus, non vero monasterium... dummodo «non agatur contra monasterium quoad poenam pecuniariam, eo quod « proprio careat ». Quae postrema verba respondent adamussim animadversionibus Procuratoris generalis; quia si P. Regynaldus, in casu, proprio non careat peculio et quibusdam opibus disponere valeat, est res proveniens ex facto exceptionali et privilegiato, quod ipsi Ordini tantum cognitum esse poterat. Quare si Ordo adigatur a iudice respondere pro suo alumno ad normam iuris communis, hoc non prohibet quominus ex specialibus conventionibus alumnus ipse damna, sustinere cogatur, proindeque adigatur refundere pecuniam quam pro ipso Ordo solvit.

Neque exinde Domini exprobare intendunt eiusmodi privatum peculium: et hoc permitti posse probat, adductis auctoritatibus, Böuix.^ *De iure regular.,* t. % pag. 511 et seqq. Sed voluerunt insuper adnotatum Domini quod docet Schmalz., *De iudic,* n. 38, aiens: « *T* Si, studiorum aut alio- « rum negotiorum causa, e monasterio procul absit, tali enim casu (reli- « giosus), si spolii vel iniuriae illatae vel alterius causae necessitas exigat « agere in iudicio, valet ex licentia praelati praesumpta ... 7° in causa « delicti proprii, nam ex hoc non monasterium sed religiosus delinquens « conveniendus est; his casibus,.religioso subeunti iudicium, si peculium « sibi a praelato concessum non habeat, necessarias expensas submi- « nistrare monasterium debet, ne, his deficientibus, a prosequutione « causae in qua agere et respondere iura concedunt, cessari debeat ». Quare Actoris non interest inquirere an reus conventus habeat, et in quali mensura, peculium; sed in ius vocat, normas secutus iuris communis, Ordinis generalem Procuratorem, quippe qui personam habet pro Ordine ad agendum et respondendum, vi sui officii.

Quo vero ad ultimam excusationis causam a Procuratore generali adductam, nempe ex concessa facultate imprimendi librum non obligari Ordinarium seu Superiorem hanc indulgentem, sive directe, sive indirecte seu subordinate, ad damna reficienda quae ex libri impressione forte derivare possent ob introductum iudicium *iniuriarum,* adverti debet, hoc verum esse si agatur de Ordinario qui sacerdoti aut fideli cuicumque facultatem concedat imprimendi librum ad normam art. 35, Constit. *Officiorum et munerum,* praescribentis: « Approbatio librorum. « quorum censura, praesentium decretorum vi, apostolicae Sedi et RR. « Congreg, non reservatur, pertinet ad Ordinarium loci in quo publici « iuris fit ». Obiectum autem et scopus huius adprobationis a Constitut. *Sollicita ac provida* Benedicti XIV, ab ipsa Const. *Officiorum et munerum* confirmata, determinatur ad hoc « ut fideles arceantur a lectione librorum « ex quibus incauti et simplices detrimenti quidpiam capere possint,

« imbuique opinionibus et doctrinis quae vel morum integritati vel catho- « licae religionis dogmatibus adversantur ». Si vero res est de religiosis, iri subsequenti articulo 36 Constit. *Officiorum et munerum* cavetur: « Regu- « lares praeter episcopi licentiam meminerint teneri se, S, C. Tridentini « decreto, operis in lucem edendi facultatem a praelato cui subiacent, obti- « nere. Utraque autem concessio, in principio et fine operis, imprimatur ». Et in decreto Conc. Trid. expresse cavetur, licentiam petendam esse a Superioribus regularibus, *recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum.* Quare seposita modo quaestione quae agitatur a commentatoribus interpretantibus hunc articulum 36, Constit. *Offic, et muner*,* veluti a Card. Gennari, a Genicot, a Wermeerschs, a Pennacchi, nempe an prohibitio se extendat ad libros cuiuscumque generis, uti iussit Clemens VIII applicans decretum Conc. Trid., vel potius se referat ad libros tantum qui vi Constit. *Offic, et muner.* edi non possunt sine venia Superioris (et tenemus hodie prohibitionem hisce limitibus contineri), ad rem nostram hoc certum est, regulares speciali iure teneri *iuxta formam suarum ordinationum,* uti iussit Conc. Trid. Et hoc iure merito : quia religioso, qui *nec velle habet nec nolle,* uti praecipit Bonifacius VIII in cap. *Si religiös, de elect.* in VI, fas non est librum in lucem edere, nisi hoc Iubeat Superiori regulari, cuius est praeter doctrinae puritatem et integritatem, perpendere consectaria inter cives in ordine etiam oeconomico et civili forte sequutura, cuius effectus sustinere, seu pati, Ordo ipse tenetur, quatenus, sive in iudicio sive extra iudicium, de eisdem respondere debet. Unde ipsum, seu eius Procuratorem generalem, pro regulari coram iudice agere et respondere debere, plane sequitur.

Ad alteram quaestionem quod attinet, Domini perpenderunt ipsam sub duplici adspectu esse considerandam, nempe:

I° An ex iure communi apud iudicem delegatum possit reus reconvenire actorem:

2° An idipsum possit in stylo Rotae.

Et quoad *primum, ex* iure communi, ope iurisprudentiae inducta est regula quae tenet « iudicem actionis esse quoque iudicem reconventionis, non secus ac exceptionis » ; sive agatur de iudice ordinario sive de delegato, uti explicat Reiff., *De for. compet.,* num. 145, cum communi, argum. c. 21, § 3, *De offic, deleg.* Ratio est quia reconventio est revera nova actio, et in hoc differt ab exceptione; quia reus novam instituit actionem et fit actor, non quia probare debet facta ab eo asserta, quo sensu etiam reus excipiendo fit actor, sed revera reconventio novam continet petitionem et non simplicem defensionem uti fit per exceptionem.

Ast hoc habet proprium reconventio, unde discriminatur a coeteris actionibus, quod habet arctam connexionem cum actione principaliter instituta, cuius vis limitatur in eius executione si ei opponatur reconventio, siquidem enascitur quaedam compensatio inter actionem ab actore propositam et reconventionem a reo obiectam. Quare utiliter ab eodem iudice cognoscitur de actione et de reconventione, quia uno iudicio veluti definitur duplex quaestio cum minore temporis dispendio, et inutiles evitantur expensae necnon inutiles circuì tus; siquidem in exequutione habeatur vel plena vel saltem ex parte iurium et rerum utrinque expetitarum compensatio. Unde constituta est regula « causas connexas non debere scindi », argum. 11, *nulli.* Cod. *De iudic,* et 3 ff., *De iuris. omn. iud.* et cc. 21, § 23, *De off. deleg,* et 3, *De donat, inter vir. et uxor.* Quamobrem princeps qui delegat causam, intelligitur in rescripto concedere potestatem etiam cognoscendi causas vere connexas et potissimum reconventionem, ob iuris regulam superius expositam. Quocirca, quamvis iurisdictio delegata sit stricti iuris ita ut non comprehendat nisi expressa in rescripto, c. 22, *cum dilectio, de rescript.*, nihilominus hoc non procedit in connexis ob iuris praeceptum. _

Ast in themate obiici posset non intelligi vera reconventio, quia versamur in criminalibus, in quibus compensatio cum intelligi vix possit, ita urgenda non est ea connexio causarum de qua loquuti sumus. Sane in iure quoque romano invaluit regula quod reus debet se de criminibus impactis excusare, et hoc non praestare si alios de iisdem vel aliis criminibus accuset, uti argumentatur Ulpianus in 1. 5 ff. *De public, iudic.* ita eleganter rem explicans: « Is qui reus factus est, purgare se debet, « nec potest accusare antequam fuerit excusatus; constitutionibus enim « observatur ut non relatione criminum sed innocentia reus purge- « tur ». Et hoc, in genere, indubitati iuris est. Sed quum res est de crimine *iniuriarum,* seu de diffamatione, aliud asseri debet: nam iniuriae non cognoscuntur in iudicio, nisi a parte quae iniurias passa est deducantur; scilicet, hoc delictum dicitur iure communi romano *privatum;* e contra Ulpianus loquitur *de delictis publicis,* quorum animadversio integrae reipublicae spectare et interesse dignoscitur; ex adverso *in privatis,* actio dicitur *privata,* et non attenditur nisi moveatur ab eo cuius interest, prouti accepta est iure civili romano et canonico. Quare *in iniuriis,* non secus ac in aliis negotiis civilibus, datur compensatio. Schmalz., *De mut. petit.*, n. 11, ita quaestionem explanat: « Excipe (nempe « a regula generali compensationem in criminalibus denegante) quando « prosequitur suam vel suorum *iniuriam ;* tunc enim reaccusationem « leges concedunt cuivis et consequenter etiam adversus accusatorem

« suum ». Et hoc aperte iubet lex 19 Cod. *qui accus, non poss.* - Ex alio etiam capite fluit nostra conclusio, si nempe perpendatur, illud esse proprium actionis iniuriarum ut haec tollatur si iniuria passus utatur *retorsione,* aliam iniuriam inferens in adversarium ; ita perpendit Reinff., tit.De *iniur., n.* 27; et hoc sensu intelligenda est regula ab Innocentio III enunciata *de adulter.,* c. 7 « cum paria crimina, compensatione mutua « deleantur », et hoc fit *in delictis privatis.* Idem docent in tit. *De iniur.* Engel, Schmalgz. et explicat late divus Alphonsus *Theolog. mor.,* III, 999.

Quoad *alterum* adspectum quaestionis, seu stylum nostri S. Tribunalis, animadverterunt Domini, iam explicatum principium, nempe delegationem esse stricti iuris et stricte intelligendam iuxta textum rescripti, probari innumeris decisionibus. Sed inquirentes specialiter de reconventione, ut nempe pateat an stylus Rotae fecerit exceptionem quam admisit ius commune ob connexionem causarum vi reconventionis, adnotarunt quod *in Antiquis* decisionibus Domini Auditores fuisse videntur dubii in hoc puncto, uti patet ex decis. 2 *de mut. petit.* Et ratio fertur ibi, quia Auditoribus S. Palatii nimis facile erat interrogare, seu interpellare ipsum Papam. Ius vero reconveniendi in eodem iudicio recognoscitur ex causa 19, dub. 3, *Fastoli.* Quare in ipsis *Antiquis* decisionibus videmus certam interpretationem fieri de voluntate Papae committentis, si agatur de *iniuriis.* Statuitur enim regula in decis. 3, *de iniur. et damn. dat.* in *Antiquis,* quod reconvenire potest reus actorem coram eodem Auditore impetrato super iniuriis, et citatur Decret. *Dispendia. de rescr.,* in VI. Ratio in promptu est: quia iniuria continet quamdam vehementem provocationem, scilicet provocat *ad retorquendum,* quocirca gravitas iniuriae ex una parte mensurari non potest, nisi ex alia parte provocationis vis seu mutuae iniuriae pensatae sint.

Posteriore aetate, cum semper Auditores receperint ex commissione potestatem causam cognoscendi usque ad sententiam definitivam, retentum fuit unica commissione intelligi delegatam potestatem cognoscendi causas incidentes cum principali connexas, uti docet De Luca, *De iudic,* Disc. 32, *de Audit. Rot.,* n. 7; et in pluribus decisionibus, uti in decis. 170, n. 24, Decis. 209, n. 9 et 11: et decis. 204, n. 11, P. VI, *Recent,* firmatur regula, videndum esse in eodem iudicio etiam de reconventione, dummodo reus reconveniens in promptu habeat paratas probationes pro explicanda reconventione: secus vero si reconventio retardaret iudicii expeditionem; et planum est ex ipsa intentione iuris communis.

Haec conclusio maiorem habet firmitatem in novo stylo quo utimur post Constit. *Sapienti consilio:* hodie enim una commissio sufficit pro examinanda in Rota causa delegata in secunda, in tertia et ulteriori

instantia, si opus sit; secus ac antea, cum nova commissio requirebatur pro secunda et ulteriori instantia instituenda in Rota. Quare hodie omni procul dubio in rescripto commissionis quod comprehendit facultatem iudicandi causam etiam in altera instantia, multo magis continetur facultas cognoscendi causas omnes incidentales et reconventionales, ne scilicet scindatur connexio causae.

Hisce igitur omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et sententiamus, competere Actori actionem quoque in Rmum P. Procuratorem generalem O. FF. PP. pro eventuali refectione damnorum in casu; itemque, admittendam esse reconventionem in casu; scilicet ad utrumque dubium respondemus: *Affirmative.*

Romae, in sede Tribunalis S. R. R., die 16 Martii 1912.

M. Lega, Decanus, *Ponens.*
Ios. Alberti.
P. Rossetti.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI.

NOMINE.

5 Giugno 1912. — In seguito a concorso, sono stati nominati Officiali della Sacra Congregazione dei Religiosi i Reverendi D. Aldo Laghi, D. Francesco Lazzara e D. Ernesto Jallonghi.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno 4 Giugno 1912, presso l'Emo e Revmo Sig. Cardinale Domenico Ferrata, Ponente nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Francesco de Castillo, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, fu tenuta la Congregazione dei Sacri Riti Antipreparatoria; nella quale dai Rmi Prelati e dai Consultori Teologi fu discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal medesimo Ven. Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

La Santità di Nostro Signore Pio Papa X, desiderando contribuire alla maggiore solennità del Congresso Eucaristico che si terrà a Vienna nel prossimo mese di settembre, in data 30 maggio 1912 si è benignamente degnata di destinare il Signor Cardinale Guglielmo van Rossum a presiedere detto Congresso coll'alto titolo di Legato Pontificio.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

30** Maggio **1912. — L'Emo Sig. Card. Ludovico Billot, *Protettore dell'Istituto dei Padri Missionari di «Notre-Dame de la Salette».*

***9** Giugno.* — Lo stesso Emo Sig. Card. Ludovico Billot, *Protettore delle Suore Ausiliatrici delle anime del Purgatorio.*

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

20** Maggio **1912. — Mons. Gisleno Veneri, Vescovo di Acquapendente.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

24** Maggio **1912. — Il Rev, Francesco Saverio Irastorza y Loinaz, Vicario Generale di Ciudad-Real.

Prelati domestici di S. S:*

lo** Maggio **1912. — Il Rev. Carlo Solci, Decano dei Parroci di Mantova.

— Il Rev. Dott. Giovanni Biden, Rettore della Chiesa Cattedrale di Buffalo.

***23** Maggio.* — Il Rev. Canonico Biagio di Jaszowski, Professore di Diritto Canonico e di Pedagogia nell'Università di Leopoli.

***24** Maggio.* — Il Rev. Eligio Fernandez Alcázar, Promotore fiscale ecclesiastico di Ciudad-Real.

***3** Giugno.* — Il Rev. Dott. Giuseppe Mausbach, Seniore della Facoltà Teologica di Münster.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

2** Giugno **1912. — Al Sig. Capitano Conte Augusto de Couëssin, attuale Capo del Reggimento degli Zuavi Pontifici.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

6** Giugno **1912. — Al Sig. Antonio Maréchal, primo magistrato di Collex-Bossy.

La Commenda dell'Ordine Piano:

2 Giugno 1912. — Al Sig. Capitano Barone Alain de Charette.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 Maggio 1912. — Al Sig. Giuliano Mack, Presidente dell'«Association Amicale des Anciens Élèves des Frères des Écoles chrétiennes et de l'École Saint-Joseph », di Digione.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

21 Maggio 1912. — Al Sig. Onorato De Winde, Segretario dell'Associazione Cattolica di Bruxelles.

2 Giugno. — Al Sig. Maurizio de Rean, già Tenente nel Reggimento degli Zuavi Pontifici.

— Al Sig. Giorgio du Prè de Saint-Maure, già Sotto-Ufficiale nello stesso reggimento.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 Maggio 1912. — Al Sig. Giovanni Brac de la Perrière, Presidente dell'Unione delle Società Cattoliche di ginnastica e di tiro della regione Lionese.

30 Maggio. — Al Sig. Dott. Giuseppe Magne, Fondatore dell' « École Montalembert » a Limoges.

— Al Sig. Gastone Fougeras-Laverynolle, Presidente della suddetta scuola.

I Giugno. — Al Sig. Giacomo Prendergast, dell'archidiocesi di Boston.

— Al Sig. Avv. Enrico Cunningham, della stessa archidiocesi.

— Al Sig. Pietro Onorato Fortin, della diocesi di Bayeux.

7 Giugno. — Al Sig. Teófilo Charpin, dell'archidiocesi di Aix.

II Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

31 Maggio 1912. — Al Sig. Carlo Philippovic, Capitano nell'esercito Austriaco.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

7 Giugno 1912. — Al Sig. Sesostris Sidarouss Bey, Professore di diritto civile nell'Istituto Khediviale del Cairo.

NECROLOGIO.

Maggio 1912. — Mons. Giacomo Corbett, Vescovo di Sale nell'Australia.

2 Giugno. — Mons. Giulio Firczak, Vescovo di Munkács, di rito greco ruteno.

— Mons. Casimiro Vie, Vescovo titolare di Metellopoli e Vicario Apostolico del Kiang-Si Orientale.

3 Giugno. — Mons. Prospero Maria de Bonfils, Vescovo di Mans.

Annus IV. - Voi. IV. Die 1 Iulii 1912. Num. 12.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE.

I.

ERECTIO DIOECESIS HAJDU-DOROGHENSIS RITUS GRAECI CATHOLICI IN HUNGARIA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Christifideles graeci ritus catholici, qui Hungariae Regno subsunt, nullo unquam tempore destitisse praeclaris fidei, pietatis ac studii erga apostolicam Sedem praebendis exemplis, apud omnes in comperto est. Nil mirum igitur si Romani Pontifices singulari benevolentia eos prosequuti fuerint, omnemque operam impenderint ut ecclesiastica hierarchia inter ipsos maiora in dies susciperet incrementa, novas dioeceses et sedes episcopales constituendo quoties id postulaverit sive auctus fidelium numerus, sive necessitas alia statuendi doctrinae fideique catholicae domicilia.

Hoc sane praestitit f. r. Pius Papa Nonus, praedecessor Noster, qui, ut peculiaris suae voluntatis ac paternae sollicitudinis testimonium catholicis Rumenis tribueret, antiquis Rumeni ritus dioecesibus novas Lugosiensem et Armenopolitanam seu Szamosujváriensem Rumenorum addidit, e quibus praeterea unam constituit provinciam ecclesiasticam, titulo metropolitico eiusque iuribus ac privilegiis veteri sedi cathedrali Fogarasiensi et Albae Iuliensi tributis. Huiusmodi autem honorem

catholici Rumeni non modo sunt meríti, sed eodem in posterum ita digni facti sunt, sive fide firmiter tuenda eaque propaganda penes Rumenos schismaticus, sive amore ac filiali obedientia in Romanum Pontificem, ut catholicis totius Orientis virtutum omnium exemplum se praebuerint.

Iam vero inter fideles Graeci ritus excreverunt etiam qui lingua hungarica utuntur, quique iam a Sancta Sede instantissimae petierunt ut dioecesis pro iisdem conderetur. Non est profecto dubitandum hanc erectionem quam "maxime conferre, quo christiana religio, pax et unio inter ipsos graeci ritus fideles variis sermonibus loquentes foveantur, arctiora reddantur vincula) quibus Regnum apostolicum S. Stephani devincitur Cathedrae Apostolorum Principis, item periculum avertatur probrosissimi illius abusus, a Summis Pontificibus pluries damnatis inducendi nimirum linguas vernaculas in sacram Liturgiam.

Quapropter Nos, benigne excipientes vota Maiestatis Suae Francisci Iosephi Austriae Imperatoris et Regis Hungariae apostolici, nec non preces venerabilium fratrum Nostrorum Cardinalis Primatis Archiepiscopi Strigoniensis aliorumque eiusdem Regni sacrorum Antistitum, omnibus sedulo ac maturo studio perpensis, suppleto praeterea, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine unam dioecesim Graeci ritus catholici in Regno Hungarico instituendam decernimus, Hajdu-Doroghensem denominandam, in eum qui sequitur modum.

Imprimis novae huius dioecesis territorio perpetuo attribuimus et assignamus inferius describendas paroecias, quas, idcirco, e dioecesibus,, ad quas modo pertinent, apostolica auctoritate dividimus ac seiungimus, idest e *dioecesi Eperjesiensi:* Felsozsolcza, Görömböly, Hejökeresztur, Miskolcz, Sajópálfalva, Sajópetri, Sajószöged, Komlóska; *e dioecesi Munkácsiensi:* Bodrogkeresztur, Bodrogolaszi, Mezőzombor, Szerencs,. Tokaj, Tolcsva, Sárospatak, Sátoraljaújhely, Végardó, Zemplén, Bodrogszerdahely, Cséke, Dámóc, Kisdobra, Dobrogmezö, Zemplénagárd, Bököny, Hajdúböszörmény, Debreczen, Hajdudorogh; Érpatak, Tiszabüd, Ujfehértó,. Ajak, Révaranyos, Nyírkárász, Nyirmada, Nyírtass, Tornyospálcza, Nyírgyulai, Kállósemlyén, Kisléta, Levelek, Máriapócs, Nyirbakta, Biri, Kotaj,, Nagykálló, Napkor, Nyíregyháza, Oros, Nyirpazony, Nyirgelse, Nyirbéltek, Nyirlugos, Nyírpilis, Penészlek, Piricse, Balsa, Buj, Kenézlö, Vericsello,. Timár, Nyirderes, Fábiánháza, Gebe, Hodász, Nagydobos, Nyírcsászári, Nyirvasvári, Opályi, Nyirparasznya, Jánk, Kökényesd, Nagypeleske, Sárközujlak, Nagykároly, Szatmárnémeti, Szárazberek, Turterebes; *e dioecesi Szamosujváriensi:* Batizvasvári, Szatmár (Parochia rumena), Szatmár-

udvari, Józsefháza; *e dioecesi Magnovaradinensi Rumenorum:* Amacz, Szatmárzsadány, Nagykolcs, Csengerbagos, Gsegöld, Csengerujfalu, Óvári, Pete, Porcsalma, Szamosdob, Vetés, Csomaköz, Domahida> Gencs, Kismajtény, Nagykároly (Parochia rumena), Részege, Szaniszló, Érdengeleg, Érendréd, Mezöterem, Portelek, Vezend, Éradony, Érkörtvélyes, Értaresa, Gálospetri, Nyiracsád, Nyiradony, Piskolt, Nyirábrány, Vasad, Álmosd, Bagamér, Érkenéz, Érselind, Hosszupályi, Kakád, Nagyiéti (Parochia rumena), Nagyléta (Parochia ruthena), Pocsaj, Vértes, Makó, Nagyvárad (Parochia ruthena); *ex archidioecesi Fogarasiensi:* Árkos, Nagyborosnyó> Nagykászon, Csikszentgyörgy, Csiklázárfalva, Gelencze, Illyefalva, Lemhény, Lisznyó, Kézdiszentkereszt, Torja, Abásfalva, Alsóboldogfalva, Bőzödujfalu, Sóvárad, Szárazajta, Székelyszenterzsébet, Székelyudvarhely, Oláhzsákod, Gyergyóalfalu, Gsikszentdomokos, Szépviz, Gyimesbükk, Gyergyószentmiklós, Gyergyóvasláb, Nyárádandrásfalva, Nyárádbálintfalva, Harasztkerék, Nyárádkarácson, Kebeleszentivány, Marosvásárhely, Székelysárd, Szentháromság, Szentlörincz, Kisteremi; *ex archidioecesi Strigoniensi:* Budapest.

Quamvis tres ex modo relatis paroeciis graeci ritus, Budapest, Makó, Magnovarad (Nagyvárad) nuncupatae, a territorio Hajdu-Doroghensis dioecesis longe distent, quum tamen ipsarum fideles fere omnes hungarice loquantur, peropportunum visum est eas novae erectae dioecesi adiungere atque aggregare. Quod ad paroecias e Fogarasiensi archidioecesi dividendas, quippe quae a nova dioecesi sint et ipsae discretae atque ab eius episcopali sede dissitae, indulgemus ut ab Ordinario Hajdu-Doroghensi regantur per Vicarium ab eo nominandum et constituendum.

Huius dioecesis ita finibus circumscriptae Sedem episcopalem in urbe vulgo « Hajdu-Dorogh », quae satis ampla est vitaeque commodis provisa, et a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, perpetuum in modum erigimus et instituimus; ecclesiam vero, quae beatae Mariae Virgini a Praesentatione ibidem dicata extat, quaeque decora et opportuna dignoscitur, paroecialem ut antea extituram, sub eodem titulo et invocatione ad cathedralis gradum et dignitatem item perpetuo evehimus et extollimus; in qua praeterea cathedrale capitulum, quod senario canonicorum numero constabit, sub uno Archipresbytero seu Praeposito maiori, tamquam capite, perpetuo pariter erigimus et instituimus; tributis tum episcopali Sedi, tum cathedrali sive ecclesiae sive capitulo, omnibus honoribus, iuribus, privilegiis ac praerogativis, quae ipsis de iure competunt, vel quibus ceterae eiusdem ritus cathedrales et episcopales ecclesiae in Hungaria ex legitima consuetudine potiuntur et gaudent.

Residentiam novi episcopi ac eius pro tempore successorum constituimus in aedibus a communitate Hajdu-Doroghensi oblatis, quae tamen cura Gubernii Hungarici aptandae erunt, ut ipsius episcopi eiusque episcopalis familiae decentem et congruam habitationem apprime praeseferant. Item secundum ea, quae cum eodem Gubernio conventa sunt, assignamus et attribuimus mensae episcopali pro eius dote summam quadraginta millium coronarum e publico aerario quotannis solvendam; pro Curia episcopali aliisque officiis dioecesanis alteram summam duodecim millium coronarum; pro vicario denique, in paroeciis ex archidioecesi Fogarasiensi dividendis constituto, eamdem coronarum summam, qua ceteri vicarii dioecesium graeci ritus in Hungaria fruuntur.

Simili modo canonicis novi capituli cathedralis, praeter decentem et congruam habitationem in aedibus a communitate Hajdu-Doroghensi extruendis, eam omnino assignamus et attribuimus dotem a Gubernio Hungarico persolvendam qua gaudent capitulares aliarum Cathedralium graeci ritus in Hungaria, idest canonico *Archipresbytero seu Praeposito maiori* sex millium et biscentum coronarum, *Archidiacono seu Lectori* quinque millium et sexcentarum, *Ecclesiarchae seu Custodi* quatuor millium et nongentarum, *Scholastico* quatuor millium et septingentarum, *Chartophilaci seu Cancellario* quatuor millium et quingentarum et *Praebendato* quatuor millium et centum coronarum.

Volumus autem ut Gubernium Hungaricum, secundum onus quod sibi assumpsit, sustineat impensas sive pro reficiendis aedibus tum episcopalibus tum canonicalibus, tum fabricae ecclesiae cathedralis eiusque sacrarii, sive pro ipsius Cathedralis cultu necessarias.

Quum primum necessitas postulaverit, mandamus ut ad iuniores clericos rite instituendos ac erudiendos seminarium dioecesanum erigatur, cui pariter Gubernium Hungariae suppeditabit constructas aedes una simul cum sumptibus pro eisdem reficiendis ac pro alumnis atque professoribus alendis et sustentandis.

Iubemus etiam ut antiquae mensae episcopales rumeni ritus servent, sicut antea, beneficia hucusque possessa, itemque fundationes pias in dioecesium rumenarum emolumentum factas, ita ut ab illis dioecesibus separari ac novae dioecesi Hajdu-Doroghensi attribuì minime possint ac valeant.

Ad linguam liturgicam huius novae erectae dioecesis quod attinet, praecipimus ut sit graeca antiqua, vernacula vero in functionibus tantum extraliturgicis toleretur eodemque modo quo in ecclesiis latini ritus iuxta Sanctae Sedis de'creta illa uti fas est.

Quo vero memoratae novae dioecesis sacerdotibus tempus suppetat

antiquae linguae graecae addiscendae, tribus tantum annis decretam huius dioecesis erectionem proxime sequentibus in singulis paroeciis ea lingua liturgica uti poterunt, quae hucusque usitata est, vetita prorsus hungarica lingua, quam, quum non sit liturgica, in sacra Liturgia nunquam adhibere licet.

Haec autem Sanctae Sedis praescriptio ut religiosissime observetur, firmam spem fovemus Gubernium Hungariae, quemadmodum pacto se obstrinxit, Sacrorum Antistitibus pro tempore existentibus omne auxilium et assiduam operam fore collaturum.

Quapropter animum Nostrum gratum exhibere volentes in Maiestatem Suam Franciscum Iosephum Austriae Imperatorem et Hungariae Regem apostolicum ob munificentiam, qua omnes sumptus nunc et in posterum necessarios et opportunos pro dioecesis Hajdu-Doroghensis constitutione ex publico aerario ferendos statuit, item pro certo habentes eamdem Maiestatem Suam fore et deinceps prospecturam incremento ac prosperitati ecclesiarum quoque ritus orientalis sicut et aliarum in suis dominiis existentium, memoratae Maiestati Suae, eiusque Successoribus, ius Romano Pontifici pro tempore existenti nominandi seu praesentandi infra tempus a iure statutum ad dictam Hajdu-Doroghensem cathedralem ecclesiam dignum et idoneum ecclesiasticum virum iis omnibus praeditum dotibus quas sacri Canones requirunt, ab eodem Romano Pontifice in episcopum praeficiendum, concedimus.

Dioecesim praeterea Hajdu-Doroghensem, ut praefertur erectam, iurisdictioni ac dependentiae sacrae Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis Rituum Orientalium subiicimus, simulque suffraganeam constituimus archidioecesis Latini ritus Strigoniensis, cuius archiepiscopi metropolitico iuri episcopos pro tempore existentes Hajdu-Doroghenses subdimus.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore, ex quocumque capite vel defectu, aut quavis ex alia causa quantumvis iuridica, legitima, pia et privilegiata etiam ex eo quod causae propter quas praemissa emanarunt, adductae, verificatae, seu iustificatae non fuerint, de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut quopiam alio substantiali, substantialissimo, inexcogitato et i o ex cogitabili ac specialem et individuam mentionem et expressionem requirente, defectu seu etiam ex eo quod in praemissis eorumque aliquo solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, colore, vel praetextu, aliave ratione, aut causa, etiam tali quae ad effectum validitatis earum-

dem praesentium necessarium foret exprimenda, notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos iuris vel facti, aut gratiae seu iustitiae remedium impetrari, vel etiam Motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concesso et impetrato, quempiam uti, seu iuvari posse in iudicio et extra illud, atque eas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspènsionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque Litteras et Constitutiones apostolicas, aut Cancellariae apostolicae regulas, etiam consistorialiter ex quibusvis causis et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus et formis (etiamsi in eis de iisdem partibus earumque toto tenore ac data specialis mentio fiat) quandocumque editas vel edendas, minime comprehendi, seu comprehensas ullo modo censeri, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimúm statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ita ab omnibus censeri ac firmiter et inviolabiliter observari, sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes vel dignitate fulgentes, etiam Causarum Palatii apostolici Auditores ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictaeque Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudicandi et interpretandi potestate et facultate, iudicari et definiri debere, ac irritum quoque et inane decernimus, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter aut ignoranter contigerit attentari

Ad haec denique exsequenda deputari edicimus venerabilem fratrem Raphaelem Scapinelli de Léguigno, Archiepiscopum titularem Laodicensem ac penes imperialem et Regiam Austro-Hungaricam Aulam Nuntium apostolicum cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemcumque ecclesiastica dignitate ornatum, atque definitive pronunciandi super quavis difficultate seu oppositione in exsecutionis actu oritura, facto tamen eidem onere intra sex menses ad sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariae apostolicae regula « De iure quaesito non tollendo » ac Lateranensis Concilii novissime celebrati dismembrationes perpetuas, nisi in casibus a iure permissis, fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis,

privilegiis quoque, indultis ac Litteris apostolicis quibusvis superioribus et personis in genere vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis et innovatis quibus omnibus et singulis etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil poenitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes (illis alias in suo robore permansuris) latissime et plenissime ac specialiter et expresse ad effectum praesentium et validitatis omnium et singulorum praemissorum pro hac vice, dumtaxat, Motu, scientia et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod praesentium Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exibitae vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae dismembrationis, erectionis, institutionis, concessionis, indulti, impertitiónis, statuti, subiectionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo secundo, die octava mensis iunii, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARDINALIS AGLIARDI, *S. R. E. Cancellarius.*

Pro Emo Secretario S. C. Consistorialis absente
Scipio Tecchi, *Adsessor.*

L. © P.

Reg. in Cancell. Apost., n. 48112.

M. RIGGI, *G. A. Notarius.*

II.

TRANSLATIO PAROECIAE S. MARIAE A ROSARIO ET ERECTIO NOVAE PAROECIAE S. IOSEPHI AD VIAM TRIUMPHALEM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Cum incolarum numerus Urbis Romae, ut in aliis regionibus praesertim extremis, ita in *pratis* sub Vaticano crevisset, ac propterea salus animarum maiora ad religionem colendam adiumenta requireret, huius apostolicae Sedis opera factum est, ut intra fines paroeciae Mariae sanctissimae a Rosario, cuius aedem in monte Mario positam plerique parochianorum, planum habitantes, iam non frequentabant, aptiore loco altera conderetur aedes eodem titulo, in qua suum parochus munus exerceret. Nunc autem Nos ea ipsa causa adducimur, non modo ut canonicam huius aedis conditionem amplificemus, sed etiam ut, de eadem paroecia partem detrahentes, aliam paroeciam constituamus. Itaque ex veteri aede, quam diximus, in monte Mario sitam, ius ipsum *parochiale,* una cum omnibus reditibus et bonis eidem iuri connexis, ad novam aedem Mariae sanctissimae a Rosario, pro apostolica potestate, transferimus, translatumque declaramus. - Praeterea, de plenitùdine item apostolicae potestatis, ad aedem sancti Ioseph, Mariae sponsi, via Triumphali nuper exstructam, quae memoratae paroeciae ambitu continetur, novam instituimus paroeciam, eique omnia iura, reditus, bona quaecumque paroeciae sancti Marcelli, per Litteras apostolicas *In ordinandis* quarto idus maias anno millesimo nongentesimo nono exstinctae fuerunt, attribuimus. Huius autem paroeciae spatium tantum erit quantum Cardinalis, Noster in Urbe Vicarius, decreverit, cui quidem definiendi terminos utriusque paroeciae, sancti Ioseph et sanctae Mariae a Rosario, facimus potestatem. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam contigerit attentari, non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis statutis,

consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo duodecimo, nono kalendas iunias, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARDINALIS AGLIARDI, *S. B. E. Cancellarius.*

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*

h. **gs** P.

Reg. in Canc. Ap., N. 42112.

M. RIGGI, ***C. A. Notarius.***

III.

DE NOVIS INSTITUENDIS PAROECIIS IN AGRO ROMANO.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quamdiu per agri romani immensam latitudinem exiguus admodum fuit, praesertim ob aëris inclementiam, numerus incolarum, satis eorum spirituali bono provisum est Nostrorum auctoritate decessorum, qui eorumdem curam, pro varia locorum distantia, vel suburbanis vel suburbicariis paroeciis dëmandarunt. Postquam autem ea regio, aliquanto plus salubritatis nacta, magis cultoribus frequentari coepit, Pius IX felicis recordationis, cum intelligeret salutem animarum maioribus ibi praesidiis adiuvandam esse, sacerdotibus urbanis Hospitio centum Presbyterorum praepositis negotium dedit ut religiosam agri romani rem omnem procuraren! Illi quidem procurationem huiusmodi per sodalem spectatae sollertiae et sedulitatis, quem suo muneri delegarant, recte utiliterque gesserunt usque ad anni superioris exitum: cum placuit Nobis opus ab iis feliciter institutum, Nostrae auctoritatis intercessu, provehere. Nam in Constitutione apostolica *Etsi nos* kalendis ianuariis huius anni edita de Urbis Vicariatu, hoc, praeter alia, praescribimus, ut a Cardinali Vicario, cum approbatione Summi Pontificis, eligatur *deputatus ad agrum romanum* sacerdos, qui, « sub ipsius Cardinalis et « Adsessoris auctoritate et nutu, curam proxime habeat earum rerum

« omnium quae in eodem agro ad cleri et fidelium salutem ac discipli- « nam decernenda gerendaque sunt ». Nunc vero idem urgentes propositum suppeditandi salutis aeternae praesidia huic hominum multitudini, sex numero paroecias intra agri romani fines, vix dum facultates Nostrae tulerint, instituere decrevimus. Itaque rem, utique gradatim exsequendam, Cardinali Urbis Vicario mandamus: qui quidem interim Nobis loca sacris aedibus coniunctisque parochorum domibus extruendis opportuna designabit; quique, cum eiusmodi aedificia excitaverimus in promptuque habuerimus cetera quae necessaria sunt, tum, aliam ex alia, senas quas diximus paroecias, ex Nostra auctoritate constituet, et quibus quaeque terminis contineri debeat, definiet. Quicquid autem is in hac causa gesserit, id Nos de apostolicae potestatis plenitudine ratum haberi volumus et iubemus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam contigerit attentari, non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo duodecimo, nono kalendas iunias, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARDINALIS AGLIARDI, *S. R. E. Cancellarius.*

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*

L. & P.

Heg. in Canc. Ap., N. 43/12.

M. **RIGGI,** ***C. A. Notarius.***

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

ERECTIO IN ARCHISODALITATEM, CUM FACULTATE UBIVIS AGGREGANDI, CONSOCIATIONIS DEIPARAE VIRGINIS IMMACULATAE SUB TITULO CLERI REGINAE CIVITATIS PARISIENSIS.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Plane compertum est Nobis piam consociationem in aede parochiali S. Nicolai vulgo *du Chardonnet* civitatis Parisiensis iam inde ab anno MCMVHI canonice institutam esse, quae sub titulo Deiparae Virginis Immaculatae, Cleri Reginae, presbyteros ac fideles allicere studet ut, vel preces effundentes, vel aliquid sibi pro amore Dei negantes, non modo sacerdotum sanctitatem, sed cleri quoque saecularis regularisque delectum foveant ac iuvent. Quae quidem consociatio Nobis tam grata acceptaque fuit, ut eodem anno, solemnitate Christi Domini in coelum redeuntis, ipsam, Litteris Nostris autographis comprobatam, peculiaribus privilegiis atque indulgentiis ditaremus. Cum vero nunc frugifera huiusmodi sodalitas in alias dioeceses et usque in longinquas regiones, Deo opitulante, progressa sit, atque a compluribus episcopis exoptetur, Nos, benigne vota excipientes Curionis ad S. Nicolaum, eam tum Archisodalitatis titulo, tum facultate sibi alias consociationes adiungendi libentissime cohonestare properamus. Quare apostolica auctoritate Nostra, praesentium tenore, memoratam sodalitatem Mariae Immaculatae, sub titulo Reginae Cleri, in parochiali templo S. Nicolai vulgo *du Chardonnet* civitatis Parisiensis existentem, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus. Archisodalitatis sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus et futuris eadem apostolica auctoritate Nostra hisce Litteris perpetuo item concedimus ac largimur, ut ipsi alias quaslibet eiusdem nominis atque instituti sodalitates, ubique terrarum erectas vel erigendas, servatis tamen forma Constitutionis r. m. Clementis Pp. VIII decessoris Nostri *Quaecumque a Sede Apostolica* aliisque apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, et cum illis omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi sodalitati, ita in archisodalitatem a Nobis erectae, a Sede apostolica concessas, et quae aliis impertiri queant, licite communicare possint ac valeant. Decernentes, praesentes Litteras firmas, validas atque

efficaces semper extare et manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse atque definiendum, irritumque fieri et inane, si secus super his a quovis, qualibet auctoritate, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXI maii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L.. £ß S. *a Secretis Status.*

IL

PRAEFECTURA APOSTOLICA INSULARUM SALOMONICARUM MERIDIONALIUM, MUTATIS FINIBUS, IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS PP. x.

Ad futuram rei memoriam. - Maxima semper afficimur laetitia quum Nobis relatum sit, auctum iii aliqua regione fidelium numerum postulare ut nova ibi Ecclesia cum proprio Pastore instituatur. Pergratas igitur preces dilectus filius Ioannes Raffin, Praepositus generalis Societatis Mariae, adhibuit nobis, ut fines statutos iam ab annis MDCCCXCVII et insequente pro apostolicis Praefecturis insularum Salomonicarum, quae sunt religiosae eiusdem famuiae curis concreditae, nunc secundum novam potioremque ordinationem immutare, et ex eis insulas meridionales, ubi, Deo opitulante, potiores catholicae fidei progressus comprobantur, in apostolicum Vicariatum constituere dignaremur. Nos autem, quibus persuasum est has novas dispositiones in uberius earumdem insularum bonum cessuras, et cogitatum apostolicum Vicariatum id esse praecipue consecuturum, ut Missionariorum animi erigantur atque haereticorum infirmantur conatus, pia huiusmodi vota, post deliberationem quam hac super re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Christiano nomini propagando praepositis habuimus diligentem, benigne excipienda censuimus. Quare motu proprio, certa scientia ac de apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, finibus apostolicarum Praefecturarum quae ex Salomonicis insulis componuntur, ex proposito schemate immutatis, ac novis limitibus statutis, Praefecturam meridionalem in Vicariatum apostolicum erigimus et constituimus, eodem ei Salomonicarum insularum meridionalium nomine servato, quo ipsa Praefectura appellabatur. Iis itaque insulis, Anglicae dominationi in praesentiarum

subiectis, novus apostolicus Vicariatus constet, quae vulgo Isabella, Nova Georgia, Guadalcanar cum adiacentibus, et Malaita ac S. Christoval, simul pariter cum adiacentibus, nuncupantur. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas validas efficaces semper existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, ceterisque omnibus etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die i iunii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. ✠ S. *a Secretis Status.*

EPISTOLA.

AD R. P. D. IACOBUM DUHIG, EPISCOPUM ROCKHAMPTONENSEM, DE QUINQUAGENARIIS ILLIUS ECCLESIAE SACRIS SOLLEMNIBUS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Faustum catholicis hominibus istius regionis proximum mensem septembrem accepimus fore, exeunte anno quinquagesimo ex quo ecclesiae Rockhamptonensis initia sunt posita: cum quidem in id tempus festi sollemnes dies apparentur, atque in huius laetitiae societatem episcopi omnes ex Australia, cum magno praesertim sacerdotum comitatu, venturi sint. Scilicet hoc Nos perlibenter intelleximus; tibique ac ceteris rei auctoribus et ducibus prolixe, vestrum laudando et probando consilium, suffragamur. Novimus religionis christianaeque humanitatis celeres istic progressiones factas; ut exiguam illam *Missionem* Rockhamptonensem ampla dioecesis eaque satis bene constituta, haud ita longo intervallo, exceperit: omninoque est aequum vos propterea, cum facti memoriam celebrare, tum debitas Deo persolvere gratias, atque ex commemoratione beneficiorum eius fidenter ad maiora niti. Ceterum, vestram prospicientes diligentiam, itemque tantam cleri Australiani concordiam, quanta hic praeclare elucet, non solum de ista dioecesi, sed de tota Australia catho-

lica melius sperare iure videmur. Itaque existimetis volumus, vestris Nos sacris sollemnibus animo praesentes adfore; quae ut fructus optatos pariant, tibi, venerabilis frater, et omnibus qui ea ipsa celebrabunt, apostolicam benedictionem, auspicem divinorum munerum, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die ix mensis maii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

I.

DECRETUM

DE DISPENSATIONIBUS SUPER IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS ABSQUE DEBITIS CAUTIONIBUS NUNQUAM CONCEDENDIS.

In plenario conventu supremae sacrae Congregationis sancti Officii habito feria IV die 16 aprilis 1890, proposita quaestione: « An in conee-« dendis ab habente a Sancta Sede potestatem dispensationibus super « impedimento disparitatis cultus praescriptae cautiones semper sint « exigendae », Emi ac Rmi DD. Cardinales in rebus fidei et morum inquisitores generalesse perdiligenti examine discussa, respondendum decreverunt: «Dispensationem super impedimento disparitatis cultus « nunquam concedi, nisi expressis omnibus conditionibus seu cautio-« nibus ».

Eademque die ac feria Ssmus D. Leo PP. XIII, in solita audientia R. P. D. Adsessori eiusdem supremae sacrae Congregationis impertita Emorum Patrum resolutionem benigne adprobare et confirmare dignatus est.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 21 iunii 1912.

Aloisius Castellano, *S. B. et U. 1. Notarius.*

IL

DECRETUM

DE DISPENSATIONE SUPER IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS ABSQUE DEBITIS CAUTIONIBUS IMPERTITA.

In plenario conventu supremae sacrae Congregationis sancti Officii habito feria IV die 12 iunii 1912, propositis dubiis:

I° Utrum dispensatio super impedimento disparitatis cultus, ab habente a Sancta Sede potestatem, non requisitis vel denegatis praescriptis cautionibus impertita, valida habenda sit an non? Et quatenus negative:

2° Utrum hisce in casibus, cum scilicet de dispensatione sic invalide concessa evidenter constat, matrimonii ex hoc capite nullitatem * per se ipse Ordinarius declarare valeat, vel opus sit, singulis vicibus, ad Sanctam Sedem pro sententia definitiva recurrere?

Emi ac Rmi DD. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores generales, omnibus mature perpensis, respondendum decreverunt:

Ad I.um Dispensationem prout exponitur impertitam esse nullam.

Ad 2.m Affirmative ad primam; negative ad secundam partem.

Et sequenti feria V die 13 eiusdem mensis Ssmus D. N. D. Pius divina providentia PP. X in solita audientia R. P. D. Adsessori eiusdem supremae sacrae Congregationis impertita Emorum Patrum resolutionem benigne adprobare et confirmare dignatus est.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 21 iunii 1912.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

III.

DECRETUM

DE PAROCHI ADSISTENTIA MATRIMONIIS MIXTIS IN QUIBUS PRAESCRIPTAE CAUTIONES A CONTRAHENTIBUS PERVICACITER DETRECTANTUR.

Cum per Decretum *Ne temere* diei 2 augusti 1907, n. IV, expresse ac nulla facta distinctione edicatur parochos et locorum Ordinarios *valide* matrimonio adsistere, *dummodo invitati ac rogati... requirant excipiantque contrahentium consensum;* graves in praxi difficultates ortae sunt

relate ad mixtas nuptias in quibus, denegatis pervicaciter a partibus debitis cautionibus, Sancta Sedes, attentis peculiaribus quorumdam locorum circumstantiis, *materialem tantum parochi praesentiam,* per modum exceptionis ac veluti ultimum tolerantiae limitem, antea aliquando permiserat.

Re delata ad supremam hanc sacram Congregationem sancti Officii, cui ex praescripto apostolicae Constitutionis « Sapienti consilio » *integra manet... facultas ea cognoscendi quae circa... impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis versantur,* atque in plenario conventu habito feria III, loco IV, die 21 maii 1912, praevio Rmorum DD. Consultorum voto, perdiligenti examine discussa, Emi ac Rmi Dñi Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores generales, omnibus mature perpensis, decreverunt:

« Praescriptionem Decreti *Ne temere,* n. IV, § 3, de requirendo per « parochum excipiendoque, ad validitatem matrimonii, nupturientium << consensu, in matrimoniis mixtis in quibus debitas cautiones exhibere « pervicaciter partes renuant, locum posthac non habere; sed stan-**te** dum *taxative* praecedentibus Sanctae Sedis ac praesertim s. m. Gre-« gorii PP. XVI (Litt; app. diei 30 aprilis 1841 ad episcopos Hungariae) « ad rem concessionibus et instructionibus: facto verbo cum Ssmo ».

Et sequenti feria V die 23 eiusdem mensis Ssmus D. N. D. Pius divina providentia PP. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori huius supremae sacrae Congregationis sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem benigne adprobare ac suprema sua auctoritate in omnibus ratam habere dignatus est.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 21 iunii 1912.

L. & S.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

31 maii 1912. — *Episcopus Guadalupensis,* R. P. Petrus Ludovicus Genoud, sacerdos Congregationis a Spiritu Sancto.

1 iunii. — *Archiepiscopus Tokiensis,* R. D. Ioannes Petrus Rey, alumnus Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteras gentes.

2 iunii. — *Episcopus titularis Mustitanus et Vicarius apostolicus novi Vicariatus apostolici insularum Salomonicarum meridionalem,* R. P. Ioannes Ephrem Bertreux, e Societate Mariae.

3 iunii. — *Episcopus Nagasakiensis,* R. D. Ioannes Claudius Combaz, alumnus Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteras gentes.

S. CONGREGATIO INDICIS

Decreto S. Congregationis diei 6 maii proxime elapsi laudabiliter se subiecit E. Th. de Cauzons.

Romae, die 15 iunii 1912.

Thomas Esser O. P., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

DECRETUM

PRAEFIXUM VOLUMINI VI, SEU APPENDICI I (AB ANNO 1900 NUM. 4052 AD ANNUM 1911 NUM. 4284, CUM SUO INDICE GENERALI) OPERIS CUI TITULUS.* « DECRETA AUTHENTICA CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM EX ACTIS EIUSDEM COLLECTA EIUSQUE AUCTORITATE PROMULGATA ».

URBIS ET ORBIS.

Decreta, quae in hoc Volumine sexto (Appendice I) Collectionis Decretorum sacrae Rituum Congregationis continentur, prouti in eodem Volumine apponuntur et in Indice explicantur, sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Sua auctoritate approbavit, atque authentica declaravit. Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 24 aprilis anni 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.&S.

•f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

II.

DECRETUM

SEU DECLARATIONES CIRCA NOVAS RUBRICAS.

Ad praecavendas dubitationes, quae super recta interpretatione tituli X, n. 2 et 5 novarum rubricarum quae sequuntur constitutionem *Divino afflatu* oriri possunt, S. Rituum Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, sequentes declarationes evulgare censuit, nimirum:

I. Quandocumque in feriis maioribus Missam propriam habentibus ceterisque diebus, de quibus tit. et num. supracitatis, Missa de feria celebretur, dummodo reapse pro defunctis applicetur, addi potest oratio

pro defunctis in quorum suffragium celebratur, etiamsi in ea agenda sit commemoratio de occurrente festo duplici minori vel maiori.

IL Huiusmodi oratio pro defunctis non excludit in casu orationes de tempore, nisi occurrat commemoratio duplicis.

III. Quando additur ista oratio pro defunctis, non est attendendus numerus orationum utrum sit dispar an non.

IV. Haec eadem oratio pro defunctis, semper recitari debet poenultimo loco inter orationes ea die a rubricis praescriptas vel permissas, non computatis collectis ab Ordinario imperatis.

V. Oratio pro defunctis in quorum suffragium Missa de feria applicatur, addi potest, etiamsi ea die a rubricis praecipiatur oratio *Omnipotens sempiterne Deus* pro vivis et defunctis, vel *Fidelium* pro omnibus defunctis.

VI. Ut rite legitim eque applicari possit pro defunctis indulgentia altaris privilegiati, oportet ut, diebus in quibus a novis rubricis permittitur, missa de feria omnino celebretur, addita ut supra oratione pro defunctis pro quibus Missa ipsa celebratur.

VII. Licet iuxta novas rubricas tit. VIII, n. 2, cessata sit obligatio recitandi in choro officium defunctorum, nihilominus adhuc servari debet rubrica missalis tit. V, n. 1 et 2, circa Missam pro defunctis celebrandam, sive in cantu cum praesentia choralium, si agatur de Missa conventuali, sive lectam extra chorum iuxta novas rubricas tit. XII.

Die U iunii 1912.

Fr. S. CAED. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ^ S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

III.

SEYNEN. ET ALIARUM.

DUBIA.

Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione sequentia dubia proposita fuerunt, nimirum:

L Quando Dominica occurrit a die 25 ad diem 28 decembris inclusive, Rubrica praescribit Officium huius Dominicae die libera 30 decembris celebrandum. Nunc vero pluribus in dioecesibus dies 30 decembris impedita est aliquo festo novem Lectionum. Quaeritur: Quid agendum in casu?

II. Iuxta recentem Constitutionem *«Divino afflatu»*, tit.. IV, n. 3, festum sanctissimi Nominis Mariae perpetuo assignatur diei duodecimae mensis septembris. Quaeritur ergo : Num ecclesiae quae hoc festum tamquam Titulare usque ad hodiernam diem coluerunt Dominica infra octavam Nativitatis beatae Mariae Virginis sub ritu duplici I classis cum octava, ipsum recolere in posterum debeant die duodecima Septembris cum Ecclesia universali, servatis privilegiis quae Titularibus competunt?

III. Pluribus in locis festum sanctissimi Nominis Mariae ritu duplici I classis cum octava recolitur. Quaeritur: An istis in locis Octava Nativitatis B. Mariae Virginis cesset omnino, adveniente festo sanctissimi Nominis; an potius suspendatur tantum, ita ut die decimaquinta septembris agendum sit de die Octava ipsius Nativitatis, omissa commemoratione Octavae sanctissimi Nominis?

IV. Ex novis dispositionibus saepe accidit ut festa, sive duplicia maiora, sive sanctorum Doctorum simplificanda sint ob occursum alicuius festi translati ritus duplicis II classis. Quaeritur ergo : Num symbolum addendum sit in Missa de isto festo translato quod per se symbolum non admittat, si in ea facta sit commemoratio alicuius festi occurrentis ritus duplicis maioris aut minoris quod ius habeat ad symbolum in Missa?

V. Collectae ab Ordinario imperatae, ex novis rubricis, tit. XI, omittendae sunt, quandocumque in Missa dicendae sint plusquam tres Orationes a rubrica eo die praescriptae. Quaeritur ergo: An Collectae omittendae sint, quando in Missis privatis, post tres Orationes eo die praescriptas, addita est oratio sanctissimi Sacramenti publice expositi, vel pro Papa aut episcopo in respectivis anniversariis electionis, seu consecrationis aut coronationis?

VI. Cum in tabella Occurrentiae perpetuae nuper ab ista S. Congregatione edita, evidenter mendum irrepserit typographicum in quadrangulo in quo sibi invicem occurrunt Simplex cum Simplici, ubi legendus est numerus 7, et non 8, dubium oritur, an aliud pariter mendum sit in quadrangulis in quibus sibi invicem obveniunt Duplex maius et minus, cum Vigilia Epiphaniae, ubi loco numeri 3 videtur quod legi debeat numerus 6, eo quod Officium ipsius Vigiliae gaudeat privilegiis Dominicae, ac proinde praevalere debeat, ex novis Rubricis, Duplici minori et maiori quod non sit festum Domini. Quaeritur: An revera in praedictis duobus quadrangulis legendus sit numerus 6, ita ut in casu agi debeat de Vigilia Epiphaniae, cum perpetua repositione Duplicis occurrentis?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Officium Dominicae infra Octavam Nativitatis transferendae ea die ponatur qua festum minus nobile in occurrentia, a die 29 usque ad 31 decembris, secus peragendum foret, salvis Dominicae iuribus in concurrentia. Quod si omnia festa a die 29 ad 31 decembris occurrentia ritum duplicem I aut II classis obtineant, commemoratio Dominicae fiat in Festo ut supra minus nobili. In paritate nobilitatis Officium aut commemoratio Dominicae fiat in festo prius occurrente.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad IV. et V. Affirmative.

Ad VI. In tabella Occurrentiae perpetuae menda corrigantur, ita ut in quadrangulo in quo sibi invicem occurrunt Simplex cum Simplici, ponatur numerus 7, et in quadrangulis in quibus occurrunt Duplex maius et minus cum Vigilia Epiphaniae, ponatur numerus 6: et Vigilia Epiphaniae, privilegiis Dominicae gaudens, tam in occurrentia quam in concurrentia, Duplici etiam maiori semper praeferatur.

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 21 iunii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

SEDUNEN.

DISMEMBRATIONIS PAROECIAE.

Pio PP. X feliciter regncmte, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, RR. PP. DD. Antonius Perathoner, Ponens, *Iosephus Alberti et Petrus Rossetti, Auditores de Turno, in causa* « Sedunen. - Dismembrationis Paroeciae », *instantibus* nonnullis incolis loci Balen, *repraesentatis per legitimum procuratorem sacerdotem N. Patrizi, advocatum, adversus Illmum Episcopum* Iulium Mauritium Abbet, *repraesentatum per legitimum procuratorem V. Sacconi, advocatum, die 2 aprilis 1912, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In dioecesi Sedunensi *(Sion* seu *Sitten)* in Helvetia, ampla est et praeruptis circumdata vallis, *Saas* nuncupata, quae quatuor complectitur communitates seu municipia, scil. *Saas-Grund, Saas-Fee, Saas-Almagell, Saas-Balen.* Quae quatuor communitates usque ad annum 1893 unam formabant paroeciam, quae sedem habebat in communitate Saas-Grund.

Ex quo multa oriebantur incommoda, praesertim ob multorum vicorum huc illuc dispersorum ab ecclesia parochiali distantiam.

Unde episcopus Sedunensis, ut spirituali consuleret fidelium utilitati, dicto anno communitates Fee et Almagell a parochia Saas-Grund dismembravit, easque in duas independentes parochias erexit, ita ut abhinc in valle Saas tres existèrent paroeciae, paroecia vero Saas-Grund duas complecteretur communitates, scil. communitatem Grund et communitatem Balen. Quae ultima igitur communitas sola in valle Saas propria paroecia carebat.

Dividitur autem communitas Baien in duas praecipuas partes, scil. in partem exteriorem seu Ausserbalen et partem interiorem seu Innerbalen. Utraque pars ex variis constat vicis, *hameaux* nuncupatis.

Incolae partis exterioris, ut ad ecclesiam accederent parochialem, iter unius, imo duarum horarum percurrere debebant, dum vici partis interioris seu Innerbalen fere medium tenent inter duas ecclesias in Grund et Balen existentes.

Plures igitur fideles ex Ausserbalen, qui hiberno praesertim tempore propter distantiam et viarum asperitatem praeceptis ecclesiasticis

vix satisfacere poterant, die 26 aprilis 1907 episcopo Sedunensi supplicem porrexerunt libellum, enixe orantes ut in parva ecclesia, quam in Balen habebant, saltem sacerdos institueretur qui curam animarum exerceret. Simul etiam adverterunt, cives Balenses disponere posse de lucro « pro- « veniente dall'utilizzazione delle locali forze idrauliche». Preces ab episcopo submissae fuerunt capitulo, quod die 7 maii utilitatem erectionis rectoratus in Balen agnovit, dummodo de congrua rectoris sustentatione constaret.

Incolae vero Innerbalen, qui antiquum fovent odium contra incolas Ausserbalen, et nonnulli etiam cives Ausserbalenses erectioni rectoratus, litteris ad episcopum die 23 iunii 1907 missis, vehementer se opposuerunt, simulque professi sunt, se numquam esse permissuros ut proventus ille ex vi hydraulica, qui totius communitatis erat proprius, pro constitutione beneficii impenderetur. Quapropter incolae Ausserbalenses die 7 iulii 1907 episcopo Sedunensi scriptim declararunt, se reditum pro beneficio necessarium proprio aere esse collaturos: « Noi abitanti della « parte esterna di Balen abbiamo sottoscritta di nostre private risorse « la somma di ventimila franchi richiesta dall'E. V. per la fondazione « del benefizio, e appunto senza ricorrere affatto nè al capitale del comune « nè al provento delle forze idrauliche. Noi dichiariamo inoltre, che dalla « parte interna di Balen non richiediamo alcuna contribuzione e lasciamo « loro pienamente libero se vogliono o no aggiungersi a noi ». Eodem tempore Ausserbalenses domum quandam, hortum et ligna necessaria rectori assignarunt. Extructio ecclesiae non erat necessaria, quia ecclesia in Ausserbalen iam existens sufficiebat.

Tunc in curia Sedunensi de beneficio in Balen fundando serio agi coeptum est. Visum tamen est paroeciam potius quam rectoratum erigi, et quidem pro tota communitate Balensi, ita ut fines communitatis civiles essent simul fines novae paroeciae.

Episcopus igitur opinionem exquisivit parochi Grundensis, qui die ^2 iunii 1907 inter alia respondit: « La parrocchia di Grund come par- « rocchia non eleverà certo alcuna obiezione, perchè in linea di prin- « cipio forse nessuno è contrario alla istituzione di un benefizio ». Difficultatem idem parochus tantum invenit in antiqua illa discordia inter Innerbaienses et Ausserbalenses, et demum postulat ut dismembratio, si iam ad eam deveniendum est, sub iisdem fìat conditionibus sub quibus facta fuit dismembratio parochiarum Allmagell et Fee. Acceptis hisce litteris, episcopus Sedunensis ad loca exploranda misit praepositum urbis Visp, Rev. Dom. Wirthner, qui, cum esset scholarum inspector, Tallem Saas quotannis frequentabat, proindeque bene cognoscebat.

Dictus praepositus Wirthner, mandatum episcopi exequens, rite invitavit ad colloquium die .27 augusti 1907, in loco Hutegge (extra parochiam Grund sito, ideoque neutrali) habendum, tum parochum Grundensem tum consilium communale Balense. Nemo tamen comparuit, exceptis duobus civibus ex Ausserbalen. Locis igitur exploratis, decanus Wirthner die 2 septembris 1907 episcopo relationem misit, in qua, variis adductis argumentis, exponit bonum animarum exigere ut in Balen paroecia erigatur. Exquisita dein fuit sententia capituli cathedralis, quod die 14 septembris 1907, re mature discussa, « censuit praeferendum esse, *ut statim fiat parochia loco rectoratus et ut designentur limites novae parochiae Ausserbalen et ut difficultates inter antiquam parochiam et novam erigendam antea removeantur nominatim, ut parochus et consilium fabricae parochiae Saas-Grund formulent suas praetensiones* ».

Parochus Grundensis die 29 septembris 1907 sua postulata (eadem ac die 22 iunii) exposuit, quo facto episcopus Sedunensis decreto diei 27 septembris 1907 paroeciam Balensem erexit, idque etiam parocho ecclesiae matricis per epistolam eiusdem diei indicavit. Die 7 octobris novus parochus paroeciam Balen ingressus est. Limites novae paroeciae episcopus assignaverat limites communitatis civilis et quidem provisorio modo, uti patet ex epistola diei 16 ianuarii 1908, qua idem episcopus gubernio civili erectionem novae paroeciae annuntiavit. In dicta enim epistola episcopus provisoriae finium delimitationis hanc adducit causam, quia audivit, gubernium intentionem habere fines civiles communitatis Balen aliquatenus mutandi. Haec finium descriptio origo fuit variarum dissensionum. Incolae praesertim e parte interna dismembrationi factae se opposuerunt, quamvis aequali plus minusve intervallo a veteri et nova paroecia distarent. Inter conquerentes plures etiam erant qui in communitate Balen ne verum quidem domicilium habebant. Ut hanc vincerei oppositionem, episcopus decretum diei 27 septembris 1907 in pluribus mutavit, prouti infra videbimus.

Mutationes autem factae desideratam pacem non adduxerunt. Imo incolae Innerbalenses, ab advocato quodam anticatholico instigati, eo processerunt ut apud civilem potestatem de episcopalibus decretis conquererentur, et peterent ut erectio paroeciae in Balen nulla declararetur. Quam petitionem tamen foederale Tribunal, utpote serius propositam, reiecit. Iidem qui recursum Tribunali foederali exhibuerant, die 12 septembris 1910 supplices adierunt S. G. Concilii absolutionem implorantes ab excommunicatione quam incurrerant, simul autem postulantes ut eorum querela contra paroeciae dismembrationem apud S. Sedem disceptaretur.

Unde controversia, a Summo Pontifice H. S. T. demandata, hodie sub his inter partes concordatis dubiis dirimenda proponitur:

I. *An sustineatur fundatio paroeciae in casu.*

Et, quatenus affirmative;

II. *An et quomodo sustineatur delimitatio paroeciae iam facta, an potius nova sit praefinienda.*

Et, quatenus ad I negative;

III. *An et quomodo sit locus dismembrationi paroeciae Saas-Grund in casu.*

Ius quod attinet Rev. Domini haec animadverterunt:

In paroeciarum dismembratione prae oculis apprime habenda est Constitutio Alexandri III, *Ad audientiam* (C. 3, X, III, 48), quae de hac re praecise agit et huius est tenoris: « Ad audientiam nostram noveris « pervenisse, quod villa quae dicitur H., tantum perhibetur ab ecclesia « parochiali distare ut tempore hiemali, cum pluviae intendant, non « possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire; unde non valent « congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta ecclesia « ita dicitur reditibus abundare quod praeter illius villae proventus « minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus « quatenus, si res ita se habet, ecclesiam ibi aedifices et in ea sacer- « dotem, sublato appellationis obstáculo, ad praesentationem rectoris « ecclesiae maioris cum canonico fundatoris assensu instituas, ad susten- « tationem suam eiusdem villae obventiones ecclesiasticas percepturum, « providens tamen ut competens in ea honor pro facultate loci matrici « ecclesiae servetur, quod quidem fieri posse videtur, cum eiusdem villae « dominus viginti acras terrae frugiferae velit ad usus sacerdotis con- « ferre. Si vero persona matricis ecclesiae virum idoneum praesentare « distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem « opus ad perfectionem deduci, et virum bonum, appellationis cessante « diffugio, instituere non omittas ». Hanc Alexandri III constitutionem Concilium Trid. (sess. 21, c. 4, *De ref),* confirmavit et illustravit statuens: « In iis locis in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem paro- « chiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina « officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis « rectoribus, iuxta formam constitutionis Alexandri III quae incipit *Ad « audientiam,* constituere possint (scil. episcopi). Illis autem sacerdoti- « bus qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendo competens « assignetur portio arbitrio episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem « quomodocumque pertinentibus, et si necesse fuerit, compellere possit

« populum ea subministrare quae sufficiant ad vitam dictorum sacer-
« dotum sustentandam ».

iuxta caput *Ad audientiam* igitur nimia distantia fidelium ab ecclesia parochiali est legitima causa pro huius dismembratione; Concilium vero Tridentinum etiam aliam addit causam, scil. difficultatem itineris. Quae duae causae ex communi Doctorum sententia non copulative requiruntur, sed sufficit ut una vel altera adsit. « Undecumque », ait Fagnanus (ad cap. *Ad audientiam,* par. 19), « proveniat magna difficultas percipiendi sacra-
« menta, dicitur subesse iusta causa erigendi novam parochiam ... Ideo-
« que Concil. Trid., c. 4, sess. ¡21, alternative loquitur: "ob locorum
«distantiam sive difficultatem,,, ita ut alterutrum sufficiat». Qualis debeat esse distantia et itineris difficultas absoluta regula statui nequit: standum est hac in re prudenti episcopi arbitrio (Ferraris ad verbum *dismembratio* addit. 12, 13).

Generatim loquendo, si agatur de sola distantia, S. G. G. concessit dismembrationem attenta distantia duorum milliariorum (prout in *Ariminen.,* 18 iunii 1879 et in *Piacentina,* 18 maii 1791), dum e contrario eam denegavit prò distantia unius milliarii (prout in *Novarien.,* 18 aug. et 18 nov. 1847). Itineris vero difficultatem ita perbelle determinat Pignatelli (vol. III, cons. 230, n. 9): « Si constiterit, quod via sit montuosa,
« aspera, lutosa ac ita ardua ut parochiani sine magno incommodo, imo
« etiam periculo, pro recipiendis sacramentis et audiendis divinis officiis
« ad parochialem accedere nequeant, praesertim tempore hiemali propter
« imbres et pluvias, reputatur necessaria dismembratio sive erectio novae
« parochiae ».

Praeter distantiam et itineris difficultatem aliae quoque dari possunt dismembrationis causae, uti v. gr. antipathia inter incolas duorum locorum (Cfr. De Luca, in *Adnot. ad Conc. Trid.,* diseurs. XVI, n. 8). Interveniente igitur aliqua legitima causa, episcopus ad dismembrationem procedere poterit.

Hoc quoque notandum est, hodiedum dismembrationem facilius admitti et non amplius considerari, ut olim, tamquam remedium extremum, ad quod recurrendum non sit quoties curae animarum v. gr. per vicarium provideri potest (vide plura in Bobien. 4 martii 1911, coram Revmo Lega A. A. S., III, p. 202 sqq.). Ratio huius mitioris praxis est, quia hodie depravati mores incautae iuventutis, massonicae sectae quae veluti lupi rapaces furunt ut Christi gregem dévorent, nisi necessitatem absolutam, saltem utilitatem portendunt evidentem multiplicandi pastores. Intra populi pastores autem veros parochos praeferendos esse vicariis, nemo non videt (cfr. *Acta S. Sedis,* t. XII, p. 292).

Praeter legitimam causam pro dismembratione facienda requiruntur etiam quaedam solemnitates et quidem sequentes:

Episcopus inprimis per processum quemdam canonicum simplici ratione, non secundum subtilitates iuris exactum, inquirere debet de iustis et legitimis dismembrationis causis.

Porro requiritur consensus capituli, et citatio et auditio illorum quorum interest, uti rectoris paroeciae dismembrandae, parochianorum, patronorum.

Demum constare debet de novae paroeciae dote, qua novi parochi sustentationi consulatur, et novae paroeciae designandi sunt fines.

Inter has solemnitates consensus capituli certe requiritur ad substantiam seu sub poena nullitatis, nisi forte v. gr. in divisione parochiarum etiam exemptorum regularium, episcopus procedat tamquam delegatus Sedis apostolicae vel (uti v. gr. in Gallia) consuetudine aliud obtineat (cfr. Wernz, II, n. 267). Ratio cur necessarius sit capituli consensus, in eo est sita quod divisio paroeciae aliquam saltem secum trahit dismembrationem redituum ad antiquam ecclesiam parochialem pertinentium, et consequenter alienationem importat, quae sine capituli consensu fieri nequit. Accedit, quod ad unionem unius ecclesiae cum alia faciendam requiritur consensus capituli, ergo etiam in parochiis dividendis iuxta illud: « Omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissol- « vitur » (cfr. Reiftenstuel, 1. III, t. 48, n. 19).

Citatio vero et auditio illorum quorum interest, ad substantiam seu pro validitate dismembrationis haud requiruntur. Multo minus illorum dissensus valorem divisionis impedire potest, uti patet ex cap. *Ad audientiam,* et ex ipso Tridentino, iuxta quod episcopus ad divisionem paroeciae, si vere canonica adsit causa, procedere potest etiam invitis rectoribus, nempe illegitime invitis, nam rectores ecclesiarum sunt legitime inviti, et hinc audiendi, si deest dismembrationis causa canonica. In specie nullus habetur iuris canonici textus qui praescribat in paroeciarum dismembratione exquiri debere consensum populi, et hoc merito quidem, nam quaestio canonica, qualis est dismembratio parochiarum, non ex populi consensu vel dissensu est definienda. Imo tantum abest ut pro dismembratione requiratur populi consensus, ut populus, si dismembrationis adsit causa canonica, compelli possit ad alimenta novo parocho subministranda (Conc. Trid., 1. c). Unde etiam ex recentiori praxi S. C. Conc. citatio eorum quorum interest, contra antiquam disciplinam et antiquos auctores, non consideratur tanquam forma qua neglecta nulla sit dismembratio, sed solum tamquam solemnitas quae conferat ad causae cognitionem et ad declinandum praeiudicium (cfr. *Acta S. Sedis,*

vol. III, p. 396, et vol. X, p. 271, sq.; Ph. Hergenroether-Hollweck, *Lehrbuch d. K. K.,* n. 521).

Hisce in iure stabilitis, RR. PP. Domini, *factum quod attinet,* in primis constare censuerunt de legitima imo gravi causa dismembrationis in casu. Aderat enim non solum locorum distantia, sed etiam viarum asperitas, uti patet ex petitione incolarum Balensium diei 26 aprilis 1907, ubi inter cetera haec habentur: « Da Balen fino a Grund alia Chiesa « parrocchiale occorre un' ora di strada nella pianura. Ma soltanto poche «famiglie abitano tutto l'anno nella pianura, tutte le altre si dividono «in sette o otto località, le quali in parte sono in tale altezza che «richiedono dal livello della valle da 1 Va a ^ ore di salita. In queste « località si abita per più che la metà dell'anno, e data tale lontananza «nel periodo tempestoso e gelido dell'inverno, molti non vanno a messa « neppure le domeniche e feste ... Per questo a molti vien reso quasi « impossibile anche il ricevere i ss. sacramenti nel tempo dell' inverno, « e anche in altre stagioni la difficoltà relativa resta considerevolmente «grande». Quae veritati respondere, episcopus Sedunensis tum ex propria scientia noverat, cum ter in vallem venerit (occasione visitationis pastoralis, serius ad administrandum sacramentum confirmationis, et demum tertium « appunto nel tempo d'inverno per rendersi conto « anche meglio delle cose »), tum ex duabus relationibus iuratis parochi Wirthner, quarum ultima subscripta etiam a dismembratae paroeciae parocho Antonio Ruppen, in quem mendacii aut reticentiae suspicio certo non cadit, haec habet: «Vi sono nel comune alcuni paesi, che « devono fare un cammino di 2 ore e $^1/_2$ fino alla parrocchia di Saas-« Grund. Col tempo rigido e freddò d'inverno nelle nostre montagne, vi « può essere il caso che la strada per alcuni giorni non sia affatto aperta «e gli abitanti vi siano rinchiusi. Come venga trascurato per una tale « distanza l'insegnamento regolare di religione per i bambini, la cura «degli ammalati, etc., ognuno può immaginarlo ». Quare citatus parochus Wirthner relationem suam concludit: « L'utilità di una simile fonda-« zione pel bene spirituale e la salute delle anime degli abitanti di Aus-« serbalen, non può negarsi da alcuno che conosce le condizioni di quei « luoghi specialmente d'inverno ». Et re vera quanta fuerit necessitas erigendi parochiam in Balen, patet etiam ex-utilitate spirituali quae post dismembrationem factam iam evenit. Refert enim parochus Leo Summermatter, qui Balensi paroeciae a quatuor annis praeest, in epistola sub die 1 martii 1912 episcopo Sedunensi missa, se, cum munus assumpsit, pueros puellasque adeo invenisse ignorantes ut, quamvis iam a tribus

vel quatuor annis ad sacramenta suscipienda erant admissi, ne fundamenta quidem religionis christianae scirent. Populus propter magnam distantiam a parochia, praesertim tempore hiemali, missae sacrificio non assistebat, et ex iisdem causis sacramenta non frequentabat. Nunc populus etiam diebus non festis missae assistit et sacramentorum frequentia adeo est aucta ut numerus comunionum inde ab anno 1908 ad annum 1911 fere duplo excreverit. Existentia igitur causae canonicae pro dismembratione paroeciae in casu in dubium revocari nequit.

Nec obstat quod in municipio Balensi vici dantur qui ecclesiae matrici propriores sunt quam novae paroeciae. Ii enim qui Grundensi paroeciae sunt aliquantulum propiores, praeprimis pauci sunt numero* uti declarant tres parochi in supra citata relatione: «Diciamo e confer- « miamo piuttosto poco che troppo, che almeno due terzi della popola- « zione di Saas-Balen è più vicina alla parrocchia di Saas-Balen che « alla parrocchia di Saas-Grund ». Praeterea via quae ducit ad parochiam Saas-Balen, et si paulo longior sit, tamen, praesertim hiberno tempore, tutior est et facilior, uti iidem tres parochi testantur: « La strada da « Biedermatten a Saas-Grund, è certamente un poco più breve che « quella a Saas Balen. Il cancelliere del vescovo ed il sottoscritto hanno « fatta appositamente questa strada, e trovata una differenza di soli « cinque minuti al massimo. D'altra parte può essere però confermato, « almeno per il tempo d'inverno che dura molto a Saas (fino a 7 e tal- « volta 8 mesi), che la strada per Saas-Balen è molto più comoda, sic- « come questa è protetta per il bosco, mentre F altra per Saas-Grund « è molto esposta al vento e alla bufera». Idem fere confirmat parochus paroeciae Saas-Almagell in sua relatione de rerum statu episcopo Sedunensi die 7 novembris 1911 exhibita.

Uti de legitima dismembrationis causa, ita etiam de solemnitatum observatione constare, Dominis visum est. Sane episcopus Sedunensis dismembrationi praemisit summarium processum, ut pateret an causa canonica ex distantia aut itineris difficultate existat. Episcopus enim non solum ipse loca perlustravit, sed etiam, ut constat ex actis, parochum Wirthner expresse delegavit ut loca exploraret. Qui parochus partes sibi commissas rite explevit « dopo aver invitato a Hutegge, luogo «neutrale, il parroco di Saas Grund e il consiglio comunale di Balen « per trattare l'affare del benefizio di Balen ». Causae igitur existentia non unice constat ex assertione episcopi, sed nititur probatione ex actis, et tali ratione satisfactum est communi auctorum doctrinae, assertioni episcopi non esse standum, sed oportere ut causae probatio in acta

referatur seu ut causa aliunde constet (De Luca, disc. 45, n. 6; Pyrrhus Corradus, *Prax. Benef.,* 1. III, c. 2, n. 9).

Praeterea parochus Grundensis, ut ipse fatetur, bis ab episcopo fuit invitatus ut sua exponeret postulata; bis etiam id praestitit et quidem die 22 iunii et 24 septembris 1907. Dos quoque adest legitime constituta. Nam oblatores viginti millium libellarum, ad dotationem securiorem reddendam, bona sua in hypothecam legalem dederunt. Nec deest domus pro parocho; oblatores enim, cum prima non esset sat ampla et apta, iam aliam emerunt.

Difficultas solummodo adesse videtur quoad capituli consensum, qui quidem obtentus fuit die 14 septembris 1907, sed tantum pro erigenda parochia in parte exteriore seu in Ausserbalen. Episcopus vero, decreto die 27 septembris 1907, parochiam erexit complectentem totam Balen scil. tum exteriorem, tum interiorem, quod contra capituli mentem et conditionem fuisse asserit pars adversa: proinde nullus est dicendus capituli consensus. Ad quam obiectionem Domini Auditores animadverterunt, capituli consensum requiri quidem substantialiter seu sub poena nullitatis pro dismembratione in genere, non autem in specie pro modo et forma quibus dismembratio est facienda. Modus enim et forma pendent ab episcopi prudenti arbitrio. Unde decreta de consensu capituli dismembratione in genere, episcopi est, dotem novae paroeciae assignandam praefinire, territorium delineare, aliaque similia peragere et quidem absque novo capituli consensu vel consilio. In casu episcopus Sedunensis capituli consensum obtinuit pro erigenda parochia; ipse autem, ut bono fidelium consuleret, hanc novam parochiam ad totum municipii Barensis territorium, seu etiam ad Innerbalen, extendendam esse censuit. Idque prudenter. Nam haec finium descriptio nulli damnum pariebat, quia incolae Innerbalen aequali fere intervallo a veteri et nova paroecia distant; imo pro aliquibus, ut supra fuit expositum, via ad novam paroeciam tutior est et commodior. Reliquae conditiones a capitulo positae adamussim fuerunt observatae.

Hisce omnibus attentis, RR. PP. Domini censuerunt, dismembra tionem ab episcopo Sedunensi fuisse legitime ac rite peractam, proindeque eam sustineri; praesertim cum nil detrahendum sit praebendae ecclesiae matricis pro constituenda novae paroeciae dote. Quando enim dos ad sustentationem novi parochi sufficiens in promptu est, tunc dismembratio facilius conceditur, uti legitur in ephemeride *11 Monitore Ecclesiastico,* vol. XV, p. 341 : « Nello smembramento suolsi procedere « con rigore quando si deve intaccare la congrua del parroco princi- « pale, essendo in tale caso lo smembramento cosa odiosa; ma quando

« la congrua della nuova parrocchia è formata diversamente, allora lo « smembramento non è più odioso e si concede con facilità. È questa « pure la prassi odierna della S. G. del Concilio ». Et haec quidem quoad .primum propositum dubium.

Quod vero attinet secundum dubium, Domini haec observarunt:

In iure praescribitur, ut episcopus parochiae dismembratae territorium assignet bene circumscriptum et ab omni alia parochia distinctum (Conc. Trid., sessio 24, c. 13, *de ref.;* cfr. etiam Wernz, II, n. 266).

Huic praecepto episcopus Sedunensis in erectione parochiae Balensis plene satisfecit. Et revera, quamvis hac super re non extet solemne et formale decretum, quod ceteroquin non ad valorem actus requiritur sed tantum ad probationem divisionis factae inservit, adsunt tamen documenta aequivalentia, ex quibus delimitatio finium novae paroeciae clare patet. Episcopus enim in epistola data parocho Saas-Grundensi die 17 septembris 1907, parochiam noviter erectam circumscriptam esse dicit limitibus municipii Balensis: «Conia presente Le significo solamente « che nella communità di Baien ho fondata una parrocchia e pronun« ziata la sua separazione dalla chiesa madre di Saas-Grund ».

Delimitatio ergo novae paroeciae facta erat iuxta confinia civilia. Id expresse affirmatur in epistola ad parochos et fideles Grundenses et Balenses diei 7 aprilis 1908, ubi haec leguntur: « I confini civili dei «comune di Balen formano anche i confini della nuova parrocchia».

Haec tamen finium descriptio, ut supra dictum est, variarum dissensionum origo fuit. Unde episcopus, optima ductus intentione, decretum diei 27 septembris 1907 in pluribus mutavit. Iam die 22 novembris 1907 declaratum fuit quinam paroeciae noviter erectae ratione domicilii subditi censeantur: « Alla parrocchia di Balen appartengono tutti « coloro i quali hanno la loro sede abituale principale nel comune di « Balen, ossia tutti coloro che vi abitano per più di un semestre ». Quae ordinatio data est, ut eorum removeretur oppositio qui in municipio Balensi sensu canonico domicilium non habebant, cum maiorem anni partem iri Saas-Grund habitárent.

Dicta ordinatio repetita fuit die 7 aprilis 1908, simulque in commodum fidelium trium vicorum decretum: « I confini civili del comune «di Balen formano anche i confini della nuova parrocchia. Una ecce« zione a tale ordinamento noi permettiamo per motivo delle circo« stanze di luogo soltanto:

« 1) ai tre casolari di Tamatten che pur sono nel territorio di Balen;

« 2) alle due frazioni di Fluh e Imsegg: queste tre frazioni deb« bono appartenere all'antica parrocchia come prima ».

Postremo die 18 martii 1909 incolis pagi Biedermatten, qui praecipui erant dissidiorum excitatores, liberum relictum est alterutrum ex duobus parochis pro ministeriis parochialibus adeundi, seu utrique parocho eadem concessa est iurisdictio quoad dictum pagum: « NelFinte-« resse della pace e delia religione, il revmo Mons. Vescovo, ha indotto « i seguenti mutamenti nella istituzione della parrocchia di Balen. I « revmi signori parroci di Balen e di Grund, hanno la medesima giu-« risdizione in Biedermatten. Gli abitanti di questo paese possono quindi « a loro piacimento rivolgersi all'uno o all'altro di questi due reverendi « signori parroci ».

Quas mutationes, etsi dismembrationem semel factam non irritent, probandas non esse censuerunt Patres Domini. Nam parochiarum confinia certa, determinata, perpetua esse debent; ita ut mutari nequeant a privatis civibus, aut a civili auctoritate, imo ne ab episcopo quidem, nisi in casibus a iure permissis (Bouix, *de Paroc.*, p. 2, c. 4, prop. 1). Unde fas non est episcopo, constituta ex legitima causa parochia et determinatis iam limitibus, mutationes inducere nisi ad formam iuris; hanc autem episcopum Sedunensem in casu observasse non constat. Ex quo iam sequitur, exceptionem factam die 7 aprilis 1908 quoad vicos Tamatten, Fluh et lmsegg non sustineri.

idem fere valet de dispositione episcopali iuxta quam ad novam parochiam pertinere debeant ii tantum qui ibi commorentur ultra sex menses, siquidem in praxi valde difficile erit decernere quinam in territorio Balensi ultra vel citra praefatum tempus commorati fuerint; et sic magna confusio oriretur in exercitio iurisdictionis parochialis, et lites et quaestiones inter parochos vix vitarentur, praesertim occasione celebrationis matrimonii, funeris etc. Ex actis porro patet, cives illos qui laborum causa per longius tempus et forte ultra sex menses in communitate Balensi degunt, ibi non sine intermissione sed diversis anni temporibus commorari, verum autem domicilium in parochia Saas-Grund habere. Quo posito, maior etiam esset confusio in exercitio iurisdictionis parochialis, si citata dispositio episcopalis sustineretur.

Quod demum attinet decretum diei 18 martii 1909 relate ad cives vici Biedermatten, Domini Auditores censuerunt illud esse contra Concilium Trid., quod, sess. 24, c. 13, *de ref.*, « mandat episcopis pro tutiori «animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas pro-« priasque parochias unicuique suum perpetuum peculiaremque paro-« chum assignent, qui eas cognoscere valeat, et a quo solo ipse licite « sacramenta suscipiat ». Cumulata ergo duorum parochorum in idem territorium iurisdictio est prohibita. Nam, uti confinia parochialia certa

et determinata esse debent, ita etiam iurisdictio parochialis certa et determinata sit oportet (cfr. Scherer, *Handbuch des Kirchenrechtes,* p. 637).

Talis autem non esset iurisdictio in paroecia Balen, si dictum decretum ratum haberetur. Unde incolae pagi Biedermatten subditi manere debent paroeciae Balen, prout statutum fuerat delimitatione facta die 27 septembris 1907,

Hisce in iure et facto consideratis et sedulo perpensis, nos infrascripti Auditores de Turno, Christi Nomine invocato, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, ad dubia proposita respondemus:

ad 1) *affirmative,* seu *sustineri fundationem paroeciae in casu;*

ad 2) *affirmative quoad primam partem,* seu *sustineri delimitationem factam die 27 septembris 1907, exclusis mutationibus postea inductis;*

ad 3) *provisum in primo;* - statuentes et mandantes ut iudiciales expensae compensentur inter partes; taxa vero expeditionis sententiae pro medietate ab utraque parte solvatur.

Ita pronunciamus, declaramus, sententiamus, statuentes ut illi ad quos spectat, executioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum et praesertim Cap. 3, sess. XXV *de ref.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 2 aprilis 1912.

Antonius Perathoner, *Ponens.*
Iosephus Alberti.
Petrus Rossetti.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD PRAECLARAM DOMINAM BARONISSAM DE MONTENACH, PRAESIDIS QUAE VICES GERIT SOCIETATIS CATHOLICAE OPERUM DE PROTEGENDA IUVENE, OCCASIONE SEXTI CONGRESSUS EIUSDEM SOCIETATIS, AUGUSTAE TAURINORUM HABITO.

Pregma Signora Baronessa,

Mi è grato parteciparle che il Santo Padre Pio X ha ricevuto con piacere la notizia che l'Associazione Cattolica Internazionale delle Opere di protezione della Giovane terrà prossimamente in Torino il VI Congresso Internazionale, e **fin** da questo momento Egli invoca su quanti vi prenderanno parte l'assistenza della divina grazia, affinchè pari all'aspettazione siano i frutti del loro zelo. E vi è davvero ragione di attenderne copiosi da una così larga cooperazione di forze e dalla sperimentata operosità di presidenti e di socie, il cui cuore sa così santamente diffondersi fuori delle domestiche pareti, per formarsi nelle giovani operaie una nuova famiglia adottiva, alla quale, insieme al lavoro quotidiano, si vuole assicurata la più preziosa delle eredità: la fede e il buon costume.

Nell'Indirizzo testé inviato ai Santo Padre Ella insisteva molto opportunamente nel rilevare il carattere di aperta confessionalità che fin dal suo primo nascere si è voluto dare e gelosamente mantenere all'Associazione; e Sua Santità si è compiaciuta di questa santa ostentazione, alla quale fanno degna corona i bei sentimenti di devoto attaccamento alla Santa Sede e d'incondizionata sottomissione alle direttive pontifìcie, espressi nell'Indirizzo medesimo. Queste ottime disposizioni sono all'Associazione sicuro pegno degli aiuti del Cielo ed al Congresso augurio di buon esito. L'Augusto Pontefice aggiunge ben volentieri l'apostolica Sua benedizione e con essa invoca su di Lei, Signora Baronessa, sul Congresso medesimo e sulle iniziative che ne consacreranno la felice riuscita, sul Comitato Internazionale, su i dieci rami nazionali, sulle rispettive presidenti e socie le più larghe benedizioni di Dio, che siano a tutti di conforto a proseguire con alacrità in questo santo apostolato, sicuri che colla protezione delle giovani operaie essi coopereranno alla formazione di buone madri, di ottime famiglie cristiane, dalle quali ha tanto da sperare la Chiesa e la civile società.

Con sensi di distinta stima, passo al piacere di raffermarmi

Di Lei, Pregiatissima Signora Baronessa,

Roma, 20 maggio 1912.

Devmo

R. CARD. MERRY DEL VAL.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

i.

DE AUCTORE, DE TEMPORE COMPOSITIONIS ET DE HISTORICA VERITATE EVANGELIORUM SECUNDUM MARCUM ET SECUNDUM LUCAM.

Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio « De Re Biblica » ita respondendum decrevit:

T. Utrum luculentum traditionis suffragium inde ab Ecclesiae primordiis mire consentiens ac multiplici argumento firmatum, nimirum disertis sanctorum Patrum et scriptorum ecclesiasticorum testimoniis, citationibus et allusionibus in eorumdem scriptis occurrentibus, veterum haereticorum usu, versionibus librorum Novi Testamenti, codicibus manuscriptis antiquissimis et pene universis, atque etiam internis rationibus ex ipso sacrorum librorum textu desumptis, certo affirmare cogat Marcum, Petri discipulum et interpretem, Lucam vero medicum, Pauli adiutorem et comitem, revera Evangeliorum quae ipsis respective attribuuntur esse auctores ?

R. Affirmative.

IT. Utrum rationes, quibus nonnulli critici demonstrare nituntur postremos duodecim versus Evangelii Marci (Marc, XVI, 9-20) non esse ab ipso Marco conscriptos sed ab aliena manu appositos, tales sint quae ius tribuant affirmandi eos non esse ut inspiratos et canonicos recipiendos; vel saltem demonstrent versuum eorumdem Marcum non esse auctorem ?

R. Negative ad utramque partem.

III. Utrum pariter dubitare liceat de inspiratione et canonicitate narrationum Lucae de infantia Christi (Luc, I-II), aut de apparitione Angeli Iesum confortantis et de sudore sanguineo (Luc, XXII, 43-44); vel solidis saltem rationibus ostendi possit - quod placuit antiquis haereticis et quibusdam etiam recentioribus criticis arridet - easdem narrationes ad genuinum Lucae Evangelium non pertinere?

R. Negative ad utramque partem.

IV. Utrum rarissima illa et prorsus singularia documenta in quibus Canticum *Magnificat* non beatae Virgini Mariae, sed Elisabeth tribuitur, ullo modo praevalere possint ac debeant contra testimonium concors

omnium fere codicum tum graeci textus originalis tum versionum, necnon contra interpretationem quam plane exigunt non minus contextus quam ipsius Virginis animus et constans Ecclesiae traditio?

R. Negative.

V. Utrum, quoad ordinem chronologicum Evangeliorum, ab ea sententia recedere fas sit, quae, antiquissimo aeque ac constanti traditionis testimonio roborata, post Matthaeum, qui omnium primus Evangelium suum patrio sermone conscripsit, Marcum ordine secundum et Lucam tertium scripsisse testatur; aut huic sententiae adversari vicissim censenda sit eorum opinio quae asserit Evangelium secundum et tertium ante graecam primi Evangelii versionem esse compositum?

R. Negative ad utramque partem.

VI. Utrum tempus compositionis Evangeliorum Marci et Lucae usque ad urbem Ierusalem eversam differre liceat; vel, eo quod apud Lucam prophetia Domini circa huius urbis eversionem magis determinata videatur, ipsius saltem Evangelium obsidione iam inchoata fuisse conscriptum, sustineri possit?

R. Negative ad utramque partem.

VII. Utrum affirmari debeat Evangelium Lucae praecessisse librum *Actuum Apostolorum (Act., I,* 1-2); et quum hic liber, eodem Luca auctore, ad finem captivitatis Romanae Apostoli fuerit absolutus *(Act,* XXVIII, 30-31), eiusdem Evangelium non post hoc tempus fuisse compositum?

R. Affirmative.

VIII. Utrum, prae oculis habitis tum traditionis testimoniis, tum argumentis internis, quoad fontes quibus uterque Evangelista in conscribendo Evangelio usus est, in dubium vocari prudenter queat sententia quae tenet Marcum iuxta praedicationem Petri, Lucam autem iuxta praedicationem Pauli scripsisse; simulque asserit iisdem Evangelistis praesto fuisse alios quoque fontes fide dignos sive orales sive etiam iam scriptis consignatos?

R. Negative.

IX. Utrum dicta et gesta, quae a Marco iuxta Petri praedicationem accurate et quasi graphice enarrantur, et a Luca, *assecuto omnia a principio diligenter* per testes fide plane dignos, quippe *qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis* (Luc, I, 2-3), sincerissime exponuntur, plenam sibi eam fidem historicam iure vindicent quam eisdem semper praestitit Ecclesia; an e contrario eadem facta et gesta censenda sint historica veritate, saltem ex parte, destituta, sive quod scriptores non fuerint testes oculares, sive quod apud utrumque Evangelistam defectus ordinis ac discrepantia in successione factorum haud raro

deprehendantur, sive quod, cum tardius venerint et scripserint, necessario conceptiones menti Christi et Apostolorum extraneas aut facta plus minusve iam imaginazione populi inquinata referre debuerint, sive demum quod dogmaticis ideis praeconceptis, quisque pro suo scopo, indulserint?

R. Affirmative ad primam partem, negative ad alteram.

IL

DE QUAESTIONE SYNOPTIGA SIVE DE MUTUIS RELATIONIBUS INTER TRIA PRIORA EVANGELIA.

Propositis pariter sequentibus dubiis Pontificia Commissio « De Re Biblica » ita respondendum decrevit:

I. Utrum, servatis quae iuxta praecedenter statuta omnino servanda sunt, praesertim de authenticitate et integritate trium Evangeliorum Matthaei, Marci et Lucae, de identitate substantiali Evangelii graeci Matthaei cum eius originali primitivo, necnon de ordine temporum quo eadem scripta fuerunt, ad explicandum eorum ad invicem similitudines aut dissimilitudines, inter tot varias oppositasque auctorum sententias? liceat exegetis libere disputare et ad hypotheses traditionis sive scriptae sive oralis vel etiam dependentiae unius a praecedenti seu a praecedentibus appellare?

R. Affirmative.

II. Utrum ea quae superius statuta sunt, ii servare censeri debeant, qui, nullo fulti traditionis testimonio nec historico argumento, facile amplectuntur hypothesim vulgo *duorum fontium* nuncupatam, quae compositionem Evangelii graeci Matthaei et Evangelii Lucae ex eorum potissimum dependentia ab Evangelio Marci et a collectione sic dicta sermonum Domini contendit explicare; ac proinde eam libere propugnare valeant ?

R. Negative ad utramque partem.

Die autem 26 iunii anni 1912, in audientia utrique Rmo Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus noster Pius Papa X praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, diei 26 iunii 1912.

FULCRANUS VIGOUROUX, Gr. S. Sulp.
L. © S. LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.
Consultores ab Actis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

Il giorno 4 giugno 1912, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Ordinaria Particolare dei sacri Riti, nella quale sono state sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, le seguenti cause:

I° Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella curia di Montréal, sopra un asserto miracolo della Ven. Serva di Dio Margherita Bourgeoys, fondatrice della Congregazione delle Suore di Nostra Signora in Montréal.

2° Intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella curia di Coriza sopra la fama di Santità in genere del Ven. Servo di Dio Domenico Blasucci, chierico della Congregazione del Ssmo Redentore.

3° Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari, costruiti nella curia di Napoli per la Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, fondatrice delle Suore della Carità.

4° Finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VII! non mai prestato alla Ven. Serva*di Dio Adelaide Cini, fondatrice dell'Ospizio del Sacro Cuore di Gesù in Malta.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Ad accompagnare l'Emo Sig. Cardinale Guglielmo van Rossum, Legato Pontificio al Congresso Eucaristico che avrà luogo a Vienna nel prossimo mese di settembre, il Santo Padre si è degnato di destinare:

1. Mons. Giacomo Sinibaldi, Protonotario Apostolico, Canonico Vaticano, Rettore del Collegio Portoghese in Roma.

2. Il Signor Barone Ernesto Schönberg-Roth-Schönberg, Cameriere Segreto di spada e cappa di numero di Sua Santità.

3. Don Luigi dei principi Lancellotti, Cameriere Segreto di spada e cappa soprannumerario di Sua Santità.

4. Mons. Giovanni Borkovic, Cameriere d'onore in abito paonazzo di Sua Santità, Rettore della Chiesa di S. Girolamo degli Schiavoni in Roma.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

15 Giugno 1912. — L'Emo Sig. Cardinale Sebastiano Martinelli, *Protettore delle Terziarie Domenicane con Casa Madre a Sisinawa, Wisconsin, Stati Uniti d'America.*

20 Giugno. — Mons. Eugenio Pacelli, *Pro-Segretario della sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici straordinari.*

— Mons Sante Tampieri, *Sotto-Segretario della medesima sacra Congregazione.*

SO giugno. - L'Emo Sig. Cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore della Congregazione Belga delle Missionarie di S. Agostino.*

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

11 Giugno 1912. — Mons. Pietro Maria Gendreau, Vescovo titolare di Crisopoli e Vicario Apostolico del Tonchino occidentale.

19 Giugno. — Mons. Silverio Gomes Pimenta, Arcivescovo di Marianna.

— Mons. Carlo Lavigne, Vescovo di Trincomalie.

— Mons. Adolfo Medlycott, Vescovo titolare di Tricornia.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium :

6 Giugno 1912. — Il Rev. Canonico Tommaso Pfauser, Custode della chiesa cattedrale di Budweis.

14 Giugno. — Mons. Francesco Bickerstaffe-Drew, Prelato Domestico di S. S.

20 Giugno. — Mons. Cesare Chichizola, Priore prevosto di S. Giacomo in Carignano a Genova.

Prelati domestici di S. S. :

11 Giugno 1912. — Il Rev. Angelo Vinci, Canonico della cattedrale di Città di Castello.

— 11 Rev. Luigi Pirhofer, Parroco decano di Merano, nella diocesi di Trento.

18 Giugno. — Il Revmo Mons. Nicolò d'Amico, Canonico della Basilica Lateranense.

22 Giugno. — Il Rev. Giuseppe Gabriele Pinten, Vicario generale della diocesi di Sault Ste-Marie e Marquette.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

24 Maggio 1912. — Mons. Ignazio Wegrzynowski, della dioc. di Premislia.

11 Giugno. — Mons. Michele Léon Prado, dell'archid. di Santiago (Chili).

21 Giugno. — Mons. Luigi Centoz, Minutante della Segreteria di Stato.

24 Giugno. — Mons. Ugo Geyer, dell'archidiocesi di Praga.

Camerieri d'onore di S. S. in abito paonazzo :

10 Giugno 1912. — Mons. Giuseppe Leone Gallardo, dell'Archidiocesi di Buenos-Aires.
24 Giugno. — Mons. Felice Fortina, della diocesi di Novara.
— Mons. Leone Schmidt, della diocesi di Nitria.
— Mons. Edoardo Mihalovics, della medesima diocesi.
— Mons. Stefano Német, della medesima diocesi.
— Mons. Carlo Baumgärtl, dell'archidiocesi di Praga.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

31 Maggio 1912. — Sig. Guglielmo Dooley, dell'archidiocesi di Boston.
25 Giugno. — Don Luigi dei Principi Lancellotti di Roma.

ONORIFICENZE.

Con biglietti e con brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 Giugno 1912. — Al Sig. Architetto Luciano Magne, Ispettore generale dei monumenti storici a Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 Giugno 1912. — Al Sig. Architetto Pietro Guilbert, di Parigi.
— Al Sig. Giustino Goichot, della stessa città.
10 Giugno. — Al Sig. Giovanni Francesco di Sales Carrara, Console della Repubblica di Colombia in Gibilterra.
18 Giugno. — Al Sig. Alessio Moreto Plantyn, domiciliato nel Castello di Eeckeren.
— Al Sig. Adolfo Hardy, dell'archidiocesi di Malines.
22 Giugno. — Al Sig. Federico Tarnaud, di Limoges.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

18 Giugno 1912. — Al Sig. Agostino Stalins, di Anversa.

NECROLOGIO.

20 Giugno 1912. — Mons. Giuseppe Ortiz, Arcivescovo di Guadalajara.
— Mons. Mariano Markovic, dei Minori, Vescovo titolare di Dañaba, Amministratore apostolico di Banjaluca.
26 Giugno. — Mons. Giuseppe Altenweisel, Principe Vescovo di Bressanone.

Annus IV. - Vol. IV. Die 15 Iulii 1912. Num. 13.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE.

DE PROVISIONE DIACONIAE S. CAESAREI IN PALATIO

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto Filio Nostro Gulielmo, S. Caesarei in Palatio, S. R. E. Diacono Gardinali, van Rossam nuncupato, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum Nos, venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et apostolicae potestatis plenitudine, Te in eiusdem S. R. E. Diaconum Cardinalem duxerimus assumendum, res omnino postulat ut e denominationibus Diaconorum Cardinalium propriis unam aliquam tibi conferamus; cumque ecclesia S. Caesarei in Palatio, quae ex eo numero est, et cui dilectus Filius Noster Ioseph S. R. E. Cardinalis, Prisco nuncupatus, ultimus praesidebat, per Eius dimissionem, e Diaconorum in Presbyterorum Cardinalium ordinem transeuntis, in praesens vacans existat, eidem ecclesiae te praeficere ac eamdem dignitatis tuae esse et dici denominationem statuimus.

Auctoritas quidem et iurisdictio Patrum Cardinalium, qui ab ecclesia S. Caesarei in Palatio denominandi essent, per fel. rec. Clementem Papam octavum, decessorem Nostrum, certis de causis, de consensu Cardinalis tunc temporis eidem ecclesiae praepositi, iis fuit circumscripta finibus, ut ecclesia eiusque bonis ac reditibus uterentur ac fruerentur pium Institutum, seu Collegium, quod ipse Clemens octavus condidit

habuitque carissimum, simulque Clerici eidem Collegio praefecti et qui Cardinalis Protectoris munere fungeretur. Quas tamen causas quum nunc temporis minime valere constet, easque ut nullius roboris habeamus, decernimus beneficium, a fel. rec. decessore Nostro Clemente Papa octavo pio Instituto, seu Collegio eiusque Praesidibus et Cardinali Protectori supra memoratis collatum, esse desiisse, et habendum deinceps ac si nunquam concessum fuisset; irritumque propterea et nullum, quatenus opus sit, beneficium idem apostolica auctoritate declaramus. Nos igitur, de praefatorum venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium item consilio, eiusdem apostolicae auctoritatis plenitudine, dictam ecclesiam S. Caesarei in Palatio cum omnibus et singulis suis aedificis, cappellis, domibus, aedibus, proprietatibus, possessionibus, membris, pertinentiis, fructibus, reditibus, iuribus, iurisdictionibus, bonis, quae ab eadem Diaconia alienari omnino nequeunt, Tibi, dilecte Fili Noster, pro tui Cardinalatus denominatione concedimus et assignamus, Teque ipsi ecclesiae S. Caesarei in Palatio in Diaconum Cardinalem praeficimus, curam, regimen et administrationem eiusdem Diaconiae in spiritualibus et temporalibus tibi plenarie committendo, ita ut liceat tibi regiminis et administrationis eiusdem ecclesiae S. Caesarei in Palatio, ac illius iurium, iurisdictionum ac pertinentiarum dictarum possessionem, seu quasi possessionem per te, vel per alium aut alios nomine tuo, propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam retinere, ipsamque ecclesiam S. Caesarei in Palatio in eisdem spiritualibus et temporalibus regere et plenissime gubernare.

Tuum propterea, dilecte Fili Noster, erit dare operam ut divini cultus splendor in vetusta Diaconia denuo fulgeat ad maiorem Dei omnipotentis gloriam et ad animarum salutem.

Curam igitur et administrationem, quam Tibi per haec apostolica scripta mandamus, sic exercere studebis sollicite, fideliter ac prudenter ut ecclesia ipsa S. Caesarei in Palatio gubernatori provido ac vigili administratori gaudeat se commissam; Tuque praeter aeternae retributionis praemium Nostram et Sedis apostolicae benedictionem et gratiam inde uberius consequi merearis.

Per praesentes etiam mandamus omnibus eiusdem ecclesiae S. Caesarei in Palatio ratione tibi subditis personis ut Tibi pareant atque obediant; alioquin poenas quas Tu statuens in rebelles ratas habebimus, et faciemus, auctore Domino, inviolabiliter observari.

Et insuper ut Cardinalatus dignitati et splendori aptius consulere queas, motu proprio et ex mera Nostra liberalitate, deque apostolicae potestatis plenitudine, Tibi, etiam postquam pacificam possessionem,

seu quasi possessionem regiminis et administrationis praefatae ecclesiae S. Caesarei in Palatio ac illius bonorum, si quae sint, assecutus fueris, facultatem concedimus una cum illa, quando eidem praefueris, omnia et singula alia officia et beneficia, quae ex quibusvis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, aut alias quomodolibet obtines, aut in quibus, vel ad quae ius Tibi quomodolibet competit, ut prius et quoad vixeris libere et licite retinendi, ac ius Tibi in illis, vel ad illos quomodolibet competens, prosequendi, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo undecimo, die trigesima mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno nono.

A. CARD. AGLIARDI, *S. R. E, Cancellarius.*

VISA

Loco *ifr* Plumbi.

M. RIGGI C. A., *Not.*

Reg. in Cane. Ap. N. 98.

EPISTOLA.

AD R. P. LEOPOLDUM FONCK, S. J., PONTIFICII INSTITUTI BIBLICI PRAESIDEM, DE DIPLOMATIS FORMULA DISCIPULIS OPTIME MERITIS AB EODEM INSTITUTO APOSTOLICA AUCTORITATE TRIBUENDI.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad pontificium Institutum Biblicum, operi feliciter inchoato fastigium quodammodo imponentes, cogitationes iterum curasque convertimus. Cum enim sit in exitu primum triennium quo studiorum ibidem curriculum absolvitur, neque desint qui periclitata, superioribus annis, laudabiliter doctrina se pares sentiant ultimo eique maximo subeundo experimento, tempus iam postulat ut diploma, cuius impertiendi fecimus Instituto facultatem per litteras *Iucunda sane* die xxn martii MCMXI, qua sit perscribendum formula decernamus. Eam igitur hisce verbis conceptam volumus:

« Cum Reverendus Dominus....... condicionibus omnibus a legibus « Pontificii Instituti Biblici requisitis satisfecerit et legitimis Doctorum « suffragiis in triplici doctrinae experimento....... probatus fuerit, vi « facultatum ab Apostolica Sede Nobis concessarum, ipsum lectorem

« seu professorem Sacrae Scripturae declaramus et pronunciamus, eidem« que authenticum documentum hisce concedimus testimonialibus litteris, sigillo Instituti ac Praesidis subscriptione munitis».

Visa quidem haec est formula Academiae proposito congruere eique opinionem conciliare maiorem; cum eorum qui facto periculo statuta retulerint suffragia, non doctrinam tantum commendet, sed ius quoque iisdem tribuat ad rei biblicae magisterium, suffragantibus Ordinariis, gerendum. Inde autem hoc etiam sequetur com modi ut qui diplomate aucti sint, docendo, scribendo sibi viam muniant ad academicos gradus, quos conferendi uni pontificiae Commissioni Biblicae ius potestatemque reservamus.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, ceterisque Instituti doctoribus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II iunii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus Dominus Noster Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

6 maii 1912. — Titulari ecclesiae episcopali Clazomensi praefecit sac. Patritium T. Ryan, dioecesis Pembrokiensis, ibique vicarium generalem et parochum loci vulgo Renfrew.

11 iunii. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Chersonensi sacerdotem Donaldum Aloisium Mackintosh, archidioecesis Glasguensis, ibique vicarium generalem et praepositum capituli metropolitani.

18 iunii. — Metropolitanae ecclesiae Bambergensi sac. Ioannem Iacob Hauck, eiusdem dioecesis, ibidem parochum ecclesiae S. Elisabeth in civitate *Nürnberg.*

24 iunii. — Titulari ecclesiae episcopali Lamiensi sac. Ioannem Me Intyre, canonicum theologum metropolitanae ecclesiae Birmingamiensis, quem constituit Auxiliarem revmi Eduardi Ilsley, archiepiscopi Birmingamiensis.

28 iunii. — Titulari ecclesiae episcopali Azotensi sac. Ioannem Iosephum McCort, archidioecesis Philadelphiensis, ibidem vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem revmi Edmundi Prendergast, archiepiscopi Philadelphiensis.

— Titulari ecclesiae episcopali Philippopolitanae sac. Georgium Gauthier, ecclesiae metropolitanae Marianopolitanae canonicum et parochum, quem constituit Auxiliarem revmi Pauli Bruchèsi, archiepiscopi Marianopolitani.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I.

DECRETUM.

LIMITES PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE ZAMBESE AD ORIENTEM INNOVENTUR.

Quo melius orientales limites Praefecturae apostolicae de Zambese definirentur et contermini Vicariatus Nyassae territorium opportunius determinaretur, Emi Patres S. huius Consilii christiano Nomini Propagando, in plenariis comitiis die 24 vertentis mensis habitis, praedictos Praefecturae limites innovandos ac proferendos esse censuerunt, sequentia ad orientem confinia statuentes : territorium Lusitanicum Mozambicae usque ad XV latitudinis meridionalis gradum, deinde Luangwa, Lukasashi et Mlembo flumina usque ad angulum meridio-orientalem Congi Belgici.

Quam sententiam ab infrascripto S. huius Congregationis Secretario Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X in audientia eiusdem diei relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, atque praesens ea de re Decretum confici mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. C. de Prop. Fide, die 28 iunii anni 1912.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

C. Laurenti, *Secretarius.*

IL

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

27 iunii 1912. — *Episcopus titularis Tipositanus et Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii apostolici Unianiembensis in Africa centrali,* R. P. Henricus Léonard, e Societate Missionariorum Africae.

S. CONGREGATIO INDICIS

Decreto S. Congregationis diei 6 maii proxime elapsi laudabiliter se subiecit Aloisius Izsóf.

Romae, die 8 iulii 1912.

Thomas Esser O. P., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

TRANSYLVANIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (PETER-NAGY).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 1 maii 1912, RR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Ioseph Mori, Auditores de turno, in causa* « Transylvanien. - Nullitatis matrimonii », *inter* Barbaram Peter, *repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum Henricum Benvignati advocatum, et* Ioannem Nagy, *interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore? sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Species facti. - Barbara Peter, unica proles genitorum rusticae conditionis, cui tota modica eorumdem fortuna obventura erat, dum quindecim erat annorum, promissa fuit in matrimonium sartori cuidam, nomine Ioanni Nagy, quem Barbara maxime adversabatur. Cum postulatores, iuxta morem regionis receptum, simul cum Ioanne domum paternam puellae ingressi sint ut eam solemniter a patre in uxorem

Joannis peterent, adstitit illa frigida et tacita et, non obstante sollicitatione postulatoris principalis, manum suam futuro sponso porrigere noluit.

Eundem dein domum saepius visitantem aegre omnino ferebat, atque illi quaevis amoris signa constanter denegabat. Austerae indolis pater, parvipendens filiae aversionem, in urgendo matrimonio perstitit, et die nuptiarum puellam tristem et plangentem usque ad altare ubi caeremonia nuptialis peracta fuit, praeter patriae morem, secutus est.

Convivio nuptiali moesta interfuit sponsa, et amare plorabat: nec verbum sponso dicere voluit; ipse vero coram amicis et parentibus post prandium ad saltum conventis, ira succensus, illam ictu pedis ferire attentavit. Matrimonium nonnisi vi consummatum est, et vitae consortium adeo rixis et iurgiis turbatum est ut vir domum parentum, ubi coniuges habitabant, bis reliquerit. Reversus dein ad breve spatium, novis exorientibus dissidiis, eam tandem octodecim menses post matrimonium celebratum deseruit, et civile divortium obtinuit.

Mortuo puellae patre, ipsa matrimonium nullitate accusavit ex capite vis et metus apud curiam dioecesanam, quae matrimonium nullum atque irritum declaravit, et in gradu appellationis sententia confirmata est a curia metropolitana Calocensi die 13 ianuarii 1910.

Hodie causa H. S. Ordini diiudicanda proponitur sub consueta dubii formula: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ius quod attinet. - Quamvis in corpore Iuris non extet proprius titulus de impedimento dirimente vis et metus, doctrina canonica circa naturam huius impedimenti ex variis locis *Collectionis Authenticae* ab auctoribus depromitur, et praesertim ex capitibus 14, 15 et 28 *De Sponsal.* in libro quarto *Decretalium.* Ita Alexander III (in cap. *Cum locum,* 14, *De Sponsal.)* decernit: « Cum locum non habeat consensus ubi metus « et coactio intercedit, necesse est ut, ubi assensus cuiusque requiritur, « coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu con« trahitur, et ubi de ipso quaeritur, plena debet ille securitate gaudere « cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod « odit, et sequatur exitus qui de invitis solet nuptiis provenire ». Unde docent auctores per metum gravem iniuste a causa libera incussum ad extorquendum consensum matrimonialem, saltem iure ecclesiastico, matrimonium dirimi. Metus gravis esse debet, seu cadens in virum constantem, uti exponitur in cap. 15 *Veniens,* et cap. 28 *Consultationi,* eiusdem tituli.

Gravis dicendus est metus, si talis est pro persona patienti, qui credit malum grave sibi probabiliter imminere cui facile occurrere non potest,

et ex alia parte metum inferens potens est et solitus minas exequi. Potest etiam matrimonium irritare metus reverentialis, seu « futuri mali existimatio, quod ab his metuimus in quorum potestate sumus » (D'Annibale, vol. I, n. 138, not. 16), quotiescumque nimirum dici potest metum reverentialem patientem imperio coactum patris, domini, etc. matrimonium contraxisse. Impedimentum, igitur, ex capite metus non habetur ex eo quod metum passus matrimonium non contraxisset nisi pater urgeret: non enim invitus agit qui ideo facit ut morem alterius gerat: in hoc casu vel nullus est metus, vel non est iniuste incussus; siquidem, ut ait Sánchez (lib. 4, disp. 22, n. 5, citans Gofiredum et alios) « non potest pater « absolute cogere, sed modica coactione, scilicet increpatione paterna »; vel si iniuste incussus fuerit, est tantummodo levis, qui bonis substantialibus matrimonii non obstat.

Neque ex alia parte requiritur talis coactio in contrahentem ut iste consensum solum internum ponat, quin interius consentiat; consensus enim sub metu gravi datus verus, non simulatus, supponitur, sed irritatur propter defectum libertatis requisitae ex metu iniuste incusso provenientem.

Gravitas metus ordinario patebit, ratione habita conditionum et circumstantiarum de quibus infra, ex modis coactionis a patre vel domino adhibitis, verberibus scilicet, aut minis, aut precibus importunis et instantissimis. Imo, plerumque huiusmodi verbera vel minae non tam circumstantiae sunt metus reverentialis quam causae metus simpliciter dicti. Ad rem D'Annibale (1. c.): « Hunc (metum reverentialem) nonnulli « esse putant eius, qui solam domini, patris, etc. oftensam veretur: « alii, contra, eius, qui ab eo metuit aliquid grave: v. g. exhaereditatem, « expulsionem, etc. Neutrum plane: non primum quia metus sine peri« culo alicuius damni non intelligitur (L. 6. cap. *De his quae vi,* Pont. « n. 3): non alterum, quia ubi tam grave damnum impendit, timor gravis « simpliciter dicendus est ».

Dubitari nequit indignationem paternam absque minis vel verberibus sufficere posse ad gravem metum reverentialem, quippe quae et ipsa grave malum esse potest. Ita D'Annibale (1. c.) « Itaque timor reve« rentialis dicitur, cum aliquis patris, domini, etc. indignationem (quae « profecto malum est) metuit, licet absint (quod tamen limitat Sánchez *« De Matrim.,* lib. IV, disp. 6, n. 7: 11, *1%* 13, 14) verbera aut minae. « Quae si gravis et diuturna futura sit, malum grave, ideoque et metus « gravis, non immerito existimabitur (Sanch., cit. 1., n. 14; Pont. n, 6; « Navarr., Sal, 9; 9, 34; Reiffenst. III, 31, 115). Et ut generaliter dixerim « quod quis revera fecit coactus paterno imperio (ex c. *Puellae* 3, qu. 5),

« aut nimia reverentia (L. 1, *6, Quarum rerum:* V. Sanch., n. 16) timore « reverentiali fecisse dicendus est ». Sánchez, loc. c, n. 12, habet: « Imo censetur metus viri constantis, sine minis, si is cui reverentia « debetur nimis crudelis sit, et saevitiam prae se ferat, solitusque « saevire sit ubi suae non obtemperatur voluntati. Quia, si minae actu « desint, sunt tamen virtute, atque probabilis timor proximae coa- « ctionis. Quod sufficere dixi hoc quarto lib. disp. 1, p. 16 ». Et n. 14: « Si enim tenere! diuturnam probabiliter fore indignationem, et semper « se habituram patrem aut virum valde infestum et indignatum, obie- « cturumque passim illam inobedientiam, crediderim esse timorem caden- « tem in virum constantem ». Goscius *(De separat, thori,* lib. 3, cap. 4, n. 87): « Matrimonium est nullum sive consensus deficiat propter minas « et violentias, sive propter suspicionem tantum indignationis paren- « tum ». Huius principii rationem affert sacra Rota coram Ludovisio, dec. 374, n. 7: « Iusta metus suspicio pro metu sufficit ex eo quod in « matrimonio debet esse liber, non solum a compulsione, sed etiam a « timore compulsionis ». Similiter Rota coram Royas (dec. 491, n. 8): « In his terminis sufficit metus reverentialis, iuncto periculo mali gravis « probabiliter opinati ex sola parentis indignatione ».

In foro externo, autem, non praesumitur eiusmodi indignatio esse malum grave, neque pro puella, ut notat Gasparri (vol. 2, num. 942, ed. 1904), « nisi circumstantiae aliud suadeant, aut accesserit aliquid « aliud, v. g. iurgia, minae, preces importunae et instantissimae », etc.

In circumstantiis vero perpendendis, ex quibus innotescere potest utrum pars metum passa putet probabiliter sibi imminere malum grave difficulter evitandum, ratio habenda est sexus eiusdem, aetatis, educa tionis, indolis, necnon indolis et morum inferentis metum, atque ambo- rum ad invicem relationum. Ita monet *Instructio S. Officii* diei 20 iun. 1883, n. 35, 36. « Porro gravitas timoris oritur ex natura minarum, ex quali- « tate tum eorum a quibus illae proficiscuntur tum eorum qui eas passi « dicuntur.... quae indoles vim inferendum, quae conditio, qui mores, « qua ratione familiam regere consueverint: utrum ad iracundiam et « violentiam ita essent proclives ut facile quod minabantur perfice- « rent, et animo ita essent duro atque obstinato ut a nemine sibi con- « tradici aut consiliis suis impedimenta obiici paterentur.

«.... Ratio habenda erit primum sexus personae, quae violentiam « passa dicitur; facilius enim animus puellae commovetur quam viri: « deinde aetatis, educationis, indolis, utrum nempe mitis ac timida fuerit, « an fortis et - constans; qua ratione in familia vivere consueverit, « utrum sub custodia et vigilantia parentum ita ut ab eorum imperio

« semper et in omnibus penderet, an aliqua libertate frueretur ut et « propria sensa exponere et iuxta propriam voluntatem operari potuerit; « an parentes eam ita segregaverint ut omnis consilii expetendi facultas « eidem adempta fuerit, nec cuiquam eiusdem alloquendae copiam tribue« rint, nisi quos de matrimonio ineundo consilia praebere posse iudica« verint ».

Factum quod attinet. - Constat ex actis:

I° patrem Barbarne indole fuisse supra modum absolutum, et matrimonium firmiter voluisse;

2° e contra, Barbaram, puellam quindecim annorum, fuisse parentibus omnino submissam, et a persona sponsi a patre selecti, ab initio usque ad matrimonium celebratum et postea, abhorruisse, atque oblatas nuptias sibi invisas esse moestitia et laerymis, aliisque modis, constanter ostendisse;

3° nonobstante aversione a filia toties demonstrata, patrem omni modo institisse ut matrimonium fieret.

¥. Circumstantiae, denique, matrimonium antecedentes et concomitantes, nec non immediate subsequentes suadent actricem matrimonium sub influxu metus gravis iniisse.

I°. Ita de patre loquitur testis Pal Stephanus: « Peter Martinum «qui vicinus meus erat, sponsae patrem, perbene noveram: homo « austerus, pertinax, suae voluntatis acerrimus erat vindex, qui nullam « in sua domo praeterquam propriam tolerabat voluntatem, esto quod « bona fuerit vel damnifera ». Mater sponsae de marito testatur : « Neque « prodiisset patrem a proposito declinare suscipere, quia, uti ex propria « mea vita consortiali experta sum, homo durae cervicis erat, atque tam « incapacitabilis ut in sua familia nullam praeter propriam toteraret « voluntatem, esto quia bona vel infausta fuerit ».

Actrix ait: « Homo valde austerus erat, nullam praeter propriam « voluntatem tolerans ».

2°. De Barbarae indole, vero, haec in depositionibus habentur. Pal Stephanus ait: « Ipsa oratrix, tunc puella valde iuvenis (in sextodecimo « anno erat ....), nihil de matrimonio sciens, insuper parentibus valde « submissa atque religiose obediens ». Pai Veronica: « Barbara Peter «amica mea fuit quidem, et, a parentibus religiose disciplinata, res fami« liares eloqui metuebat ».

De eiusdem animi repugnantia versus sponsum sibi a patre oblatum modo constanti ab initio usque ad finem ostensa, deponunt plures testes. Haec vero praesumptionem facit contra libertatem consensus in

matrimonio praestiti, ut declarat Rota coram Ludovisio (dec. 326, n. 7 et seqq.) « Verisimilitudinem deducendi a nimia aversione ac repugnantia... « quae sicut declarant animum marchionissae alienissimum a dictis « nuptiis (L. *Si quis. plerique ff. de releg. et sumpt.),* ita removent con- « sensum a contractibus ». - Ita actrix: « Pater meus . . . . eum (Ioannem « Nagy) ad nostram fecit invitari domum, eumque, quoties advenit, laeto « atque benevolo animo suscipere solebat atque omni propensione pro- « sequebatur; dum, e contra, ego alieno animo atque rigore passivo tole- « rabam eius appropinquandi conatus et experimenta. Nulla cum eo « colloquia suscepi, eiusque allocutiones absque ullo responso passive « tolerabam ... Et cum nec sexdecim explevissem annos, ac de re matri- « moniali nec ideam habuerim, mihi tunc temporis nulla nubendi cupido « in mentem incidit, ne alio quidem viro ... Ioanni Nagy, quem ingratum « atque a meo animo alienum sensit tota persona mea . . . . Postulatores « adveniunt me a parentibus solemniter pro sociali vita cum Ioanne « Nagy petendi causa. His, ornato sermone postulantibus, pater meus « manum meam Ioanni Nagy sua paterna auctoritate adpromisit, me « tamen in vanum interrogarunt, ne verbum quidem vel unam vocem « respondi, et quamvis violento gestu me allicere conati sint, nullo pacto « me inducere potuerunt ut Ioanni Nagy propriam meam porrigam « manum, quod tamen, a communi omnium consensu atque recepto « more regionis huius, expressum est signum consensus libere prae- « vStiti. Nolui considere ad mensam qua postulatores parentes mei coho- « nestarunt de more, sed exii foras; tamen pater meus coegit me ad « convivium, neque ausa sum ei repugnare, quia homo valde austerus « erat, nullam praeter propriam voluntatem tolerans; tamen cum reces- « sissent a limitibus nostris, cunctis manum porrexi ac valedixi, unico « Ioanne Nagy excepto ... Tempore proclamationum vero, cum tristitia « mea atque animi dolor atque taedium de tali infausto augurio eidem « (patri) apprime innotuissent, multo severiori atque implacabili cura « invigilavit in me, ne ipsius optata annihilarentur ».

Similia deponit sponsus: « Ego enim iam eo tempore quo eam in « vitae sociam confarreare intenderem, perbene vidi quod ipsa mini- « mali propensione in me ferebatur . . . . Meis tamen honestis conatibus « rigidam opposuit faciem, ita ut in visitationibus meis ne vocem qui- « dem mecum fecerit. Dum postulatores mei mecum pro ea expetenda «patris eius domum ingressi, adventusque causam explanassent, ipsa « ne uno quidem verbo consensum enunciavit, et solus ipsemet pater « eius pro suo proprio arbitrio declaravit nobis quod Barbaram mihi in « uxorem det atque adpromittat. In sequelam huius, avunculus meus,

« qui postulatoris mei munere fungebatur, omni humanitate, mox virili « quoque energia, conabatur ut ipsam commoveat quatenus in signum « consensus mihi manum porrigat - sed frustra omnino - noluit et iterum «noluit... quamvis bene observassem eius tristitiam coram parocho « nos examinante, et quod eidem ad propositas quaestiones omni taedio « et ingrate respondisset, hoc tamen, pro patris eius opinione, ex vere- « cundia atque imperitia deduxi. Proclamationum tempore, dum eos « visitarem, rigide suscepit me, ad alloquia mea nil vel parce respondit, « manum porrigere consequenter repudiit; in scamno dum mecum con- « sideret, obdormiit; dum abire intenderem, me numquam comitabat, « ut moris est, neque valedicebat vel manum mittebat. iteratis vicibus « conabar, ut amasii solent, eam brachio amplectere; at ipsa me toties « quoties cum horrore reiecit ».

Pal Matthaeus deponit: « Vicinus quoque, atque a confirmatione « patrinus cum essem Peter Barbarae, tempore proclamationum pluries «humaniter visitabam eos; una vice Barbara Pater confidenter reve- « lavit mihi, quod nullo pacto in vitae sociam se coniungeret Ioanni Nagy, « nisi pater ipsius tam vehementer cogeret eam. Hoc absentibus paren- « tibus dixit, quia ipsis, imprimis patre, praesentibus, minime ausa fuerit « huiusmodi verba dicere, quia omnino metuebat eos. Equidem consola- « tionis causa putabam, quod passim tamen assuescent et adamabunt « ad invicem ; ad quae ipsa ita respondit, quod homini tam brutaiis cha- « racteris prouti Nagy Ioannem cognoverit, assuescere impossibile sit ».

Mater actricis : « Dum Ioannes Nagy domum nostram frequentare « suscepisse!, ego et maritus meus benevole recepimus eius visitationes. « Minus tamen filia nostra; haec enim nulla cum eo iunxit colloquia, « imo eum in scamno reliquit, et, cubiculum appetens, ad nocturnam « secessit quietem, ita ut nosmetipsi deberemus cum hospite colloquia «continuare, eumdem ad portam confitare.... Nagy Ioannes cum suis « postulatoribus comparuit in nostra domo, atque ad patrem con- « versus petiit eam; pater vero sua auctoritate adpromisit eam; ipsam « non interrogarunt, sed Ioannis Nagy avunculus cum eam alloqueretur « et concitaret ut sponso manum porrigat, omnino recusavit et non « porrexit ei manum ... Filia mea sub nuptiarum praeparationibus con- « tinue tristis erat, nec tamen vel mihi matri eius quid dicebat, ego « tamen non multum curavi eius tristitiam, quia ita opinabam, quod « cum valde iuvenis atque inexperta, nescit quare plorat ».

3°. De patris tenaci proposito ut, non obstante filiae reluctantia, matrimonium fieret, testes sequentes loquuntur. Mater actricis ait: « Nec « ego, nec pater eius, sed neque Ioannes Nagy, curam habebamus de

«ipsius (Barbarne) voluntate (respectu matrimonii), ut eam interrogare « intenderemus ». Actrix testatur: « Altera die cuncti ad parochum « venimus pro respiciendo proclamationum nuntio, deinde ad notarium « pagi pro facendo quae sunt de lege civili; et pater meus in utroque « loco atque in via severrime incedebat calcaneo meo, ne ad momentum « quidem a me discessit, atque acerrimo aspectu minacique facie invi- « gilabat ne aliquo modo contra eius voluntatem atque mandatum loqui « vel agere possim. Tempore proclamationum vero, cum tristitia mea « atque animi dolor atque taedium de tali infausto augurio eidem (patri) « apprime innotuisse!, multo severiori atque implacabili cura invigilavit « in me, ne ipsius optata annihilarentur ».

Quod vero insolitum erat et admirationem excitabat, utpote contra regionis morem, Barbarae pater simul cum sponsis in celebratione matrimonii iuxta altare adstitit, ut testantur actrix eiusque mater, Ioannes Nagy, et Pal Matthaeus, qui ait: « Iam tunc ex patris insolita assistentia puta- « barn aliquid interesse debere, quod non est iuxta consuetum ordinem ».

Ex matris verbis videretur forte Barbaram haud serio animo restitisse nuptiis, ubi ait : « Expressis verbis Barbara non enuntiavit nobis « quod nollet eum in maritum ». At puella cum esset quindecim annorum, unica genitorum proles, quorum voluntati in omnibus semper submissa erat, nullum videbat aufugium, et oppositionem monstrabat modo quo potuit, tristitia videlicet et lacrimis, et constanti denegatione cuiusvis amoris indicii ac plerumque signorum communis caritatis, sponso sibi inviso. Ait enim mater: « Neque prodesset patrem a proposito declinare « suscipere, quia uti ex propria mea vita consortiali experta sum, homo « durae cervicis erat, atque tam incapacitabilis ut in sua familia nullam « praeter propriam voluntatem toleraret, esto quia bona vel infausta « fuerit ». Et Pal Stephanus: « Neque ullo modo evitare potuit patris « infausta proposita, nam si exempli gratia, ad evitandum hoc matrimo- « monium semet qua ancilla ad alienorum domos conferre appetisset, « parentes omnino retinuissent eam, erat enim unica filia et unica eorum « proles ». Actrix etiam deponit: « Mater mea in omnibus patris mei vota « prosequebatur, ei ex hac causa non potui deplorare anxietates meas: «nec alicui alii, quia omnino separabant me; moerore atque planctu « occulto tradebantur dies, et nullo modo persuadere mihi potui velut « possibilem realitatem subsistere ut ego uxor sim Ioannis Nagy ».

De minis exhaereditationis a patre factis testatur Barbara: « Dum « viderem quod omnia serio pararentur ad celebrandas nuptias, apertis « verbis edixi patri meo quod ego Ioannem Nagy neque tolerare possim, « eo minus amare, et nolo eum omnino. At ipse, vehementi ira affectus

« atque acerrimis verbis me afficiens, mandavit atque iussit ut quod ipse « vult et imperat, caeca obedientia perficiam, quia secus ob omni hae- « reditate me spoliabit, atque e domo eiiciet ».

Quamvis minae non sint probatae, cum Barbara sit unicus testis simul et actrix, eiusdem tamen testimonium, qua parte coactionem patris affirmat, a duobus aliis testibus confirmatur, qui deponunt se audivisse a Barbara ante matrimonium, se cedere tantummodo iussui imperioso patris. Ita Pal Matthaeus: « Una vice Barbara Peter confi- « dentialiter reveiavit mihi, quod nullo pacto in vitae sociam se coniun- « geret Ioanni Nagy, nisi pater ipsius tam vehementer cogeret eam ». Et Kovacs Barbara: « In nuptiarum celebratione, dum invitati in domo « paterna convenirent ut ad ecclesiam procedant, valde me affecit tri- « stitia et moeror sponsae, et cum eam de ista re interrogarem, despe- « rato atque demisso animo ita respondit: "Oportet obedire fortiori,, ».

4° Circumstantiae quae matrimonii celebrationem sive immediate antecesserunt sive concomitatae sunt sive subsequutae, suppositis iis quae iam deducta sunt, extra dubium ponunt actricem prorsus in vitam et sub influxu metus gravis consensum expressisse, ita narrat Pal Matthaeus, Barbarae patrinus: « Ad nuptias invitatus adfui quum ad templum « ire debuisset coetus, et propria aure audivi, dum ipsa sponsa alta voce « plorare coepisset, pater eius tota vehementia acclamavit ei: " Festina « properante!*, et statim incede, noli ululare „. Haec omnia me valde « afficiebant, quapropter in templo omni sagacitate et attentione prose- « quebar copulationis actum. Et revera expertus sum quod responsa ad « solitum iuramentum, valde afflicto animo atque moerore confecta, cum « animi reluctantia emiserit, neque forte emisisset nisi praesentem patrem « timuerit ».

Narrata insolita praesentia patris ad altare dum nuptiae celebrarentur, pergit: « Sub prandio nuptiali iugiter plorabat, atque nemo unus « non vidit tristitiam eius: sero, dum saltassent, sponsus ob hanc eius « ingratam animi formam pedis ictu appetiit, et, iuxta aliquorum effata, « verberavit eam ».

Kovacs Barbara ait: « In festivo comitatu, in ecclesia, et in convivio « nuptiali valde tristis erat, neque cum sponso neque cum alio colloque- « batur, ad saltum quoque aegre tantum contulit se, et ibidem evenit ut « a sponso pedis ictu attentaretur, ut aiunt, ideo quia vir quidam iocatus « eam amplecteretur ». Alii testes, uterque coniux nimirum, Barbarae mater, et Pai Veronica idem factum narrant, sed aliud motivum indicant propter quod Ioannes ictu pedis coram toto coetu nuptiali sponsam plectere voluit, nempe quod illa cum sponso sive colloqui sive saltare renue-

bat. At parum refert haec diversitas in testimoniis, nam quodcumque seligatur ex motivis assignatis, factum ipsum aeque ostendit quam aegre vir tulerit aversionem erga ipsum a puella publice monstratam, ac proinde gravitatem huius aversionis, a quampluribus attestatae, confirmat.

Conveniunt, autem, fere omnes testes in sponsae moerore atque tristitia depingendis sive ante, sive post matrimonii celebrationem, sive tempore ipso celebrationis.

Prima nocte coniugii seorsum concubuerunt : matrimonium, deinde, nonnisi vi consummatum est, et Barbara reluctanter semper reddidit debitum coniugale, uti ambo coniuges sub iuramento affirmant. Contubernium numquam pacificum fuit, et adeo fervuerunt rixae ut bis domum vir reliquerit, tertia vice, tandem, anno cum dimidio post celebratum coniugium, uxorem deseruit numquam reversurus. « Tota eorum vita « communis - ait Pai Veronica - infelix atque prorsus intolerabilis erat. « Multis vicibus conquerebatur mihi, iterum iterumque repetens effatum, « quod ipsam proprii eius parentes infelicem fecissent ». Mater vero actricis ait: « Specialiter ipse defunctus maritus meus aegre semet accu- « sabat de sua infausta atque perperam agendi ratione ».

Huiusmodi circumstantiae, narratae in iuratis depositionibus, nobis in versione latina transmissis, testium omni suspicione maiorum, uti Ordinarius Transylvaniensis declarat, probant indignationem paternam in casu pro tenera puella fuisse malum grave, quod avertere nullatenus se potuisse putabat nisi consentiendo matrimonio sibi a patre imposito.

Quibus omnibus consideratis et mature perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus : *Constare de matrimonii nullitate in casu,* seu ad propositum dubium *affirmative* respondemus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim Cap. 3, Sess. XXV, *de Reform.,* Concilii Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, die 1 maii 1912.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. IGNATIUM MONTBRÌS1, EPISCOPUM POTENTINUM ET MARSICENSEM, OB PRIMUM LUCANIAE CATHOLICORUM CONVENTUM.

Jllmo e Revmo Monsignore,

La lieta notizia del primo Convegno regionale dei cattolici della Basilicata che la S. V. Illma e Revma mi ha testé partecipato, costituisce una bella prova della pastorale sua attività ed io non ho mancato di darne, giusta i suoi desideri, notizia al S. Padre, per ottenerne l'alta Sua approvazione. Ella sa bene quanto Sua Santità abbia a cuore l'azione cattolica in Italia. Appena perciò occorre che Le dica che l'augusto Pontefice si congratula vivamente con Lei della salutare iniziativa e fa i migliori voti di prospero successo. E questo sarà per certo pari all'aspettazione, se, come è dovere, nel promuovere e dirigere l'azione cattolica si tenga fiso lo sguardo alle sapienti norme tracciate nella memoranda Enciclica *11 fermo proposito.* Ma di questo rende sicuri l'illuminato zelo di V. S. e l'annunziato intervento delle Presidenze delle cinque Unioni Cattoliche. Ond'è che al S. Padre altro non rimane che accompagnare con felici auguri i lavori del Convegno e pregare il Signore che li benedica e li renda fecondi di frutti copiosi e duraturi. Della benedizione di Dio sia pegno l'apostolica benedizione, che Sua Santità invia di cuore a V. S. ed a quanti prenderanno parte al Convegno.

Con sensi di sincera stima passo al piacere di raffermarmi

Della S. V. Illma Revma

21 giugno 1912.

Servitore

R. CARD. MERRY DEL VAL.

n.

AD R. P. D. CAROLUM M. A. DE GORMONT, EPISCOPUM ATURENSEM, DE LIBRO QUI INSCRIBITUR « LA VOCATION SACERDOTALE » EDITO A REVMO CANONICO IOSEPHO LAHITTON, EIUSDEM DIOECESEOS.

Monseigneur,

En raison des dissensions qui se sont produites à l'occasion du double ouvrage du chanoine Joseph Lahitton sur *La vocation sacerdotale*, et de l'importance de la question doctrinale y soulevée, Notre Très Saint-Père le Pape Pie X a daigné nommer une Commission spéciale d'Emes Cardinaux.

Cette Commission, après avoir mûrement examiné les arguments en faveur de l'une et de l'autre thèse, a prononcé, dans sa réunion plénière du 20 juin dernier, le jugement suivant:

« Opus praestantis viri Iosephi canonici Lahitton, cui titulus *La « vocation sacerdotale,* nullo modo reprobandum esse; imo, qua parte « adstruit: I° Neminem habere unquam ius ullum ad ordinationem ante- « cedenter ad liberam electionem episcopi. - 2° Conditionem, quae ex « parte ordinandi debet attendi, quaeque *vocatio sacerdotalis* appellatur, « nequaquam consistere, saltem necessario et de lege ordinaria, in « interna quadam adspiratione subiecti, seu invitamentis Spiritus Sancti, « ad sacerdotium ineundum. - 3° Sed e contra, nihil plus in ordi- « nando, ut rite vocetur ab episcopo, requiri quam rectam intentionem « simul cum idoneitate in iis gratiae et naturae dotibus reposita, et per « eam vitae probitatem ac doctrinae sufficientiam comprobata, quae « spem fundatam faciant fore ut sacerdotii munera recte obire eius- « denique obligationes sancte servare queat: esse egregie laudandum ».

Sa Sainteté Pie X a pleinement approuvé, dans l'audience du 26 juin, la décision des Eminentissimes Pères, et Elle me charge d'en donner avis à Votre Grandeur qui voudra bien la communiquer à son sujet M. le chanoine Joseph Lahitton, et la faire insérer ex integro dans la *Semaine Religieuse* du Diocèse.

Je prie Votre Grandeur, Monseigneur, d'agréer l'assurance de mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, 2 juillet 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREP ARATORI A.

Il giorno 2 luglio 1912, presso l'Emo e Rmo signor Cardinale Ponente, Luigi Oreglia, si è tenuta la Congregazione Antipreparatoria dei sacri Riti, nella quale i Rmi Prelati Officiali ed i Consultori Teologi hanno discusso e dato il loro voto sopra un miracolo, che si attribuisce alla intercessione del Ven. Servo di Dio Giuseppe Cottolengo, sacerdote secolare, Fondatore della Piccola Casa della Divina Provvidenza in Torino.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 9 luglio 1912, nel Palazzo apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, furono sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell' Istituto delle Maestre Pie Filippini.

II. Conferma di culto da tempo immemorabile prestato al Servo di Dio Pietro della Guardia, dell'Ordine dei Frati Minori, chiamato Santo o Beato.

III. Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propri in onore di S. Macrina Vergine, sorella di S. Basilio.

SEGRETERIA DI STATO.

AVVISO.

La Direzione *dell'Annuario Pontificio* prega vivamente gli Illmi e Revmi Monsignori Arcivescovi e Vescovi di voler farle pervenire in tempo utile le *schede* relative ai dignitari ecclesiastici e laici insigniti di Pontificie distinzioni, appartenenti alle loro rispettive diocesi, e di significare il nome dei defunti, in conformità delle lettere circolari di Sua Eminenza il Sig. Cardinale Merry del Val, Segretario di Stato. Li prega inoltre di voler controllare e, ove occorra, rettificare le date di nascita e le altre indicazioni riguardanti le loro persone.

Roma, 15 giugno 1912.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

4 Luglio 1912. — Mons. Giovanni Maria Zonghi, *Presidente della Pontificia'Accademia dei Nobili Ecclesiastici.*

Con Brevi della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

6 Luglio 1912. — Mons. Tommaso Kennedy, Vescovo tit. di Adrianopoli e Rettore del Collegio Americano degli Stati Uniti, in Roma.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

28 Giugno 1912. — Il Rev. Mons. Filippo Monconi, della diocesi di Sulmona.

Prelati domestici di S. S. :

27 Giugno 1912. — Mons. Edmondo Scholz, Canonico Onorario di Breslavia.

1 Luglio. — Mons. Alfonso Lauter, della diocesi di Coirà.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Cameriere Segreto Partecipante.

***3** Luglio 1912.* — Mons. Alberto Arborio Mella di Saat' Elia.

Cameriere Segreto Soprannumerario.

1 Luglio 1912. — Mons. Andrea Croci Landucci, Uditore della Nunziatura apostolica del Brasile.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo.

1 Luglio 1912. — Mons. Attilio Pizzi, della diocesi di Padova.

8 Luglio. — Mons. Pietro Tondinelli, della diocesi di Sabina.

ONORIFICENZE.

Con Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

3 Luglio 1912. — Al Sig. Giacomo J. Ryan, di Filadelfia.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

21 Giugno 1912. — Al Sig. Carlo Halla, Console Austro-Ungarico a Monastir.

— Al Sig. Cav. Giovanni Diepen, di Valkénbourg, nella diocesi di Ruremonda.

***5** Luglio.* — Al Sig. Antonio Sarazin Destailleurs, di Lilla.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 Giugno 1912. — Al Sig. Camillo Maria Letourneurs, della diocesi di Lavai.

— Al Sig. Leone Maria Francesco Treton de Voujuas-Langan, della stessa diocesi.

3 Luglio. — Al Sig. Avvocato Bartolomeo Seganti, dell'archidiocesi di Bologna.

***5** Luglio.* — Al Sig. Eugenio Danbresse-Vanheulle, di Lilla.

Annus IV. - Vol. IV. Die 31 Iulii 1912. Num. 14.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI CE-LI MARITIMI, IN SINIS (TIBNTSIN).

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. - Nobis in hac sublimi Principis Apostolorum Cathedra collocatis, nihil est antiquius quam ut catholica Religio longe lateque in orbem terrarum proferatur. Laeto, igitur, iucundoque accepimus animo fidelium numerum in apostolico Vicariatu Ce-li septentrionalis, seu Pekinensis, ita, Deo favente, auctum fuisse ut venerabilis frater Stanislaus Jarlin, episcopus titularis Pharbaetitensis, solertissimus illius Missionis praesul, suum duxerit, ab hac S. Sede eiusdem Vicariatus divisionem petere ac flagitare. Nos igitur, quum persuasum habeamus huiusmodi consilium sive Christiano nomini satius propagando, sive neophytis facilius adiuvandis prospere successurum, omnibus rei momentis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus S. Congregationis de Propaganda Fide sedulo perpensis, eundem Vicariatum, ut infra, dividendum censuimus. Quare motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a Vicariatu apostolico Ce-li septentrionalis, seu Pekinensis, civilem Praefecturam, cui vulgo nomen *Tien-tsin-fou* seiungimus, eamque in separatum apostolicum Vicariatum, Ce-li maritimi nuncupandum, ac Sacerdotibus a Missione, qui in illis remotis regionibus eximiam sibi laudem in Ecclesiam compararunt, merito concedendum, erigimus atque instituimus. Novi autem huius apostolici Vicariatus fines sint, ad septentrionem Vicariatus apostolicus Ce-li septentrionalis, ad orientem sinus Tche-ly, ad meridiem Missiones Sciam-tom septentrionalis et Ce-li me-

ridio-orientalis, ad occidentem denique Missiones Ce-li meridio-orientalis et Ce-li septentrionalis. Decernentes has Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat vel in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis iudicari et definiri debere, irritumque esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, ceterisque Constitutionibus et Sanctionibus apostolicis, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxvxr aprilis MDCCCCXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
L. £g S. *a Secretis Status.*

EPISTOLA.

AD R. P. D. FRANCISCUM M. GIBURE, BAIONENSIUM EPISCOPUM, OCCASIONE CORONATIONE B. MARIAE V. « DU BEAU RAMEAU», AD TEMPLUM BÉTHARRAM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Dies non longe abest, ut affertur, cum indicta per te sacra sollemnitas cultores Virginis *du Beau Rameau* ad Bétharram congregabit, ut augustae angelorum atque hominum Reginae insignia deferantur regiae maiestatis. Atque ad Bétharram, pervetustum, in dioecesis tuae finibus, templum Virginis, quod instantes filiorum preces benignaeque Matris effusa, munera nobilitarunt quodque decessorum Nostrorum providentia beneficiis auxit, mens provolat Nostra, eius rei memor quam ultro in Nos libenterque recepimus cum consilium coronandi Deiparae simulacrum Nobis primum aperiebas prudentibus. Gestit animus promissum absolvere et, novo pietatis testimonio, novum veluti ius nancisci ad Matris studiosissimae patrocinium. - Te igitur, venerabilis frater, conveniet dilectus filius Victor Bourdenne, Procurator generalis religiosae familiae Presbyterorum sacri Cordis Iesu a Bétharram, quorum pietas egregie se probavit in custodiendo templo quod supra nominavimus; idemque binas afferet áureas coronas, quibus tibi divinae Matris Filiique effigiem, sollemnibus caeremoniis, exornandi facimus potestatem. Quae utinam munuscula Nostra sic uterque accipiant ut ad *immarcescibilem*

gloriae coronam cupientes Nos atque exoptantes vocare tandem aliquando velint.

Auspex divinarum gratiarum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis frater, sacerdotibus qui templum custodiunt, omnibus denique qui tecum ad Bétharram aderunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv iunii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

LITTERAE CIRCULARES

DE SEMINARIIS ITALIAE AD REVERENDISSIMUS ORDINARIOS.

Le Visite apostoliche fatte lo scorso anno nei Seminari d'Italia hanno rilevato che per la premurosa e vigile cura degli Ordinari, la condizione di questi istituti, grazie a Dio, si è universalmente tanto avvantaggiata da far concepire le migliori speranze per l'avvenire.

È ben vero che alcuni Seminari si sono trovati così stremati di numero da ingenerare non lieve preoccupazione: e si è anche da taluni pensato, che questa diminuzione di alunni e di perseveranza nelle primitive aspirazioni allo stato ecclesiastico si debba attribuire sia ai nuovi sistemi di studi medi, ginnasiali e liceali, sia al concentramento per gli studi superiori.

Ma se si considera che questo fenomeno si è verificato anche in diocesi dove di concentramenti non vi fu mai pensiero; e viceversa in altre diocesi, dove gli studi medi erano in piena conformità alle norme pontifìcie, e dove avvenne il concentramento per la teologia, gli aspiranti allo stato ecclesiastico non hanno fatto punto difetto; si deve necessariamente concludere che non sono queste le ragioni adeguate e sufficienti per spiegare il fatto, ma che esse debbono ricercarsi altrove. E certamente le ostilità, cui da tante parti ed in tanti modi è fatto segno il clero, le poche attrattive umane dello stato ecclesiastico nei nostri giorni, i maggiori vantaggi terreni che offrono altri stati ed offici, talora anche con minori anni di studio e minori spese, non possono non stornare molti dal mettersi per la via del Santuario, e non tentare

altri dal perseverare in essa, specialmente se durante gli studi medi non siasi avuta molta cura di fortificare le deboli volontà degli alunni del Seminario e di custodirle dai pericoli della seduzione.

Ed appunto in questo si deve riporre la causa ultima e vera della diminuzione degli alunni nei Seminari e della mancanza di perseveranza di molti nelle primitive aspirazioni.

Ma checché ne sia di ciò, poiché per le divine promesse è certo che mai si inaridirà in Israele la stirpe levitica, e che l'assistenza divina e le vocazioni allo stato ecclesiastico non mancheranno nella Chiesa *usque ad consummationem saeculi,* né faranno giammai difetto anime generose che rispondano alla voce del Signore, anche quando le chiama alle privazioni od al sacrifizio; non vi è da cadere di animo pel disagio presente di cui soffrono molte diocesi.

Ben piuttosto conviene pensare al riparo. Ed a tale effetto è necessario che gli Ordinari eccitino lo zelo dei parrochi e di zelanti sacerdoti, affinchè cerchino nelle loro parrocchie giovinetti di buona indole, di sufficiente ingegno, inclinati alle cose di chiesa; e trovatili, ne abbiano una cura speciale e li coltivino nella pietà e negli studi con pazienza, con amore, con ogni industria ed anche con qualche aiuto temporale, affinchè, se la voce di Dio li chiamasse, possano esser atti e preparati a rispondervi e ad entrare a suo tempo nei Seminari. In questa guisa in più diocesi si è procurato alla Chiesa del Signore un drappello di eletti chierici e sacerdoti.

Ma ciò che interessa più ancora del numero è la santa e perfetta formazione dei futuri ministri di Dio. Ed è a questa che conviene sopratutto e con ogni studio mirare, non contentandosi dei miglioramenti sin ora ottenuti, ma cercando e di mantenerli e di accrescerli ognor più.

A tale effetto il S. Padre, mentre in generale ed a tutti raccomanda l'osservanza delle norme pontificie e dei principi su cui si basa il Programma di studi pubblicato dalla S. C. dei Vescovi e Regolari, nonché delle disposizioni sia generali sia speciali susseguentemente emanate dalla S. Sede, compatibilmente con ciò che appresso si dirà; richiama l'attenzione dei Rmi Ordinari sui seguenti punti speciali, che, in seguito ai risultati delle Visite apostoliche, secondo il desiderio espresso da molti Vescovi, e col voto degli Emi Padri di questa S. C, ha creduto necessario segnalare e stabilire.

1. In primo luogo, ottimo, per non dire necessario, consiglio sarebbe di separare nei Seminari gli alunni grandi dai piccoli, e, dove fosse possibile, formarne due istituti. Ciò è già in uso da gran tempo in

alcune grandi diocesi, come Torino, Milano, ecc., e si è recentemente attuato dove pei concentramenti avvenuti gli alunni di teologia e talora anche di filosofia, di più diocesi furono riuniti in un solo istituto interdiocesano, rimanendo nel Seminario diocesano gli altri.

La ragione di questo consiglio è data da ciò, che non si può convenevolmente ed utilmente appropriare la stessa disciplina, le stesse prediche, le stesse istruzioni, le stesse pratiche di pietà, le stesse comuni letture ai giovanetti di 12 o 15 anni, di limitata intelligenza, incerti ancora del loro avvenire, ed ai maggiori di età, nel pieno sviluppo della mente e con propositi già formati. Una disciplina poi media, atta a formare convenientemente gli uni e gli altri, è cosa impossibile.

2. Non si ammettano mai nel Seminario, sia pure per le prime classi di studio, giovanetti che chiaramente professino di non volersi far sacerdoti; ma si esiga almeno che manifestino un' iniziale inclinazione allo stato ecclesiastico. Coloro che positivamente aspirano allo stato secolaresco si trovano e debbono trovarsi necessariamente a disagio nel Seminario, dove tutto tende e deve tendere non a mire mondane, ma alla pietà, al raccoglimento, alla formazione ecclesiastica. Inoltre la promiscuità di alunni non chiamati e di altri chiamati allo stato ecclesiastico riesce sempre fatale a questi ultimi, e, secondo che l'esperienza ha dimostrato, causa la perdita di molte vocazioni.

Se quindi i Rmi Ordinari credono utile o necessario aprire a giovanetti laici un luogo di educazione sotto la tutela della Chiesa, formino un collegio separato, interamente diviso dal Seminario. In questo caso però ben si guardino, come di dovere, da ciò, che le rendite destinate dalla pietà dei fedeli o per speciale grazia della S. Sede alla formazione dei chierici, siano devolute anche in piccola parte a vantaggio del collegio secolare.

3. È di somma importanza che si abbia tanto per i piccoli quanto pei grandi Seminari un luogo di villeggiatura, e che siano accorciate al-possibile le vacanze in famiglia. In altri tempi, con vacanze scolastiche autunnali ben più limitate, il ritorno in famiglia poteva riuscire meno pericoloso. Oggi con tre mesi ed oltre di vacanze scolastiche, con la grande libertà di usi e costumi introdotta nella società e nelle famiglie, e con la grande diffusione di libri e giornali perniciosi, la libera e lunga permanenza degli alunni nei loro paesi non può non essere dannosa e spesso fatale.

Dati quindi, secondo la prudente discrezione dei Rmi Ordinari, un 10 o 15 giorni agli alunni aftinché riveggano i loro parenti, e pos-

sano un poco conoscere che cosa sia il mondo, si richiamino nel Seminario o nella villeggiatura, ed ivi si dia loro il mezzo di ricrearsi onestamente per riprendere con maggior animo gli studi nel susseguente anno, in guisa però che non abbandonino interamente i libri, e coltivino sempre collo stesso amore le pratiche di pietà.

4?. Divisi i Seminari grandi dai piccoli, sorge il problema del come provvedere di prefetti le camerate del ginnasio. A questa difficoltà si è in non una diocesi ottimamente ovviato coll'approvazione della S. Sede, affidando quest'officio ai giovani sacerdoti usciti dai Seminari teologici, compito già il loro corso di studi.

Questa misura, mentre provvede al bisogno dei piccoli Seminari, ha anche il vantaggio di preparare meglio i nuovi sacerdoti alla vita pubblica, con un graduale passaggio dalla vita ritirata del Seminario a quella di una limitata libertà, quale essi possono avere come prefetti del piccolo Seminario.

Inoltre con tal mezzo essi potranno meglio coltivare gli studi supplementari tanto utili per la pratica del sacro ministero, come la teologia pastorale ed<altro, secondo il prudente giudizio dei rispettivi Ordinari. Questi poi, avendo presso di sè per uno o due anni i giovani sacerdoti, potranno meglio conoscerli, ed a suo tempo più utilmente collocarli secondo le loro attitudini; senza dire che intanto avrebbero sotto mano un piccolo drappello di sacerdoti pieno di forza e di vergini aspirazioni, che potrebbero adibire per qualche opera o bisogno straordinario delle parrocchie di città, o non lontane da essa.

L'unica difficoltà che si è opposta e può opporsi a questa misura è la necessità di provvedere subito a qualche chiesa, e di soddisfare quei fedeli che reclamano un parroco proprio od un coadiutore che risieda. Ma se si considera che è molto meglio dare un sacerdote perfettamente formato e sicuro col ritardo di un anno o due, piuttosto che lanciarlo ancor fresco dell'ordinazione in mezzo ai pericoli del mondo; e che i vantaggi che si hanno .col ritenere uno o due anni i sacerdoti in questo stato di formazione transitoria sono immensamente maggiori del bene di provvedere subito a luoghi ed offici vacanti, non vi ha dubbio che, per quanto è possibile, conviene tener fermo all'accennato consiglio: tanto più che il disagio dell'attendere non sarà che per uno o due anni; ed introdotto una volta il sistema, non riuscirà più sensibile. Si raccomanda quindi ai Rmi Ordinari di adottarlo con quei modi e temperamenti che riputeranno opportuni o necessari.

5. Quanto alle scuole si curerà che esse siano interne e per i soli seminaristi od aspiranti allo stato ecclesiastico; e ciò sia per preser-

vare gli alunni da dissipazione e da quelle pericolose relazioni che sono sì facili in scuole frequentate da secolari, sia perchè le scuole del Seminario, anche se ginnasiali e liceali e sostanzialmente conformi ai programmi di Stato, debbono avere un carattere ed un indirizzo loro proprio, quale si richiede per gli aspiranti al sacerdozio secondo le norme che si determinano qui appresso.

Potranno tuttavia gli Ordinari che hanno un collegio secolare annesso al Seminario, permettere che gli alunni del medesimo frequentino le scuole ginnasiali del Seminario. Ma in tal caso è necessario che vi siano in queste scuole maestri civilmente patentati, e che si seguano in esse totalmente i programmi dello Stato. Inoltre gli Ordinari dovranno curare con ogni studio che niun nocumento ne venga allo spirito ed alla disciplina dei seminaristi; e provvedere che questi ultimi in ore proprie distinte dalla scuola abbiano quella istruzione supplementare che si richiede sin dai primi anni per chi aspira al sacerdozio.

6. Dovendo i giorni festivi di precetto essere dai seminaristi in special modo dedicati al culto e servizio divino, e non potendosi quindi considerare come giorni di intera vacanza, è necessario dare agli alunni un altro giorno per settimana di riposo; non così però che non si possa nel medesimo stabilire un'ora d'insegnamento per materie meno gravose o ^secondarie, secondo il prudente giudizio degli Ordinari, sentiti i deputati e superiori del Seminario. E quest'ora d'insegnamento dovrà esser fatta dai maestri ordinari, e potrà rientrare nell'ambito delle materie di esame e di premiazione.

7. Nei giorni di scuola le ore d'insegnamento saranno quattro (o tutto al più quattro e mezzo, se si farà un giorno per settimana di intera vacanza), non consecutive, ma divise opportunamente secondo il giudizio degli Ordinari, sentito il consiglio dei deputati e dei superiori del Seminario.

Un maggior numero di ore di scuola non sembra possibile, attesa la necessità di dare un tempo sufficiente allo studio privato ed alle pratiche di pietà doverose in un Seminario, e di non recare nocumento al riposo e sollievo necessario per il benessere fisico degli alunni. D'altronde la vita di raccoglimento durante l'anno, e lo studio non del tutto sospeso durante le vacanze autunnali, valgono a ben compensare questa limitazione.

8. Nel ginnasio, pur attenendosi in linea generale ai programmi d'insegnamento civili, si darà speciale impulso allo studio della lingua latina: di più in ogni settimana nelle ore di scuola vi sarà un'ora di catechismo ed un'ora di stòria del Vecchio e Nuovo Testamento.

9. Nel liceo vi sarà in tutti e tre gli anni ed in ciascun giorno di scuola un'ora d'insegnamento di filosofìa secondo il metodo scolastico, e di più per questa stessa materia un'ora di ripetizione ogni settimana ed un'altr'ora di disputa ogni quindici giorni. Nel primo anno di liceo s'insegnerà la logica e la filosofìa del linguaggio : nel secondo la ontologia, la psicologia e la cosmologia : nel terzo la teodicea, l'etica e la storia della filosofia. In ciascuna settimana inoltre si farà un'ora di catechismo superiore e di apologia della religione.

Le residue ore di scuola saranno equamente divise secondo il prudente giudizio degli Ordinari, sentito il consiglio dei maestri, dei deputati e dei superiori del Seminario, così da dar luogo in giuste proporzioni allo studio delle matematiche, delle scienze naturali, delle scienze fìsiche, della letteratura italiana, latina e greca e della storia civile. Nell'insegnamento letterario non si trascurerà di far conoscere i migliori fra i Padri e scrittori cristiani, latini e greci : e più che all'analisi filologica si cercherà con la lettura e con le traduzioni e composizioni di formare gli alunni al buon gusto ed all'esercizio della lingua che studiano.

Applicandosi questo nuovo programma di liceo-filosofico, non sarà più necessario l'anno di propedeutica, il quale perciò viene gradatamente ad essere abolito.

10. Per regola generale tutti gli alunni di ginnasio dovranno concorrere alla licenza di Stato, e conseguirla prima di essere ammessi alle scuole liceali. Le eccezioni al riguardo non dovranno essere che in casi rarissimi di età inoltrata, pietà distinta e sicurezza di vocazione: dovendosi considerare la capacità di conseguire la licenza ginnasiale come prova di quella sufficienza di ingegno che si richiede per un ecclesiastico.

La licenza liceale di Stato non sarà obbligatoria per tutti; ma bensì:

a) per quei pochi che gli Ordinari crederanno utile o necessario avviare agli studi universitari di Stato, onde ivi conseguano una laurea in qualche facoltà;

ß) per quelli della cui vocazione non fossero interamente sicuri.

Per tutti poi onde essere ammessi in teologia si richiede l'approvazione di passaggio nell'esame interno del terzo anno di liceo. Per coloro però che avessero conseguita la licenza liceale di Stato questo esame potrà essere limitato alla filosofia, catechismo ed apologia della religione.

11. Nella teologia si abbiano per materie principali la dommatica nei vari suoi rami o trattati, la morale, la S. Scrittura, la storia ecclesiastica.

a) Alla dommatica si assegnerà un'ora in ciascun giorno di scuola e per tutti e quattro gli anni ; e neh' insegnamento di essa si seguirà il metodo scolastico completato coi sani sussidi dell'erudizione moderna di storia e Sacra Scrittura. All'ora di scuola giornaliera sarà poi aggiunta per ciascuna settimana un'ora di disputa ed un'altra ora di ripetizione.

ß) Nella scuola di morale, si avrà cura di dare anche le nozioni fondamentali di sociologia, e si aggiungeranno le istituzioni di diritto canonico.

7) Per lo studio della Sacra Scrittura si assegneranno quattro ore di scuola per settimana, dedicandole tutte, nei due primi anni all'insegnamento detto di *introduzione,* e nei due ultimi anni all'esegesi. Nella esegesi poi quanto al Vecchio Testamento non si ometta mai lo studio di alcuni salmi principali, e quanto al Nuovo degli Evangeli e di alcune lettere apostoliche.

3) Nella storia ecclesiastica si curi che nell'insegnamento orale e nei testi non sia trascurata od omessa la parte soprannaturale, che è vero, essenziale, indispensabile elemento nei fasti della Chiesa, senza di cui la Chiesa stessa riesce incomprensibile: e si faccia sì che la narrazione dei fatti non sia disgiunta da quelle alte e filosofiche considerazioni di cui furono maestri S. Agostino, Dante, Bossuet, che fanno vedere la giustizia e la provvidenza di Dio in mezzo agli uomini, e la continua assistenza dal Signore data alla Chiesa.

12. Alle materie secondarie, quali sono il greco biblico, l'ebraico, la sacra eloquenza, la patristica, la liturgia, l'archeologia ed arte sacra ed il canto gregoriano, si assegni nei quattro anni di teologia un tempo sufficiente, affinchè gli alunni possano averne una giusta nozione, senza troppo distrarti dalle materie principali.

13. Cureranno gli Ordinari che almeno l'insegnamento della teologia sì dommatica che morale e, per quanto sarà possibile, anche quello della filosofia, almeno in generale, sia impartito in latino.

Vigileranno inoltre, sia direttamente, sia per mezzo del rettore del Seminario o del prefetto degli studi, affinchè i maestri nel tempo loro assegnato svolgano tutta la materia del programma, e che non si fermino a lunghe discussioni su qualche punto loro beneviso, sia pure importante, con detrimento del resto: considerando come inadatti alla scuola coloro che non si attenessero a queste norme.

14. Nei testi scolastici si abbia somma cura di scegliere i più adatti e di sicura dottrina; escludendo nel ginnasio e liceo quelli che, benché civilmente approvati, fossero meno rispettosi della religione e della

moralità: e nella teologia quelli che non avessero il comune suffragio e specialmente quello della Santa Sede per la sicurezza dei principi ; ma andassero accarezzando idee peregrine o pericolose, contrarie alle sante e venerate tradizioni dei Padri, dei teologi, della Chiesa in generale. I maestri poi curino di istillare con la scienza non solo la pietà, ma anche il rispetto e l'amore alle verità e all'autorità della Chiesa e del Sommo Pontefice.

Ordinati con queste nuove norme la disciplina e gli studi nei Seminari, è da ritenere che si andrà formando con la divina grazia un clero sempre più degno della santa e sublime missióne sua, a santificazione delle anime ed a maggior gloria di Dio.

Confida il S. Padre che i Rmi Ordinari, e con essi quanti hanno cura di questi istituti, che sono tanta parte nella speranza della Chiesa, metteranno tutto il loro impegno perchè queste norme siano nel miglior modo e nel più breve tempo tradotte in atto.

Roma, dalla Segreteria della sacra Congregazione Concistoriale, 16 luglio 1912.

f G. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

1 iulii 1912. — *Archiepiscopus titularis Pharsalensis et Coadiutor cum iure futurae successionis archiepiscopi Melburnensis,* Rmus D. Daniel Mannix, praeses collegii Maynoutensis in Hibernia.

2 iulii. — *Episcopus Syrensis,* R. D. Antonius Macrioniti, canonicus ecclesiae metropolitanae Smyrnensis.

S. CONGREGATIO RITUUM

I

PLURIUM DIOECESIUM.

DE CONCLUSIONE MATUTINI ET INCHOATIONE LAUDUM PRO RECITATIONE PRIVATA IN TRIDUO MORTIS CHRISTI ET IN OFFICIIS "DEFUNCTORUM.

Novo edito Psalterio cum Ordinario divini Officii per apostolicam Constitutionem *Divino afflatu,* pluribus e dioecesibus sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit, nimirum :

Quum in Ordinario divini Officii praescribatur modus Matutinum concludendi et Laudes incipiendi quoties in privata recitatione istae ab illo separantur; quaeritur: Quid in casu agendum est sive in triduo Mortis Christi, sive in Officiis defunctorum?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, re accurato examine perpensa, respondendum censuit:

Ad omnem dubitationem tollendam, in futuris editionibus Breviarii Romani, singulis diebus tridui Mortis Christi, post IX responsorium, sequens rubrica inseratur:

Si Matutinum in privata recitatione a Laudibus separetur, subjungitur oratio Respice quaesumus Domine, *etc. : Laudes vero, dictis secreto* Pater noster *et* Ave Maria, *absolute a prima antiphona incipiuntur.*

Item in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, post IX responsorium, sequens addatur rubrica:

Si Matutinum in privata recitatione a Laudibus separetur, subjungitur :

f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Fidelium Deus, *etc.*

t- Requiem aeternam dona eis, Domine.

RJ. Et lux perpetua luceat eis.

f. Requiescant in pace.

RJ. Amen.

Tandem in Officio defunctorum, tam in Breviario quam in Rituali Romano, ante Laudes sequens rubrica inseratur:

Si Matutinum, cum unico vel cum tribus Nocturnis, in privata recitatione a Laudibus separetur, post ultimum responsorium subjungitur:

f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Deinde dicitur oratio (seu orationes) ut ad Laudes, additis sequentibus:

f. Requiem aeternam dona eis, Domine.

RJ Et lux perpetua luceat eis.

f. Requiescant in pace.

RJ. Amen.

Laudes vero, dictis secreto Pater noster *et* Ave Maria, *absolute inchoantur ab antiphona* Exsultabunt Domino.

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 24 iulii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

I, ffi S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien, *Secret.*

II.

FALISCODUNEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI LUCTAE FILIPPINI FUNDATRICIS ET ANTISTITAE INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUNCUPATARUM.

Lucia Filippini in civitate ac dioecesi Cornetana, die 13 ianuarii anni 1672, ortum duxit a Philippo et nobili coniuge Magdalena Pichi-Falzacappa. Vix sexennis parentibus orbata, in -avunculorum tutelam recepta est. Aetate succrescens ita ingenio ac pietate praestitit, ut a parocho in cathechismi adiutricem et puellarum magistram electa fuerit. Marcus Antonius Barbadicus, Faliscodunensis et Cornetanae ecclesiae praesul, qui seminarium Sacrorum alumnis instituendis Montisfalisci iam erexerat, alterum quoque ludorum opus in puellarum utilitatem constituere cogitabat. Interim Corneti in pastorali visitatione sorores Luciam et Elisabettiani Filippini orphanas novit, earumque conditione commotus, hac in patrio monasterio collocata, illam Faliscodunum deduxit ad monasterium S. Clarae, ut perfecta in omni opere bono atque instructa efficeretur. Cum autem vir egregius consilium maturum

in Domino iudicavit, Luciani intra claustra probatam ipsisque, de speciali dispensatione, monialibus regendis iam praepositam, uti valde idoneam ad puellas extra claustra religione probisque moribus informan das, novo operi dioecesano scholarum et collegio Magistrarum Piarum praefecit. Deo favente, res ita prospere ac bene cessit, ut in viciniores dioeceses, locorum Ordinariis probantibus, enunciatum opus iuxta primaevam formam diffunderetur. Quin imo in ipsa Urbe Roma, auspice munificentissimo principe Clemente Papa XI, cura et studio amplissimi praesulis a largitionibus pontificiis Alexandri Bonaventura fratris Pompilii, qui bo. me. Cardinali Barbadico episcopo successerat, et sub disciplina piae foeminae Luciae eiusque sodalium, domus et scholae Magistrarum Piarum inde ab anno 1707 vel erectae vel instauratae sunt. Verum Serva Dei, postquam urbanas domus ac scholas sibi commissas solidas firmasque sensit, necessitate quadam compulsa ac desiderio pristinae scholae Faliscodunensi melius prospiciendi aliasque novas intra et extra dioecesim stabiliendi, Summo Pontifice bene adprecante ac laudante, congratulantibus quoque civibus etsi moerore ob Luciae discessum affectis, Faliscodunum reversa est; cunctis de se optimam prudentiae et charitatis opinionem relinquens. Illud vero memoratu dignum est, quod Eius Institutum a Summis Pontificibus usque ad beatissimum Patrem Pium X statutis normisque vitae communis munitum ac specialibus favoribus privilegiisque cohonestatum, sub Pontificis Elemosinarii iurisdictione, salvis Ordinariorum iuribus, et sub Antistitae generalis regimine, a domo principe ad gymnasios in alias quoque regiones ac dioeceses invectum, ad maiorem Dei gloriam et christianam puellarum institutionem, tanquam arbor bona et bene culta, bonos gratosque fructus late palamque protulit ac profert. Tandem Dei Famula, per se et per Institutum de christiana civilique societate optime merita, siquidem puellas timere Deum et operari consilio manuum suarum verbo et exemplo constanter docuit, gravi diuturnoque morbo tentata est. Eo autem ingravescente, Ecclesiae sacramentis rite susceptis, quum sodales ad sacros hymnos concinendos excitasset, die 25 martii, in festo beatae Mariae Virginis ab Angelo salutatae, prout optaverat, anno 1732, aetatis suae sexagesimo, placidissime obiit. Corpus Servae Dei in ecclesiam cathedralem S. Margaritae V. M. sacro ritu magnoque concursu delatum, honorifice tumulatum fuit cum incluso elogio quod incipit: « Hic iacet « corpus Luciae Filippini insignis pietatis foeminae », donec, anno 1858, ab episcopo Aloisio Iona exhumatum ac recognitum, in distincto loculo collocatum est. Virtutum odor qui e gestis Luciae afflabat in vita, post obitum per temporum decursum adhuc perseverans atque in dies magis

suavis et diffusus, locum dedit inquisitioni Ordinariae incuria Falisco-dunensi constructae super fama sanctitatis Servae Dei et ad sacram Congregationem transmissae. Hinc, instante R. P. D. Petro Tonarelli, Protonotario apostolico et Causae postulatore, attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Capitulorum, Ordinum seu Congregationum, ac perillustrium virorum et foeminarum, rogantibus etiam Antistita generali et Magistris Piis Filippini, quum nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Franciscus a Paula Cassetta, episcopus Tusculanus, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis- sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 9 iulii 1912.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio PP. X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua, Rescriptum ipsius sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Ven. Servae Dei Luciae Filippini, Fundatricis et Antistitae Magistrarum Piarum Filippini, die 10, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

h. j$j S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius.*

SACRA -ROMANA ROTA

TARVISIN.

NULLITATIS MATRIMONII (CABERLOTTO-BERENG-AN).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 11 martii 1912, RR. PP. DD. Fridericus Cattani, Ponens, *Antonius Perathoner, Iosephus Alberti, Auditores de Turno, in Causa* « Tarvisin. - Nullitatis Matrimonii », *instante pro appellatione Defensore Vinculi Tarvisin. dioecesis, inter* Angelam ßerengan, *repraesentatam per legitimum procuratorem adv. Henricum Pezzani, et* Angelum Alexandrum .Caberlotto, *contumacem, interveniente et disceptante in causa Defensore Vinculi ex officio, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Angela Berengan, Ioannis et Ioannae Pontini filia, nata est Vallii, in dioecesi Tarvisina, die 23 augusti, anni 1871. Cum octo haberet annos, Tarvisi in collegio Canossiano, ut optimis praeceptis ab ineunte aetate imbueretur, inclusa est, ibique sex annos mansit, scilicet usque ad annos quatuordecim aetatis suae. Tunc in paternam domum rediit, et paullo post, matre suadente, Alexandro Angelo Caberlotto nuptias spopondit. Biennium et ultra, amatoriae relationes perductae sunt; tandem die 26 novembris 1888, quum Angela decimum octavum annum vix attigisset et Alexander Angelus Caberlotto vigesimum septimum iam explevisset, nuptiae sunt celebratae. At paucos post menses, Angela in morbum incidit, et a matre ipsa in paternam domum reducitur. Postea ad virum regreditur, sed denuo aegrotans et a viro (ut ait) vexata, vitam communem abrupit et apud suos parentes se recepit. Ibi filium ante tempus peperit, qui brevi mortuus est. Tunc pater ad visendum filium venit, sed ibi uxorem ne inspexit quidem. Deinde Angela, suo patre suadente, a laico tribunali Venetiarum petiit obtinuitque legalem separationem a marito, et anno 1909, hungaricorum civium iuribus impetratis atque ab hungarico tribunali urbis Fluminis civili divortio obtento, legalem concubinatum cum alio viro audacter iniit, a quo etiam filios habuit. Nuper novus Vallii parochus, de validitate matrimonii Angelae cum Alexandro Caberlotto dubitans, rem investigandam cuidam Evangelii praeconi commisit in lege canonica perito, qui invalidum illud matrimonium adiudicans, Angelae ad episcopalem curiam Tarvisinam recur-

rendi consilium praebuit. Processu denique canonico instituto, curiae Tarvisinae tribunal, die 11 iulii 1911, matrimonium Angelae ßerengan cum Alexandro Gaberlotto, ob impedimentum vis et metus, nullum fuisse decernit. Appellatione tamen a sacri vinculi defensore rite interposita, causa ad nostrum Tribunal diiudicanda nunc venit, sub dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Quamvis satis nota sit *iuris doctrina,* quae, praesertim ex cap. 13 et 14 Lib. IV *Decret,* deprompta, impedimentum dirimens vis et metus respicit, attamen abs re non erit, hic summatim ea recolere quae ad causam nostram praecipue faciunt, et ad eiusdem resolutionem veluti manuducere possunt. Apud omnes doctores certissimum est, metum semper dirimere matrimonium, quando « I° incussus fuerit ad matri- « monium extorquendum; 2° fuerit iniustus, quoad substantiam inquam; « et 3° gravis, seu absolute, seu relative; licet tantum reverentialis fuerit » (D'Annibale, *Summ. Theol. Mor.,* Pars III, n. 445). Et iure quidem, « quia « matrimonium importat perpetuam hominis servitutem, quae nonnisi « volenti et spontanee consentienti imponi potest, iuxta communiter «receptam D. Thomae doctrinam» (Ursaia, *Discept. Eccl.,* tom. IX, P. I, Discep. 38, n. 2). Matrimonium ergo, metu contractum, nullum est, etiamsi is qui sub metu contrahit, consensum revera praestet, sive sciat tale matrimonium nullum fore, sive nesciat; « Nam Ecclesia, talia « decreta constituens, non supponit ipsum mentiri et verba animo non « conformare; quia, ut inquit S. Thomas (quaest. 47, art. I, et in IV* « Distinct. 29, art. I) *Ecclesia non praesumit peccatum, quando non adest « illius fundamentum.* Et etiam si verum consensum (coniux) non appo- **V** neret, iam ex hoc capite esset nullum matrimonium, et sic (Eccle- « sia) nil de novo decerneret. Vult ergo consensum, tali metu extortum, « insufficientem esse ad matrimonium validum, quemadmodum voluit « consensum clandestinum non esse ad matrimonium materiam aut « formam sufficientem » (Salmaticenses, cap. IX, *De matrim.,* n. 3). Seu, ut ait Schmalzgrueber (lib. IV, tit. 1, n. 392): « Consensus iste ipso iure « est irritus, quod huiusmodi matrimonia irritat, non ex praesumptione « ficti, sed veri etiam consensus ». Si autem, ut habet Rota, « matrimo- « nium a nullius arbitrio pendere debet et a quacumque coactione immune « esse debet » (Dec. 493, n. 30 seq., P. IV, et Dec. 242, n. 13, Dec. 346, n. 7, P. XIV, Rec), sequitur iniustum esse et impedimentum constituere timorem, quem parentes in filios immittunt ut tale matrimonium contrahant. Nam, neque ex iure divino neque ex iure ecclesiastico, filii in eligendam uxorem et filiae in eligendum coniugem, parentum volunta-

tem sequi tenentur. Si quis autem quaerat quinam metus revera gravis censeatur, Alexander III (in fine cap. *De spons. et matrim.)* et Innocentius III (in cap. *De his quae tri metusve causa* etc.) respondent, eum esse qui cadat in virum constantem. Verum, cum metus aliud non sit quam animi affectio ex aliquo periculo excitata, subiectivarum modificationum naturam imitatur, quae non solum ab extrinseca causa, sed maxime ab animorum maiori vel minori virtute, maius vel minus robur et maiorem vel minorem intensitatem obtinent. Hinc doctores communi consensu fatentur, in metus existimatione, non eamdem semper esse adhibendam mensuram: « Tria namque, ait De Becker *(De spons. «et matrim.,* cap. III, pag. 63), praecipue sunt attendenda, cum gra« vitas timoris oriatur ex natura minarum et ex qualitate tum eorum « a quibus illae proficiscuntur, tum eorum qui eas passi dicuntur; et « 1° quidem, attendi debet ad naturam mali quod causa fuit metus; « oportet enim ut dictum malum sit simul grave et imminens et quod « facile vitari nequeat; de coetero potest esse malum vel physicum vel « morale ; potest imminere ipsi contrahenti vel etiam parentibus eius et « amicis; nam, in utroque casu, graviter percelli potest animus; item « potest esse malum grave absolute loquendo, vel tantum relative, inspe« ctis circumstantiis personarum, loci et temporis; 2° attendi debet ad « personam quae metum incutit: indubium enim est, indolem dictae «personae, eius habitualem rationem agendi, auctoritatem qua pollet « fortasse in personam metum patientem, et alias circumstantias, magni « ponderis esse ad determinandum influxum minarum in voluntatem « alterius; 3° demum attendendum etiam est ad ipsam personam quae « metum patitur, ad eius sexum, aetatem, educationem, indolem, modum « vivendi cum aliis et similia. Clarum enim est ex hoc capite, metum « aliquando iudicandum esse gravem qui pro alio tantummodo levis « dicendus esset ». Bene ergo ait Gasparri *(De matrim.,* n. 941): « Malum « instans vel futurum quod timetur, debet esse grave pro illa persona « quae timet, ita nempe ut haec persona facile illud sustinere nequeat ». Et, ut notat Panormitanus (in cap. *Cum locum, de spons.,* n. 6): « In « metus causa adeo consideranda est conditio personae, ut in casu « mulieris, ad irritandum matrimonium, requiratur metus qui non in « virum, sed in constantem mulierem cadat. Scilicet considerandum est, « quid femina constans metuerat, pensata naturali feminarum constantia, « quibus a natura inest minor animi vigor corporisque fortitudo » (Cf. Bossium, *De matrim.,* cap. 12, n. 22). In casu autem nostro, *considerandum erit, quid puella constans metuerat, pensata naturali puellarum constantia,* quia agitur de puella septemdecim annorum. Ex hac doctrina

bene inferunt doctores, etiam metum reverentialem posse irritum facere matrimonium. Reverentialis dicitur metus, quo quis aliquid facit vel non facit ob timorem offendendi personam cui reverentiam praestare debet: puta parentes, dominum etc. Profecto si metus ex sola reverentia erga parentes vel alios maiores concipiatur, solum regulariter non sufficit ad irritandum matrimonium; sed si debitae reverentiae adiungantur aut obiurgationes aut vexationes aut minae, diuturna offensio vel rigidae et importunae persuasiones austeri parentis vel superioris cui resisti non solet, potest-inde metus excitari, qui in animo filii vel subditi adeo influat, ut filii vel subditi, non amplius consilii sui domini, mens trepidet et impos fiat resistendi alieno imperio (Cf. Lessium, *De iustit. et iur.,* lib. II, cap. 17; Sánchez, *De matrim.,* lib. IV, disp. *1,* n. 17; S. G. G. in *Venet.,* 4 maii 1889; Santi, *Prael. 1.* ***G.,*** lib. IV, n. 57; etc.). Immo etiamsi desint minae et obiurgationes, sufficeret indignatio, « quae « si gravis et diuturna sit, malum grave et ideo metus gravis non imme- « rito existimabitur » (Cf. D'Annibale, *Summ.,* tom. I, n. 138, n. 16). Et hoc non pro puella tantum, sed etiam pro viro : « Quis enim vir, ait « Sánchez *(De matrim.,* lib. IV, disput. VI, n. 14), constans et prudens « non reputabit grave malum semper coram oculis habere infestum « patrem aut virum, aut alium a quo pendet et cum quo semper ver- « satus est? ... Suasiones quoque et preces habentur loco compulsionis « et coactionis et ingerunt metum cadentem in constantem virum, maxime « quando veniant a patre et aliis superioribus » (Rota, coram Emerix, dec. 870, n. 7). Si ergo non certa mensura, gravitas metus pro omnibus potest dimetiri, concludendum est, in foro externo iudicium circa gravitatem remitti debere arbitrio iudicis (Sánchez, lib. IV, disp. 5, n. 1). Eo magis quod saepe causae quae seorsim sumptae, per se impares essent ad metum gravem producendum, simul iunctae metum sufficientem ad matrimonium invalidandum incutere possunt. Ex quibus omnibus haec videtur esse deducenda conclusio, metum scilicet esse difficilis probationis, satisque probatum censeri quoties adminicula et iuris praesumptiones in animo iudicis prudentem persuasionem et moralem certitudinem de eius existentia gignere possint; iuxta Reiffenstuel doctri- « nam : Quisnam enim hic et nunc sit iustus metus... ad irritandum «actum sufficiens... et coniecturarum qualitas visque probandi, iudicis « relinquitur disquisitioni et arbitrio » (Cf. *Lib. decr.,* I, tit. 40, n. 79 et 80; S. C. C, in *Tolentinatensi - Matrim.,* 17 aprii. 1869, Votum Canonistae).

His in iure praemissis, nunc deveniamus oportet ad *factum quod spectat.*

Si, ut supra innuimus, metus non absolute sed relative est existimandus, utile nobis erit in primis quaerere de indole moribusque tum Angelae, a tempore quo in uxorem promissa est usque ad suum matrimonium, tum matris eius, a qua metum in filiam incussum fuisse asserunt, ut Alexandro Caberlotto nuberet. Plurimi hic refert meminisse, quod Angela, quum Alexandro in uxorem promissa est, nondum decimumquintum aetatis annum expleverat; insuper, mox e monialium collegio egressa, adhuc erat puella sine experientia, mundi nescia et onerum quae secumfert matrimonii sacramentum ; mater e contra indolis vehementis quam maxime erat atque violentae. Hoc ex testibus certissime eruitur. Testis Romanus Dall'Olio, qui optime noverat Angelam, utpote eius consobrinus, testatur: « La ragazza aveva paura della madre, « essa era timida, la madre era violenta. La ragazza era buona perchè « era giovane ». Testis Alexander Berengan, Angelae frater: « La sorella «era d'indole ottima e affettuosissima, buona, docile; anzi era tanto « buona che sopportava tante volte le mie vivacità. Era timida davanti « a tutti, in modo particolare poi tremava, come tutti noi, davanti al « papà e alla mamma.. Si mostrò vero angelo di conforto negli ultimi « anni della vita del mio papà, di cui fu una vera infermiera. So certo « che in quel tempo l'Angelina era ingenua, e, per conto mio, posso « attestare, che non conosceva certo nè i pesi degli sponsali e tanto « meno del matrimonio; e questo in forza della sua educazione, poiché « passava dall'istituto Canossiano alla campagna. La mamma, pure « adorandoci, era di carattere violento, e passava qualche volta alle vie « di fatto su noi. Noto che nella sua vita ebbe sempre poi uno scrupolo, « per aver costretto la figlia a questo passo. La mamma era violenta; e « qualche volta anche col papà, però non passò mai a vie di fatto con « lui: era tenace nelle sue idee non solo, ma nel voler quello che voleva. « Noto che la mamma aveva un forte ascendente sul papà, il quale « tante volte taceva e pazientava per la buona pace della famiglia ». Testis Maria Rubinato Sernagiotto, quae socia fuit Angelae in collegio Canossiano, ita iudici sciscitanti respondet: « La conosco (Angela) dal « tempo del collegio, io la giudicai sempre buona, ingenua ed onesta; «di carattere docile anche colle compagne; e per me era timida. Con « la Gina dagli 8 anni ai 17, abbiamo fatto quasi vita comune, eravamo « intime proprio. Da quanto ricordo, mi pare che la madre dell'Angelina « era assolutista, e che s'imponeva ai figli ed anche agli altri tutti ». Iudex eam interrogavit utrum Angela matrimonii onera atque officia cognosceret quum nuptias celebravit; cui testis: « Siccome di queste « cose non si parlava mai, non posso dire. Credo però che non cono-

« scesse i pesi del matrimonio, data la sua giovane età... La madre, « come già dissi, era assolutista ». Testis Maria Bernardi, quae uxor fuit fratris Angelae iam defuncti, de ipsa testatur: « Era una ragazza « semplice, un po' leggeretta, buona, senza malizia, per la sua educa- « zione ». De socru autem haec habet: « Era di un carattere collerico, « violento, s'imponeva, ed aveva la padronanza della famiglia. Il marito « era buono, forse per aver la quiete in casa. Io aveva molti riguardi « dalla suocera ». Et iterum de Angela : « Credo che in quel tempo fosse « incapace di affermare una cosa per un' altra, e la conobbi proprio « buona ». Testis Lina Berengan-Miolio, Angelae soror, de ipsa deponit: « Era un temperamento forte, ostinata; era ingenua, una vera bambina... « Io andava qualche volta in casa, quando Caberlotfo amoreggiava con « mia sorella, poiché io era sposata. Mia sorella era una bambina, e, « passata dal collegio in famiglia, non poteva conoscere niente; le hanno « presentato il Caberlotto come primo fidanzamento, ma non so da chi « le fosse stato presentato ». Interrogata autem a iudice utrum soror eius Angela tunc onera matrimonii cognosceret, respondit: « Sono sicura « che in quel tempo non capiva nè poteva capir nulla, tanta era la sua « ingenuità ». De matre autem sua ait: « Verso noi era affettuosa; era « di carattere ostinato, e, quando voleva, voleva ». Testis Carolus Miollo, levir Angelae, testatur de illa: « Sono cognato e la conosco da bam- « bina... Era ingenua, semplice, una vera bambina; era un carattere « un po' diffìciletto, ma del resto buona ». De eius matre autem: « Era « un po' forte, dominava in famiglia ». Ipse sponsus Alexander, quae coeteri testes de indole Angelae retulerunt, plene confirmat: « Non posso « che ripetere quello che hanno detto gli altri testimoni ». Sequuntur testimonia duarum amitarum Angelae, quae, quum in familia fratris sui simul cum Angela, dum haec Alexandro desponsaretur, vitam communem ducerent, optime res omnes noscere debent. Maria Berengan de fratris filia haec habet: « Era sempre buona, mite, dolce con tutti, vivace per « carattere, ingenua, una vera bambina; fu sempre con me qui in casa.... « Fuori del collegio era vivace, ingenua, insomma una ragazza modello. « Per quanto posso sapere, io credo che non fosse in grado di conoscere « nè lo sposalizio, nè i pesi del matrimonio ». De sua fratria autem dicit: «La madre aveva un carattere assolutorio; nessuno le andava « davanti, tanto era violenta. Io stessa e tutta la famiglia abbiamo sof- « ferto per il suo carattere violento; anche mio fratello, che pure era « energico, cedeva di fronte alla sposa, per la quiete della famiglia ». Altera amita, Regina Berengan, sive de Angela, sive de istius matre easdem fere res dicit. De Angela: « Era buona, ingenua come una barn-

« bina... era tanto buona, era bambina, era appena venuta fuori del « collegio. Credo che non potesse capir nulla nè dei pesi nè dei doveri « del matrimonio. All'Angelina tanto faceva una cosa come un' altra ». De fratria: « Era tutto fuoco e violenta; e, quando voleva una cosa, « doveva andare ; anche se fosse male, doveva andare da quella parte. « Tutti dovevano cedere, altrimenti nascevano delle scene tremende. «Anch'io ho avuto tanti dispiaceri da questa donna». Testis Adamus Volpato, qui nunc est parochus Vallii, matrem Angelae cognovit, de eaque refert: « Posso attestare che la madre era energica, e anche alla « mia presenza notai che tutti avevano paura a riguardo della Signora ». Ioannes Caberlotto, Alexandri frater, ultimus testis adductus, de Angela confirmat aliorum testimonia: « .... la conobbi come una buona ragazza, « piuttosto di carattere timido; buona e reigiosa, a quel tempo, poiché, « dopo le relazioni furono rotte ».

Indole actricis eiusque matris tot testimoniis cognita, nunc videndum est utrum Angelae arriserit matrimonium cum Alexandro Caberlotto, vel ei potius a matre fuerit impositum; deinde quibus adhibitis mediis, ut aptius iudicare possimus circa vis metusve gravitatem. Ipsa Angela enarrat: « ... io accettai sforzata la promessa; poiché la pro- « messa di futuro matrimonio fu fatta dai mio papà e dalla mamma, « e da essi seppi che era stato deciso il mio matrimonio, ma dopo « un anno e tre mesi di amoreggiamento. Io però non dissi al Caber- « lotto direttamente di sposarlo, poiché non avevo neppure il corag- « gio ». Interrogata a iudice quid parentum propositioni respondisset, ait in sua veneta dialecto : « Io risposi : " Mi no lo vogio, perchè noi « me piase „ ; e lori me ga dito : " Prova far l'amor e te vedaré chel «te piaserà, in caso te lo lasserè „ ». Sequitur: «Non conoscevo la «forza giuridica della promessa di matrimonio; subii la promessa, « coltivando l'intenzione di liberarmi in seguito. Non conoscevo ancora « i doveri e i pesi matrimoniali, anzi credo che questo sia stato uno « sbaglio de' miei, di non avvertirmi dei doveri matrimoniali ». Deinde: « Io schivavo di trovarmi a lui vicino dappertutto, perchè mi era « odioso. Il mio papà si disinteressò dell'affare, ma la mamma fissò « che io lo dovessi sposare: e siccome aveva un temperamento violento, « così non ascoltò neppure varie persone che si erano frapposte per « liberarmi; ma essa rispondeva: " *O sposa quello o nessun altro* „ ». Cum ipsa testes omnes concordant. Romanus Dall'Olio : « Mi consta di scienza « mia propria, che fu sua madre, che voleva che l'Angela Berengan spo- « sasse il Caberlotto, e la conduceva, fanciulla com'era, per dove stava « il Caberlotto, perchè questi s'innamorasse di essa e viceversa. Conosco

« il Caberlotto da quando incominciò ad amoreggiare... è ricco molto ... « non era un bell'uomo ; anzi anche per questo la signorina non lo voleva. « Egli era innamorato molto della signorina. So che la signorina non lo «voleva assolutamente; la vidi io stesso più volte a piangere, e fui « presente a frequenti questioni con la madre sua, che si arrabbiava. « Sentii con le mie orecchie dire alla madre: " Quell'uomo non lo voglio, « non sono contenta, lo sposo per non far questioni „ ; noto che la madre « era violenta. So che la ragazza fuggiva, poiché era tutta una questione; « la madre le diceva: " Voglio che tu lo sposi „. Son certo che la madre « voleva questo matrimonio per causa d'interesse, dicendo : " Voglio che « tu lo sposi, perchè ne ho sposata un'altra con un povero „ ... Quando « il Gaberlotto veniva, l'Angelina Berengan doveva andare per forza a « fargli compagnia, per evitare le questioni con la madre ». Testis Alexander Berengan : « Ero in collegio Vanzo in Milano, e seppi che « (la sorella) si era fidanzata col Caberlotto, però sapeva che essa non « aderiva aJ matrimonio, e ciò seppi quando venivo in famiglia in « lieenza ». De Alexandro ait: «... Egli era un uomo sempre chiuso « nella sua casa e quindi ruvido, mentre la sorella, assai più giovane, « era di natura molto diversa. Anche la differenza di educazione era « molto notevole ». Deinde sic indicat causas nuptiarum: « L'insistenza « continua specialmente della mamma non solo, ma ancora degli altri « di famiglia; la zia, per esempio, le diceva spesso: " Va, sposalo per « contentare la mamma, per non aver l'inferno in casa: ed anche perchè « è ricco „. Sentii più volte la sorella affermarmi che non voleva il Caber« lotto; e sentii ch'essa piangeva e si disperava ». Testis Maria Rubinato Sernagiotto: « Da quanto ho capito da altri e da un assieme di cose, «la madre volle quel matrimonio per interesse, cioè per la posizione « della figlia ». Testis Maria Bernardi : « La signorina Berengan non « mostrò mai simpatia per il Caberlotto, perchè da quanto conobbi, essa « mostrava simpatia per un mio parente. Il Caberlotto era un uomo « onesto, buono; era un po' interessato, non però spinto. Per noi ragazze, «non era tanto simpatico. Mi pare che la Gina abbia fatto lo sposa« lizio col Caberlotto in seguito forse a qualche imposizione da parte « della madre, e più per leggerezza, senza capire le cose bene ». De causa cur mater hoc matrimonium imposuerit, dicit: « Mi pare, perchè « la madre credeva che fosse un buon partito ». Testis Carolus Miollo : « Mi pare certo che l'Angelina non era innamorata del Caberlotto. « L'Angelina, proprio apertamente, non domandò il mio aiuto per esser « liberata dal matrimonio; me ne parlò sì, del suo poco amore; e « questo capivo anche da me stesso, senza ch'ella mi parlasse ». Testis

Maria Berengan: « Se essa (Angela) fosse stata libera da qualunque vio-
« lenza della madre, io credo che Angelina non avrebbe sposato il Caber-
« lotto; il quale sapeva pure della cosa come l'Angelina, ma lo sposa-
« lizio fu quasi un puntiglio. TI fidanzato veniva ogni otto o dieci giorni
« per trovarla, ma l'Angelina, quando veniva, andava a letto; e poi si
« alzava per forza e restava con lui qualche tempo. Il Caberlotto si
« accorgeva di questa poca simpatia dell'Angelina; tanto è vero che in
« quell'anno e mezzo non volle mai fermarsi a cena con noi, benché si
« preparasse qualche cosa apposta... Si raccomandava a me (Angela)
« perchè avessi a liberarla da questo matrimonio, ma siccome anch'io
« era figlia di famiglia, non potevo influire sull'animo della mia cognata,
« La ragazza mi diceva spesso: " Questo ragazzo non mi piace e non
« mi è simpatico „. Neppure il suo povero fratello Paolo, che pure aveva
« dell'influenza, poteva far nulla in proposito, tanto meno poteva far io.
« Io però dissi all'Angelina tante volte, che si adattasse per la pace
« della famiglia. Tanto è vero-che le dissi: " Va, tu non sarai respon-
se sabile di quello che sarai per fare e delle conseguenze „. L'antipatia
« verso il Caberlotto io la spiego, perchè essa aveva molti adoratori,
« molto più attraenti del Caberlotto, il quale era più vecchio, d'un
« carattere antipatico, che non le andava a genio. Anche le compagne
« che venivano in casa ridevano e scherzavano sopra il Caberlotto ...
« A tavola tante volte si diceva: " Angelina, vuoi più bene a questo
« panetto o al Caberlotto ? „ ed essa rispondeva: " Più al panetto „ ».
Deinde Regina Berengan de Angela pariter refert: « Fu spinta anche
« contro il suo volere: tanto è vero che venendo il Caberlotto per tro-
« varia, quando noi la si avvertiva di andare, rispondeva: " Andate voi,
« che io non ci voglio andare „. Tante volte mi confidò che non poteva
« inghiottirlo ».

Nunc ad modos quibus mater filiam ad matrimonium impulit. Angela ipsa enarrat: « Una volta, tre o quattro mesi prima del matri-
« monio, io lo aveva lasciato, perchè, quando lo vedeva, mi faceva affanno.
« Il Caberlotto partì da casa arrabbiato; io dissi alla mamma che lo
« aveva lasciato; allora nacque una scena violenta; la mamma montò su
« tutte le furie; io scappai nella camera di mio fratello, mi chiusi dentro
« insieme col fratello e la cognata, per salvarmi dalla mamma; essa ruppe
« lo scrocco della porta, entrò e mi diede degli spintoni, prendendomi per
« forza per il petto: io fuggii in un *retrait*, e mi chiusi di nuovo. Noto
« che era d'inverno e mi trovavo in camicia, tanto che per il freddo e
-« la paura, svenni, e fui soccorsa dal fratello. La zia, che cercò di fer-
« mare la mamma, ebbe da essa uno schiaffo. Prima di farmi la scena,

«mi disse: ." O lo sposi o mi getto dalla finestra; „ questa cosa mi «fece tanto spavento; anzi minacciò altre volte la stessa cosa. Ripresi « di nuovo ad amoreggiare, in seguito alle istanze della zia e di tutti « gli altri, per evitare la discordia in famiglia. Fui costretta di scrivere « di nuovo a Caberlotto una lettera, dettatami dalla mia cognata, alla « presenza della mamma e della zia, conservando nel mio cuore paura « per la mamma ed antipatia maggiore verso il Caberlotto... La zia si « bisticciò con la mamma una volta per il mio caso ; anzi la zia mi « disse : " Ormai bisogna che tu ti adatti a sposarlo, per la pace della « famiglia „. Mi son rassegnata per la pace della famiglia a fare il matri« monio. Non c'era parroco, ma veniva un certo Malo, Cappellano di « Rovarè, vecchio; egli non fece alcun esame, fece le pubblicazioni solo ». Iudex ad haec, notam adiungit: « Il Sacerdote deputato della parrocchia, *« sede vacante,* era vecchio e *minus habens* ». Cum his quae Angela narrat, testes plus minusve concordant. Alexander eius frater: « Io non « posso dir nulla del principio del fidanzamento, perchè ero assente ; ma « ho sentito ben dire delle scene violente, quando tornava a casa, tra la « mamma e la sorella; poiché la mamma voleva che F Angelina sposasse « il Caberlotto, e la sorella non lo voleva. E so che mia sorella dimo« strava con altri e con lo stesso Caberlotto la sua avversione. Anche « ricordo che gli stessi servi di casa compiangevano la condizione della « sorella ; ma io non potevo capir bene la cosa, essendo giovane spen« sierato. Sentii in casa che il mio povero fratello Paolo cercava di difen« dere la sorella e di metter pace ». Maria Rubinato Sernagiotto testatur: « Una volta io ero a Vallio, per l'occasione di un matrimonio di una mia « parente, e so che i Signori Berengan mi mandarono a chiamare in casa « loro; e quando arrivai, la madre della Gina mi mandò in camera, poiché « la ragazza era in pianto; credo perchè prima era successa una scena « violenta. Mi fu poi riferito da altri, che la Gina piangeva per essere « stata pestata dalla madre, per causa che non voleva saperne del matri« monio futuro col Caberlotto. Faccio notare che la Gina non era inna« morata del Caberlotto. La giovane compagna, benché mi volesse bene, « pure, dopo il fidanzamento, non mi parlò mai di esso ; credo forse per « il suo amor proprio offeso in questo fidanzamento antipatico ». Maria Bernardi: « Ricordo un fatto più grave, cioè la Gina non sentiva sim« patia per il Caberlotto, e, ritornata a casa una volta da Monastier, « voleva romperla col Caberlotto ; allora nacque una scena violenta con « la madre, che non voleva che fosse rotto lo sposalizio ; l'Angelina venne « in camera mia tutta paurosa e piangente, e dormì in camera mia; « insieme c'era anche mio marito, e, a dire il vero, eravamo tutti e tre

« impauriti; ricordo che la madre batteva alla porta per fare uscire la « figlia. Tutti in famiglia dicevamo che non era un matrimonio che « andasse, perchè la Gina non aveva simpatia per il Caberlotto. Il giorno « dopo, in seguito ai suggerimenti di una zia che era in casa, l'Angelina « mi disse di aiutarla a scrivere al Caberlotto, ed io le dettai allora quello « che doveva scrivere, dichiarandole che non assumevo per questa cosa « alcuna responsabilità. La madre aveva spesso in bocca, per cose anche « da nulla: " *Mi getto dal balcon* „ ». Non unica haec fuit violentia matris in filiam ; etenim eadem testis dicit: « Qualche volta si è presentata con « vere scene con la figlia per il suo matrimonio col Caberlotto ». Maria ßerengan pariter haec refert: «... ricordo che la ragazza essendo amma- « lata, la madre battè coi piedi per gettar giù la porta, e in quella occa- « sione voleva darmi uno schiaffo; io allora andai via per alcune ore, « tutti insistevano perchè tornassi; io accettai solo col patto che la « cognata, madre dell'Angelina, mi domandasse perdono a presenza di « tutta la servitù, ciò che fece. Mio fratello era assente; era a Milano. « Questa scena violenta successe poiché l'Angelina aveva messo in libertà « il Caberlotto, e non voleva più scrivere al fidanzato. La cognata tante « volte ascendeva all'ultimo piano e minacciava di gittarsi giù. Queste « scene erano continue, tantoché anche la servitù mi diceva: " Perchè « non impedisce che quella povera signorina non sia tanto maltrattata « dalia madre? „. L'Angelina era religiosissima, proprio nel vero senso « della parola. La figlia fuggì in camera del fratello, e rimase tutta la « notte. Io sentivo spesso gridare e piangere la ragazza; la madre rim- « proverarla, e poi passare all'altro eccesso, e darle baci e tutto quello « che desiderava ». Regina Berengan: « La madre ha sforzato molto la « figlia a questo fidanzamento con minacce e argomenti morali. Fui pre- « sente *a tante e tante scene,* che la madre faceva, perchè voleva questo « matrimonio. Quei di casa cercavano di distogliere la madre da questa « violenza, ma essa si faceva venire le convulsioni, gridava tanto che « tutti cedevano, anche il marito. Minacciava anche di gittarsi dalla « finestra. Restava col viso lungo con la figlia dei giorni interi, per questa « sua contrarietà al matrimonio col Caberlotto ».

Nunc inquirendum remanet, utrum Angela vim metumve passa sit tempore tantum quod matrimonium praecessit, vel etiam in ipso matrimonio. Rem audiamus, primum ab ipsa, deinde a testibus. Circa ea, quae immediate praecesserunt, quae **Gomitata** sunt, quaeque sequuta matrimonium, hoc Angela habet: « Non sentii neppure le pubblicazioni, « perchè andavo a messa a Rovarè, anzi quel tempo fu per me un « tempo di malinconia, ma non capivo il vincolo del matrimonio. Io

« andai a confessarmi e a comunicarmi, e pregai il Signore che mi « facesse trovare bene nel matrimonio. Il corredo fu preparato dalla « mamma, poiché io era in età giovane. Io ho pronunciato il *sì* con « la bocca, ma non col cuore, poiché non gli voleva bene, e quindi « sforzata dalla paura. Alcuni mi dissero che il *sì* si era appena sentito. «Altri, che facevo pietà, riguardandomi come una vittima.... quindi « passai in Municipio per F atto civile, e quivi pure mi mostrai reni- « tente; anche là dissi un *sì* talmente fiacco, che il sindaco Radaelli « disse : " *Che sì fiaco che te ga dito* „... andammo alla stazione di S. Biagio, « e quivi nacque una scena col papà mio, poiché io non volevo andar «via col Caberlotto, poiché non l'amavo, ma il mio papà mi disse: *« " Va, va, cosa vu tu fare? va, prova, se no te torni a casa,,* ». Testis Dall'Olio: « ... ha fatto (Angela) il matrimonio per quietare la madre, e « per evitare le questioni in famiglia ». Alexander, eius frater, iudici percunctari « Che impressione ha riportato V. S. nel giorno del matri- « monio della sorella? Sembrava a lei contenta, ovvero si atteggiava a « vittima? » respondit: « Ero assente in collegio a Milano. Sentii in « generale che non fu una festa di gaudio, come di solito nei giorni di «nozze. Ho sentito che, alla stazione di S. Biagio, la sorella fece una « scéna violenta, e non voleva partire, per l'affetto verso la famiglia e « per la ripugnanza verso il Caberlotto. Io credo che sia andata ail'al- « tare come una vittima ». Testis Maria Bernardi: « Nel giorno delle « nozze notai indifferenza da parte dell'Angelina, che faceva la cosa con « leggerezza ». Testis Lina Berengan : « Nel giorno delle nozze ho sen- « tito da altri che il papà mio le disse : *Va là, se non ti trovi* (bene), *« ritornerai a casa* ». Testis Maria Berengan a iudice interrogata utrum Angela coacta ad matrimonium celebrandum ierit, respondit: « Io dico « di sì, tanto è vero che fu il padre che la accompagnò all' altare, non « volendo essa andare con lo sposo. Andò via da casa come una morta; « io ho *proprio visto coi miei propri occhi;* essa piangeva davanti a tutti, « e non guardava neppure lo sposo. Anche quei di casa dicevano : " Quello « è un matrimonio che non va, poiché essa non gli vuole bene „... suo « padre le disse nel giorno delle nozze, vedendo la sua poca conten- « tezza : " *Va, se non ti trovi bene, tornerai a casa* „ ». Denique Regina Berengan eidem iudicis interrogationi, ita respondit : « Affermo recisa- « mente che la figlia andò proprio come una vittima all'altare, per evitare « scene violente con la madre, e per fare la volontà della madre ... andò « via da casa piangendo, ma non so altro, perchè non ero presente ».

Haec coactio, quam Angela a matre passa est, etiam publice cognoscebatur. Ita testis Maria Rubinato Sernagiotto deponit : « ... Era voce

« generale, che non ebbe la forza di resistere alla madre, e di far valere « la sua volontà, di non volere sposare il Caberlotto ». ipse parochus Adamus Volpato idem asserit: « L'idea generale è che il matrimonio fu « forzato, e tutti danno il torto alla madre, che ha rovinato la figlia, spin- « gendola ad un matrimonio fatto contro il suo genio; ed ora si dice che « la madre ha spinto la figlia prima al passo falso, ora quindi fu spinta « al passo della rovina ». Imo mater ipsa, post exitum infelicem matri- monii filiae, conscientiae stimulis exagitata, illatam vim lamentabatur. Testis Alexander Berengan hoc ipsum de matre deponit: «... la mamma « tante volte piangeva, pensando alle condizioni a cui era stata con- « dannata la figlia sua ». Maria Bernardi de socru testatur: « La madre « dopo fatto il matrimonio cercava quasi di dividerlo; non posso dire « il perchè. Dopo il matrimonio nacquero tante scene fra la suocera e « il genero, e questo, credo, per idee, da parte di mia suocera, troppo « alte ». Sed clarius parochus Volpato iudici sciscitanti « La madre si « mostrò pentita di aver spinta la figlia ad un matrimonio non volen- « teroso? » respondit: « Visto che la figlia era stata tradita, si mostrò « assai dolente fino all' ultimo della sua vita, e questo pure per mia « scienza certa ».

Agitur ergo hic de puella, nuper e monialium coenobio egressa, indolis levis, at bonae, dulcis timidaeque, ad matrimonium primum blan- ditiis adiecta a matre, deinde impulsa, torvo adspectu, minis, necnon verberibus, et etiam consiliis precibusque aliorum familiarium, ut matris ira sedaretur. Hoc tot testimoniis affirmatur ut in dubium revocari non possit, nisi credibilitatem testium negare velimus, quod nobis minime licet, quum ex actis contrarium constet. Si autem conféras quae in iure praemisimus, cum his quae in facto habemus, concludere fas erit, vim metumve gravem Angelam passam esse tum ante matrimonium tum in actu matrimonii. Nec officiunt discordantes notae, quae in actis hic illic aliquando inveniuntur, sive quia a testibus sunt qui sese erga Angelam non bene affectos esse dicunt, sive magis quia illi nec cum pluribus aliis testibus nec secum ipsis saepe concordant. Tales sunt coniuges Lina et Carolus Miollo. Lina, quamvis Angelae soror, tamen iam e familia patris erat egressa, quando Angela Alexandro Caberlotto est desponsata. Et ideo mirum non est, si res non bene noverat. Nec apparet quomodo cohaereant quae ipsa deponit: «Posso dire che sarà « stata influenzata, *ma non costretta dalla mamma. Mia sorella più volte « si ribellò, parlando con me ed anche con mio marito, circa questo matri- « monio, ma non mi pare sia stata violentata »*. Eo magis quod ipsa quoque testatur, se audivisse ab aliis, quod pater, nuptiarum die, Angelae

dixerit: *Va là, se non ti trovi* (bene), *ritornerai a casa.* Tum ipsa vero, tum eius coniux Carolus aperte asserunt: « I nostri rapporti con Ange- « lina non sono cordiali, per cause varie ». Iudex autem curiae Tarvisinae, post Caroli depositiones, hanc notam adiunxit: « Ii tribunale notò « da tutto il complesso delle deposizioni del teste, che questi, per timore « di compromettersi, disse assai poco, e mitigò le cose molto, riguardo « ai genitori Berengan defunti; tantoché, uscente dal constituto, disse *« di essere contento, perchè sperava che la sua deposizione non avesse nè « favorita nè pregiudicata la causa ».*

Nec pariter officit quod nonnulli testes de auditu tantum sint. Etenim processus contra validitatem huius matrimonii viginti duobus annis post eius celebrationem est institutus; quo tempore mortui sunt plures testes, qui utiliime in hac causa interrogati fuissent, si adhuc in vivis extassent: uti pater et mater actricis, necnon eius frater Paulus. At non desunt revera testes de visu, utpote Maria Bernardi, Maria Berengan et Regina Berengan, prior fratria, coeterae amitae Angelae, et, nonnullis in rebus, etiam eius frater Alexander. De coetero, omnium testimonia a fama viciniae confirmantur, quod in his rebus validum est argumentum.

Nec dicendum quod huius matrimonii revalidatio sequi potuisset ex copula, ab Angela libere posita. I° quia Angela tunc certe nullitatem sui matrimonii ignorabat, et ideo ei intentio illud revalidandi adesse non poterat; 2° quia impedimentum publice innotuerat, et ideo matrimonium rite confirmari nequibat, nisi consensu iterato coram parocho et duobus testibus, iuxta ea quae a S. Poenitentiaria decreta sunt, S. Pii V auctoritate (Cf. Ben. XIV, qu. can. 317, et *Inst. Eccl.*, 87, n. 62), et iuxta praxim S. C. C, necnon nostri Tribunalis (Cf. S. C. C, in *Panormitana,* Null, matr., die 30 sept. 1719 et decis. S. R. Rotae in *Weszprimien.* coram Lega, diei 2 iunii 1911; Gasparri, *De Matrim.,* n. 1399).

Nec magni facienda esse RR. Patres autumarunt quae ex adverso a sacri vinculi defensore obiiciuntur. Ita, si actrix nonnisi duobus et viginti annis post matrimonium causam de eius nullitate inivit, non ideo eiusdem ius imminutum est; ratio autem probabilior, qua haud prius iudicium ecclesiasticum instituit, ea est quae a parocho Adamo Volpato, iudici de hac re quaerenti, affertur: « Credo che l'Angelina, « prima non avesse pensato ad altro, essendo insieme coi genitori e « non avendo avuto altro partito, e anche non considerando che la vio- « lenza subita fosse un titolo per invalidare Fatto matrimoniale ». Pariter, si longius quam fieri solet, sponsalium tempus protractum est, hoc probabilius propter aetatem nimis teneram puellae evenit. Discrepantia

autem inter testes circa facta, non est in substantia sed in accidentibus, quae ad rem nostram parum referunt. De coetero, quid mirum si, post viginti duos annos et amplius, facta familiaria non recte testes cuncti recordentur? Non seorsim autem, sed simul sumenda sunt quae metum probant, quia ab invicem se explicant atque corroborant. Praeterea sacri vinculi defensor fidem actrici vult esse negandam. At testes (et etiam qui animum erga eam benevolum non habere fatentur) illam fide dignam esse affirmant. In causis autem de metu, plurimum deferendum esse iuratae depositioni illius qui metum passus est, docent Auctores (cfr. Pignatelli, tom. I, Cons. 4, n. 9; S. C. C, in *Valentina Profess.*, 1773; Gaspard, *De Matrim.*, n. 954). At quamvis Angelae fidem velimus negare, satis tamen a testibus metus appareret probatus.

Praecipua et revera non levis difficultas exsurgit a litteris quas Angela Alexandro conscripsit ante matrimonium, quasque Alexander in iudicium protulit. At RR. PP. visum est, istud non esse argumentum sufficiens ad metus absentiam demonstrandam; 1° quia litterae exhibitae triginta sex tantum numerantur, quum Angela fateatur singulis hebdomadis, sponsalium tempore, Alexandro Caberlotto scripsisse; et Alexander omnes litteras ab Angela acceptas apud se adhuc conservare affirmet. Si autem hoc tempus, ut ex ipsis litteris apparet, biennium excessit, epistolae amatoriae ab Angela inscriptae, plus quam centum esse deberent. Cur ergo Alexander non omnes exhibuit, sed illas tantum quas ad libitum exhibere voluit? 2° quia ex actis certe apparet, Angelam plures scripsisse litteras, dictante fratria Maria Bernardi. Hoc Angela ipsa asseruit, quando Iudex ei litteras, ab Alexandro productas, perhibuit: « Scrissi queste lettere sotto dettatura della cognata Maria Bernardi-Bon, la quale « voleva tante volte che ci scrivessi frasi affettuose, e, rifiutandomi io, « dicendo: " Questa frase non mi sento di dirla,,, essa mi diceva: " Va, « scrivi per questa volta „. Del resto tutti possono vedere che non sono « frasi troppo affettuose in quelle lettere ». Nec ab ea discordât Maria Bernardi: «... qualche volta la Gina mi diceva: "Aiutami a scrivere, perchè « non so cosa scrivere „. E *tante volte* l'ho aiutata, ma sempre libera« mente ». Quot autem et quales fuerunt litterae quas Maria Angelae dictavit? Maxima adest probabilitas, quod illae adamussim fuerint in quibus Angela de amore (qui tamen deerat in corde suo) loquebatur. Demum si sub metus influxu Angela matrimonium contraxit, nil mirum quod sub eodem influxu etiam ea omnia fecerit quae relate ad ipsum sunt tamquam media ad finem; et ideo si defectus inficit finem, etiam media inficiat necesse est. Nec de litteris tantum hoc dicendum est, sed etiam de coeteris signis amoris quae matrimonium antecesserunt,

veluti dona, oscula, etc. Epistolas vero quas Angela Alexandro post matrimonium scripsit, nihil omnino probare est dicendum. Etenim, cum illa de matrimonii validitate non dubitaret, conabatur erga virum exhibere studium, quod tamen, quum ex corde non esset, exiguum tempus duravit. Imo, si quid ex istis litteris coniici potest, hoc unum est, personam quae has conscripsit, non eamdem esse quae alias ante matrimonium scripserat; ita, prae coeteris, stylo et lingua sunt neglectae!

Denique sacri vinculi adsertor opponit, non omnes testes ab actrice i u iudicium productos ei esse favorabiles, nec ei fas esse contra horum testimonia excipere, nisi ex nova causa, quae hic deest. Hoc concedimus; attamen prudentis iudicis erit, cuique testimonio iustam assignare fidem ac pondus; et non certe omnes testes adducti eadem auctoritate pollent.

Negandum pariter est, tempore matrimonii Angelae, duos testes ab ea adductos, hosque magni ponderis, nempe eius fratrem Alexandrum et Mariam Rubinato Sernagiotto, non adhuc fuisse puberes. Etenim Alexander, natus die 2 augusti, anni 1873, tempore matrimonii sororis, iam 15 annos habebat; Maria Rubinato autem tunc 16 habebat annos. De coetero, opportunum hic referre venit quae circa metus probationem habet Gasparri: « Probatio (metus) difficilis est, "tam ex parte illum « patientis, quum in eius animo sit reconditus, tam ex parte inferentis « quum secreto et clam inferatur ... praesertim quando infertur a patre « filiae secum habitanti, et propterea in ea leviores probationes suffi- « ciunt... „ *(Rota,* dec. 326 coram Ludovisio). At non est impossibilis; et « tunc habetur quando tales testes, coniecturae et adminicula simul « iuncta concurrunt, ut moralem certitudinem in iudice pariant. Quare nil « mirum si admittantur testes qui alias non admitterentur, et si idonei « vocantur, uti in cap. fin. *de testibus* notat Glossa. Hinc admittuntur « etiam domestici, ipsique consanguinei et parentes illius qui metum pas- « sus est. Ita folium S. G. G. in *Lucerina, Restii, et integr.,* 26 martii 1768, *« § Clare » (De matrim.,* vol. 2, n. 954). Subdit vero Maschardus: « Doctores « illam constituunt conclusionem, quod magis sit credendum duobus testi- « bus de metu deponentibus, quam mille negantibus vel asserentibus de « libera voluntate,... nam deponentes super spontanea, ut sic loquar, « voluntate, deponunt de actu mentali et invisibili qui soli Deo notus est; « alii vero deponentes de metu, attestantur de minis et tormentis et simi- « libus quae sensu corporis percipiuntur ... Hanc opinionem ampliabis « veram esse, etiamsi unicus testis deponeret de metu, quia magis cre- « deretur, quam mille negantibus vel spontaneam voluntatem affirman- « tibus » (Cfr. Maschat, *de probat.,* conci. 1057, n. 1, 2, 5). Quae cum ita sint, nemo, in casu, non satis probatum esse affirmabit, quod si Angela

non obtemperasset voluntati suae matris, rationabiliter timere non poterat, illam sibi reddere infensam, superciliosam, torve aspicientem nec placide loquentem, quum insuper eam audiverit sibi verba opprobriosa dicentem, imo experta sit ictus et verbera sibi inferentem, *quae omnia* (ait *Clericatus* dec. 37 de matrim, n. 24) *reputantur in filio mala gravia et insupportabilia.* Quis ergo dixerit in Angela plenam et deliberatam electionem non excludi, et per consequens adesse illam libertatem quam in matrimoniis contrahendis requirit Alexander III (cap. XIV, *de spons.)... « Ne coniux per timorem dicat sibi placere quod odit? ».*

Quibus omnibus in iure et in facto sedulo perpensis, Christi Nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes : *Affirmative,* seu *constare de matrimonii nullitate, in casu.* Expensas autem iudiciales ab actrice sustinendas esse decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis futura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 11 martii 1912.

Fridericus Cattani, *Ponens.*
Antonius Perathoner.
Iosephus Alberti.

Sac. T. Tani, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI.

ONORIFICENZE.

Con decreti della S. Congregazione dei Religiosi, il Santo Padre si è degnato di accordare il privilegio personale della Cappa magna:

5 Marzo 1912. — Al Rmo D. Norberto Schachinger, Abbate generale dell'Ordine Premostratense.

20 Aprile. — Al Rmo D. Gummaro Crets, Abbate Premostratense dell'abbazia di Averbode.

SEGRETERIA DI STATO.

• " NOMINE. •

Con Brevi della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

4 Luglio 1912.— Il Rev. Ferdinando Belay, dell'archidiocesi di Zagabria.
— Il Rev. Giuseppe Lang, Canonico della Metropolitana di Zagabria.
— Il Rev. Domenico Premus, Canonico della Metropolitana di Zagabria.

ONORIFICENZE.

Con Brevi della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 Luglio 1912. — Al Sig. Stanislao Mugwanya, Ministro della Giustizia e Reggente del Regno dell'Uganda.

La Commenda dell'Ordine Piano:

12 Luglio 1912. — Al Dott. Emilio Pestalozzi, della diocesi di Basilea.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 Luglio 1912. — Al Sig. Dott. Francesco dei Conti Panciera di Zoppola, della diocesi di Concordia.
11 Luglio. — Al Sig. Giovanni Tommaso Wancura, dell'archidiocesi di Vienna.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 Luglio 1912. — Al Sig. Gustavo Dufour, Ingegnere navale, dell'archidiocesi di Genova.
— Al Sig. Mario Palau, della medesima archidiocesi.
19 Luglio. — Al Sig. Alfeo Motheau, della diocesi di Châlons-sur-Marne.
23 Luglio. — Al Sig. Barone Giuseppe de Crawhez, Borgomastro di Spa, della diocesi di Liegi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

8 Luglio 1912. — Al Sig. Giorgio Moeser, Ufficiale nell'esercito Prussiano a Darkehmen.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

11 Luglio 1912. — Al Sig. Teófilo Melieher, pittore e membro della Commissione per la conservazione dei monumenti antichi in Vienna.
13 Luglio. — Al Sig. Prof. Giuseppe Colombo, dell'archidiocesi di Genova.
15 Luglio. — Al Sig. Domenico Fanelli di Forino, dell'archidiocesi di Salerno.

Annus IV. - Vol. IV. Die 16 Augusti 1912. Num. 15.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE ENCYCLICAE.

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS AMERICAE LATINAE DE MISERA INDORUM CONDITIONE SUBLEVANDA.

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Lacrimabili statu Indorum ex inferiori America vehementer commotus, decessor Noster illustris, Benedictus XIV gravissime eorum causam egit, ut nostis, in Litteris *Immensa Pastorum,,* die **XXII** mensis decembris anno **mdccxli** datis; et quia, quae ille deploravit scribendo, ea fere sunt etiam Nobis multis locis deploranda, idcirco ad earum Litterarum memoriam sollicite Nos animos vestros revocamus. Ibi enim cum alia, tum haec conqueritur Benedictus, etsi diu multumque apostolica Sedes relevandae horum afflictae fortunae studuisset, esse tamen etiamtum « homines orthodoxae Fidei cultores, qui veluti cari- « tatis in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffusae sen- « suum penitus obliti, miseros Indos non solum Eidei -luce « carentes, verum etiam sacro regenerationis lavacro abluios, ((aut in servitutem redigere, aut veluti mancipia aliis vendere, « aut eos bonis privare, eaque inhumanitate cum iisdem agere « praesumant, ut ab amplectenda Christi fide potissimum aver-

« tantur, et ad odio habendam maximopere obfirmentur ». — Harum quidem indignitatum ea quae est pessima, id est servitus proprii nominis, paullatim postea, Dei miserentis munere,- de medio pulsa est : ad eamque in Brasilia aliisque regionibus publice abolendam multum contulit materna Ecclesiae instantia apud egregios viros qui eas Eespublicas gubernabant. Ac libenter fatemur/ nisi multa et magna rerum et locorum impedimenta obstitissent, eorum consilia longe meliores exitus habitura fuisse. Tametsi igitur pro Indis aliquid est actum, tamen multo plus est quod superest. Equidem cum scelera et maleficia reputamus, quae in eos adhuc admitti solent, sane horremus animo summaque calamitosi generis miseratione afficimur. Nam quid tam crudele tamque barbarum, quam levissimas saepe ob causas nec raro ex mera libidine saeviendi, aut flagris homines laminisque ardentibus caedere; aut repentina oppressos vi, ad centenos, ad millenos, una occidione perimere ; aut pagos vicosque vastare ad internecionem indigenarum: quorum quidem nonnullas tribus accepimus his paucis annis prope esse deletas? Ad animos adeo efferandos plurimum sane valet cupiditas lucri; sed non paullum quoque valet caeli natura regionumque situs. Etenim, cum subiecta ea loca sint austro aestuoso, qui, languore quodam venis immisso, ñervos virtutis tamquam elidit; cumque a consuetudine Religionis, a vigilantia Reipublicae, ab ipsa propemodum civili consortione procul absint, facile fit, ut, si qui non perditis moribus illuc advenerint, brevi tamen depravari incipiant, ac deinceps, effractis officii iurisque repagulis, ad omnes immanitates vitiorum delabantur. Nec vero ab istis sexus aetatisve imbecillitati parcitur : quin imo pudet referre eorum in conquirendis mercandisque feminis et pueris flagitia atque facinora; quibus postrema ethnicae turpitudinis exempla vinci verissime dixeris. — Nos equidem aliquandiu, cum de his rebus rumores afferrentur, dubitavimus tantae atrocitati factorum adiungere fidem: adeo incredibilia videbantur. Sed postquam a locupletissimis testibus, hoc est, a plerisque vestrum, venerabiles Fratres, a Delegatis Sedis apostolicae, a missionalibus

aliisque viris fide prorsus dignis certiores facti sumus, iam non licet Nobis hic de rerum veritate ullum habere dubium. — Iam dudum igitur in ea cogitatione defixi, ut, quantum est in Nobis, nitamur tantis mederi malis, prece humili ac supplici petimus a Deo, velit benignus opportunam aliquam demonstrare Nobis viam medendi. Ipse autem, qui Conditor Redemptorque amantissimus est omnium hominum, cum mentem Nobis iniecerit elaborandi pro salute Indorum, tum certo dabit quae proposito conducant. Interim vero illud Nos valde consolatur, quod qui istas Respublicas gerunt, omni ope student insignem hanc ignominiam et maculam a suis Civitatibus depellere : de quo quidem studio laudare eos et probare haud satis possumus. Quamquam in iis regionibus, ut sunt procul ab imperii sedibus remotae ac plerumque inviae, haec, plena humanitatis, conata civilium potestatum, sive ob calliditatem maleficorum qui tempori confinia transeunt, sive ob inertiam atque perfidiam administrorum, saepe parum proficiunt, non raro etiam in irritum cadunt. Quod si ad Reipublicae operam opera Ecclesiae accesserit, tum demum qui optantur fructus, multo exsistent uberiores. — Itaque vos ante alios appellamus, venerabiles Fratres, ut peculiares quasdam curas cogitationesque conferatis in hanc causam, quae vestro dignissima est pastorali officio et munere. Ac cetera permittentes sollicitudini industriaeque vestrae, hoc primum omnium vos impense hortamur, ut quaecumque in vestris dioecesibus instituta sunt Indorum bono, ea perstudiose promoveatis, itemque curetis instituenda quae ad eamdem rem utilia fore videantur. Deinde admonebitis populos vestros diligenter de proprio ipsorum sanctissimo officio adiuvandi sacras expeditiones ad indígenas, qui Americanum istud solum, primi incoluerint. Sciant igitur duplici praesertim ratione se huic rei debere prodesse: collatione stipis et suffragio precum; idque ut faciant non solum Religionem a se, sed Patriam ipsam postulare. Vos autem, ubicumque datur opera conformandis rite moribus, id est, in Seminariis, in ephebeis, in domibus puellaribus maximeque in sacris aedibus efficite, ne unquam commendatio

praedicatioque cesset caritatis christianae, quae omnes homines, sine ullo nationis aut coloris discrimine, germanorum fratrum loco habet; quaeque non tam verbis, quam rebus factisque probanda est. Pariter nulla praetermitti debet, quae offeratur, occasio demonstrandi quantum nomini christiano dedecus aspergant hae rerum indignitates, quas hic denunciamus. — Ad Nos quod attinet, bonam habentes non sine causa spem de assensu et favore potestatum publicarum, eam praecipue suscepimus curam, ut, in ista tanta latitudine regionum, apostolicae actionis amplificemus campum, aliis disponendis missionalium stationibus, in quibus Indi perfugium et praesidium salutis inveniant. Ecclesia enim catholica numquam sterilis fuit hominum apostolicorum, qui, urgente Iesu Christi caritate, prompti paratique essent vel vitam ipsam pro fratribus ponere. Hodieque, cum tam multi a Fide vel abhorrent, vel deficiunt, ardor tamen disseminandi apud barbaros Evangelii non modo non inter viros utriusque cleri sacrasque virgines remittitur, sed crescit etiam lateque diffunditur, virtute nimirum Spiritus Sancti, qui Ecclesiae, sponsae suae, pro temporibus subvenit. Quare his praesidiis quae, divino beneficio, Nobis praesto sunt, oportere putamus eo copiosius uti ad Indos e Satanae hominumque perversorum servitute liberandos, quo maior eos necessitas premit. Ceterum, cum istam terrarum partem praecones Evangelii suo non solum sudore, sed ipso nonnumquam cruore imbuerint, futurum confidimus, ut ex tantis laboribus aliquando christianae humanitatis laeta messis efflorescat in optimos fructus. — Iam, ut ad ea quae vos vel vestra sponte vel hortatu Nostro acturi estis in utilitatem Indorunx, quanta maxima potest, efficacitatis accessio ex apostolica Nostra auctoritate fiat, Nos, memorati Decessoris exemplo, immanis criminis damnamus declaramusque reos, quicumque, ut idem ait, « praedictos Indos in servitutem « redigere, vendere, emere, commutare vel donare, ab uxoribus ((et filiis separare, rebus et bonis suis spoliare, ad alia loca dece ducere et transmittere, aut quoquo modo libertate privare, in « servitute retinere; nec non praedicta agentibus consilium,

((auxilium, favorem et operam quocumque praetextu et quae-« sito colore praestare, aut id licitum praedicare seu docere, « atque alias quomodolibet praemissis . cooperari audeant seu « praesumant ». Itaque potestatem absolvendi ab his criminibus poenitentes in foro sacramentali Ordinariis locorum reservatam volumus.

Haec Nobis, cum paternae voluntati Nostrae obsequentibus, tum etiam vestigia persequentibus complurium e decessoribus Nostris, in quibus commemorandus quoque est nominatim Leo XIII fel. rec, visum est ad vos, venerabiles Fratres, Indorum causa, scribere. Vestrum autem erit contendere pro viribus, ut votis Nostris cumulate satisfiat. Fauturi certe hac in re vobis sunt, qui Respublicas istas administrant; non deerunt sane, operam studiumque navando, qui de clero sunt, in primisque addicti sacris missionibus; denique aderunt sine dubio omnes boni, ac sive opibus, qui possunt, sive aliis caritatis officiis causam iuvabunt, in qua rationes simul versantur Religionis et humanae dignitatis. Quod vero caput est, aderit Dei omnipotentis gratia; cuius Nos auspicem, itemque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles Fratres, gregibusque vestris apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die **VII** mensis iunii **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

MOTU PROPRIO.

DE CATHOLICORUM IN EXTERAS REGIONES EMIGRATIONE.

Cum omnes catholicos Ecclesia materno studio complectatur, tum peculiari quadam sollicitudine caritatis eos prosequitur, qui, ut victum labore quaerant, aut meliorem sibi fortunam comparent, relicto natali solo in longinqua migrant, ubi saepius eis timendum est, ne, dum mortalis vitae rationibus prospiciunt, lamentabilem sempiternae iacturam faciant. Plura enim et illustris Nostri Decessoris et Nostra testantur acta, quanto opere Apostolica Sedes bonorum societates foveat in salutem emigrantium institutas, quantumque praesertim adhibeat curam, ne Antistites sacrorum patiantur in re tam gravi pastoralem industriam suam desiderari. Iam vero, cum ob aucta populorum commercia et expeditiores commeatus aliasque causas plurimas, quotidie in immensum crescat emigrantium numerus, intelligimus Nostri muneris esse idoneum aliquod reperire providentiae genus, quo quidem horum omnium filiorum temporibus succurramus. Equidem valde commovemur maximis periculis, in quibus religio moresque versantur tot hominum, qui, ut plurimum, ignari regionis et linguae, atque ope sacerdotum suorum destituti, spiritualis vitae adiumenta nec ipsi sibi parare possunt, nec, quantum satis est, exspectare ab Ordinariis locorum aut a consociationibus iis, quae in id sunt institutae. Quae vero ad medendum his tantis incommodis excogitata sunt, optatum non solent habere exitum, propterea quod eorum, qui in hac gravissima causa elaborant, laudabiles conatus aut operis magnitudine superantur aut consensum et unitatem saepe non assequuntur. — Nos igitur, tempus esse iudicantes necessitatibus tam magnae multitudinis stabili quadam ratione in perpetuum subveniendi, cum S. R. E. Cardinales e Sacra Congregatione Consistoriali in consilium adhibuerimus, Motu Proprio ac de Apostolicae potestatis plenitudine, apud eam ipsam Congregationem novum Officium, seu *Sectionem* ut aiunt, *de spirituali emigrantium cura* constituimus. Huius Officii partes erunt, quaerere et parare omnia, quaecumque opus sint, ut in iis quae ad salutem animarum pertinent, emigrantium latini ritus melior conditio fiat, salvo tamen iure Sacrae Congregatio-

nis Fidei Propagandae in emigrantes ritus orientalis, quibus eadem Congregatio pro suo instituto opportune consulat. Ac de sacerdotibus ipsis emigrantibus hoc idem unice cavebit Officium; ad quod propterea praescriptiones ea de re, decretis Sacrae Congregationis Concilii datas, avocamus. — Itaque Sacra Congregatio Consistorialis, accedente Ordinariorum studio, quorum quidem ipsa confirmabit fovebitque in advenas auctoritatem, suffragante etiam opera consociationum emigrantibus adiutandis, quarum beneficam actionem, quocumque res postulaverit, diriget, divino munere poterit et quae sint, pro varietate regionum, necessitates emigrantium cognoscere, et quae peropportuna visa fuerint maiorum remedia decernere. Confidimus autem fore, ut quicumque catholicam rite colunt fidem, opus tam sanctum in salutem fratrum institutum precibus atque etiam opibus, pro sua quisque facultate, promovere velint, praesertim cum pro certo habere debeant summum Pastorem et Episcopum animarum nostrarum sua ipsorum caritatis officia amplissimo in caelis praemio remuneraturum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xv mensis augusti **MCMXII**, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

EPISTOLAE.

I.

«

AD V. E. ANDREAM CARD. FERRARI, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS LOMBARDAE REGIONIS, OCCASIONE LITTERARUM QUAS RHAUDII CONGREGATI, AD BEATISSIMUM PATREM, DEVOTIONIS ERGO, MISERUNT.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Auspicia rerum secunda vobis portendere iure visa sunt indicta Gonstantiniana sollemnia et Eucharisticus conventus, qui Vindobonae celebritate apparatur maxima; eaque communibus litteris, quas dedistis cum Rhaudum nuper convenissetis, pro vestra in Nos pietate, placuit Nobis gratulari. Nihil est sane, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, quod non speremus ex revirescente populari pietate in Sacramentum augustum et ab excitatis animorum studiis in Ecclesiae causam. Ad istas quod attinet regiones, spem hac in re Nobis

augent studia egregia vestra et cura quam pollicemini maximam in praecavendo ut qui provehendae sociali catholicorum actioni penes vos, scribendo praesertim, dant operam, integritate doctrinae et obtemperatione iis debita qui in Ecclesia cum potestate praesunt, ceteris ad exemplum praestent. Hae enim si nostris desint animi dotes, vix quicquam confici poterit quod ad quaesitas valeat utilitates. Pro delato officio gratias vobis agimus ex animo : auspicem vero divinorum munerum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis omnibus, dilecte fili noster ac venerabiles fratres, cleris populisque vestris peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXI iunii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

IL .

AD V. E. IULTUM CARD. BOSCHI, ARCHIEPISCOPUM FERRARIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FLAMINIAE REGIONIS, OB COMMUNES LITTERAS QUAS BONONIAE CONGREGATI, DEVOTIONIS CAUSA, BEATISSIMO PATRI INSCRIPSERUNT.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Vestram non sine oblectatione observantiam respeximus in litteris, quas, Bononiae nuper congregati, communi consilio ad Nos dedistis. Placuit vobis commemorare Gonstantiniana sollemnia, ut ex iis aditus pateret ad meliorum temporum auspicia. Pietas haec vestra, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, profecto eo extitit gratior quo ditiorem eam in vobis scimus episcopalium earum comitatu virtutum, quarum fructu - postquam a divina gratia discessimus - temporum quae ominamini spes nititur maxime. Certe catholicorum studia in Ecclesiam eiusque tuendam causam multo maiora movebit actio cleri cui prudentia et alacritas episcopi sui viam muniat, media suppeditet, opportuna adhibeat incitamenta.

Pro delatis officiis gratias habetote Nostras et apostolicam benedictionem, quam, caelestium auspicem bonorum Nostraeque testem benevolentiae, vobis omnibus, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, cleris populisque vestris peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIV iunii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

DE INDULGENTIIS PIO VIAE CRUCIS EXERCITIO ADNEXIS.

Pium *Viae Crucis,* ut aiunt, exercitium, ad salutiferam sanctissimi D. N. Iesu Christi Passionem recolendam, a Romanis Pontificibus enixe commendatum ác pluribus indulgentiis ditatum fuisse neminem latet. Et quoniam non semper nec ab omnibus, erectas regulariter Stationes obeundo, peragi illud poterat; non defuit apostolica Sedes, pro iis qui aut infirma valetudine aut alia iusta causa impedirentur, brevioribus precibus, ante simulacrum Ssmi Crucifixi per Fratres Minores - queis ex privilegio apostolico pii eiusdem exercitii moderamen spectat - ad hoc benedictum recitandis, easdem indulgentias adnectere.

Cum igitur per huiusmodi concessionem omnium fidelium utilitati satis consultum fuerit; Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores generales, in plenario conventu habito feria IV die 8 maii currentis anni, omnibus mature perpensis, consulendum Ssmo decreverunt, ut quascumque alias, praeter mox memoratam, hac super re concessiones, nominatim vero quae *Coronas,* quas vocant, *Viae Crucis* respiciunt revocare, abrogare ac penitus abolere dignaretur: insimul declarando, facultates omnes Coronas supradictas hunc in effectum benedicendi, sacerdotibus quibuslibet, tam saecularibus quam regularibus, in praestantioribus etiam dignitatibus constitutis, hucusque quomodocumque impertitas, statim ab huius Decreti promulgatione, nullius amplius esse roboris.

Et sequenti feria V die 9 eiusdem mensis et anni, sanctissimus D. N. Pius divina providentia Pp. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, Emorum Patrum votis annuens, propositam ab eis resolutionem, suprema Sua auctoritate, in omnibus et singulis adprobare et confirmare dignatus est.

Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 24 iulii 1912.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. £g S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

L

DECRETUM

DE QUIBUSDAM REI BIBLICAE COMMENTARIIS IN SACRA SEMINARIA NON ADMITTENDIS.

Cum semper et ubique cavendum sit ne quis Scripturas Sanctas contra eum sensum interpretetur, quem tenuit ac tenet sancta Mater Ecclesia (S. Trid. Syn., Sessio IV[a]) ; id maxime necessarium est in Seminariis inter alumnos qui in spem Ecclesiae adolescunt. Hos enim prae ceteris oportet sanis doctrinis imbui, quae venerandae Patrum traditioni sint conformes et a legitima Ecclesiae auctoritate probatae; arceri autem a novitatibus, quas in dies audax quisque molitur, quaeque quaestiones praestant magis quam edificationem Dei, quae est in fide (I[a] ad Tim., cap. IV); si vero insolitae legitimeque damnatae, in destructionem sunt et non in edificationem.

Iam vero evulgatum nuper est Paderbornae opus quod inscribitur *« Kurzgefasstes Lehrbuch der speziellen Einleitung in das Alte Testament »* auctore *D. Carolo doct. Holzheu,* in quo iuxta neotericas rationalismi et hypercriticae theorias de libris Veteris Testamenti fere omnibus, ac potissimum de Pentateucho, de libris Paralipomenon, Tobiae, Iudith, Esther, lonae, Isaiae et Danielis, sententiae audacissimae propugnantur, quae antiquissimae traditioni Ecclesiae, venerabili Ss. Patrum doctrinae et recentibus pontificiae Commissionis Biblicae responsis adversantur, et authentiam atque historicum valorem sacrorum Librorum nedum in dubium revocant, sed pene subvertunt.

Hunc itaque librum S. haec C. de mandato Ssmi D. N. Papae prohibet omnino, quominus in Seminaria introducatur, ne ad consultationem quidem.

Cum vero alia habeantur similis spiritus commentaria in Scripturas Sanctas tum Veteris tum Novi Testamenti, ceu scripta plura *F. Lagrange* et recentissimum opus, cui titulus: *Die Heilige Schrift des Neuen Testaments,* editum Berolini an. 1912, auctore *Dr. Fritz Tillmann,* haec

quoque expungenda omnino esse ab institutione clericorum Ssmus D. mandat et praescribit, salvo ampliore de iis iudicio ab illa auctoritate ferendo ad quam de iure pertinet.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 29 iunii 1912.

C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

II.

DE DECRETO « MAXIMA CURA ».

In generali conventu sacrae Congregationis Consistorialis, habito die 27 iunii 1912, proposito dubio « An vigeat in Australia novissimum « de amotione administrativa ab officio et beneficio curato Decretum *« Maxima Cura »*, Emi PP., requisito Consultorum voto aliisque perpensis, respondendum censuerunt: « *Affirmative* ».

Facta autem relatione Ssmo D. N. Pio PP. X ab infrascripto Cardinali Secretario in audientia diei 28 iunii 1912, Ssmus resolutionem ratam habuit et confirmavit.

Romae, die 12 augusti 1912.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

15 iulii 1912. — *Episcopus pro Ruthenis in Canadensi regione degentibus et Episcopus titularis Patarensis,* Rmus D. Niceta Budka, Praefectus studiis in seminario archiepiscopali dioeceseos Leopolitanae, rutheni ritus.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE
PRO NEGOTIIS RITUS ORIENTALIS

EPISTOLAE CIRCULARES.

L

AD LOCORUM ORDINARIOS LATINI RITUS, DE NON PERMITTENDI^ ORIENTALIBUS ELEEMOSYNARUM EMENDATIONIBUS ABSQUE VENIA EIUSDEM S. CONGREGATIONIS.

Illme ac Rme Domine,

Sacrae huic *Congregationi de Propaganda Fide pro Negotiis Rituum Orientalium* persaepe recursum habent clarissimi Viri in ecclesiastica dignitate et iurisdictione constituti, sive Ordinarii, sive apostolicae Sedis Delegati, sive alii, a suprema Auctoritate remedium flagitantes contra im probandam agendi rationem quorumdam ad ritum Orientalem pertinentium, qui hac et illae, per Europae et Americae praesertim regiones, cursitant ad eleemosynas colligendas, quaesito colore vel praetextu propriae missionis necessitates sublevandi.

Huiusmodi viri pecuniam colligentes, qui fere semper ad clerum orientalem catholicum se pertinere dictitant, et quandoque etiam vestium ornamenta et titulos ecclesiasticarum praeseferunt dignitatum, exhibent documenta linguis et characteribus in Occidente parum cognitis conscripta, et sigillis variis munita, quae ipsi asserunt a Praelatis, vel etiam a Patriarchis orientalibus prodire, et fidem facere de viri ea exhibentis honestate, et de necessitate eleemosynarum ad construendas vel reparandas ecclesias, ad scholas vel nosocomia aedificanda et sustentanda, ad orphanos alendos, aut populos clade vel fame perculsos adiuvandos, vel ad aliud pium opus promovendum.

Persaepe autem accidit documenta allata apocrypha esse, virum ipsum sic emendicantem frauduienter dignitatem et insignia ecclesiastica iactare et gerere (quae etiamsi constarent vere concessa a suis Patriarchis, tamen gestari non possent nisi intra limites territorialis iurisdictionis concedentis); quandoque etiam nec sacerdotio insignitum nec ad Ordines Sacros promotum esse: quinimo compertum est aliquando mendicantem non solum schismaticum sed et infidelem esse.

Saepe etiam scopus ad eleemosynas captandas allatus fictus omnino deprehenditur; et generatim pecunia collecta in bonum privatum perso-

naie ipsius cedit, absque ullo beneficio vel ievamine orientalium fidelium aut praedictorum operum.

Quam perniciosa sit et turpis haec agendi ratio, nemo est qui non videat; nam bona fides et pietas catholicorum decipitur et fraudatur. Orientis gentibus et ecclesiis dedecus affertur, laeditur iustitia, et catholicum nomen non levem iacturam patitur.

Quapropter sacra haec Congregatio et ipsi summi Romani Pontifices semper conati sunt ut hi graves abusus fraudulentae emendicationis amoverentur, uti constat ex litteris Innocentii XI datis mense ianuario 1677, Clementis XII diei 26 martii 1736, et ceteris omissis, ex monitione ad apostolicae Sedis Nuntios anni 1875.

Cum autem temporis decursu, dispositiones et monita a suprema Auctoritate lata in oblivionem decidisse videantur, Sedes apostolica etiam nuperrime rogata fuit, ut denuo supra memoratos abusus compescefet.

Attenta itaque hodierna itinerum facilitate, visum est non solum praeteritas de hac re dispositiones confirmare, sed etiam haec quae sequuntur statuere:

I. *Ordinarii in sua dioecesi nullum Orientalem admittant pecuniae collectorem* cuiusvis Ordinis vel dignitatis ecclesiasticae, etiamsi exhibeat authentica documenta quolibet idiomate exarata et sigillis munita, nisi authenticum ac recens praebeat Rescriptum sacrae huius Congregationis, quo facultas eidem fit, tum a propria dioecesi discedendi, tum eleemosynas colligendi.

II. Quod si, neglectis hisce apostolicae Sedis mandatis, aliquis Orientalis ecclesiasticus vir, etiamsi commendatitiis Praelati sui literis munitus, Europam, Americam vel alias peragret regiones ad eleemosynas colligendas; Ordinarius loci in quo versatur, eumdem moneat de vetita emendicatione, eumque non admittat ad Missae celebrationem nec ad aliorum ecclesiasticorum munerum exercitium.

III. Si autem pervicacem se prodat, Ordinarius, etiam per publicas ephemerides, clerum et fideles moneat huiusmodi pecuniae quaestus ut illicitos et reprobatos habendos esse.

IV. Demum, si aliquod dubium oriatur, Ordinarii ad hanc sacram Congregationem referant, quae opportune providebit.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus Orientalis, die 1 ianuarii anni 1912.

Fr. H. M. CARD. GOTTL, *Praefectus,*

Hieronymus Rolleri, *a Secretis.*

IL

AD SUPERIORES GENERALES INSTITUTORUM RELIGIOSORUM LATINI RITUS, DE MODO TENENDO ANTEQUAM ORIENTALES IN EORUM SODALITATES ADMITTANTUR.

Reverendissime Pater,

Per apostolicas Litteras *Orientalium dignitas Ecclesiarum,* datas pridie calendas décembres anni 1894, Leo f. r. PP. XIII quoad ingressum Orientalium in religiosas latinas Sodalitates praecepit: « Nulli, utriusvis « sexus, Ordini vel Instituto religioso latini ritus, quempiam Orientalem « inter sodales suos fas erit recipere, qui proprii Ordinarii testimoniales « litteras non ante exhibuerit ».

Sapientissime quidem id cautum est, ut hac in re, et auctoritati Episcoporum, uti par est, deferretur, et una simul praedictorum Ordinum bono prospiceretur, eisdem fide dignum documentum suppeditando de postulantium vita et moribus.

Ast per memoratam praescriptionem derogatum non fuit dispositionibus iampridem statutis, ac praesertim in generali Conventu sacrae huius Congregationis habito die I[a] Iunii anni 1885, quibus praecipitur in singulis casibus recursus ad apostolicam Sedem, seu ad S. Congregationem de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus Orientalis, ad quam etiam pertinet facultatem tribuere ritum mutandi vel ad tempus, vel in perpetuum.

Iamvero, cum postremis hisce temporibus compertum sit, non semel Orientales in religiosa Instituta latini ritus receptos fuisse cum testimonialibus quidem litteris Ordinarii orientalis, sed inconsulta prorsus apostolica Sede; sacra haec Congregatio opportunum ducit Superiorum omnium, Institutis religiosis latini ritus, cuiuscumque formae ac utriusvis sexus, praepositorum, in mentem revocare obligationem qua tenentur, consulendi nempe in scriptis sacram hanc Congregationem antequam inter sodales suos aliquis Orientalis cooptetur.

Porro in supplici libello casus perspicue proponendus est cum omnibus suis adiunctis; et exprimi non solum debent nomen, agnomen, aetas, ritus et dioecesis postulantis, sed, si de viro agatur, praecipue explicandum est utrum admitti postulet in Institutum votorum solemnium vel simplicium, et an pro statu clericali vel laicali; nam pontificium

Rescriptum, si favorabile sit, diversimode conceditur pro diversitate casuum.

Interim Deum precor ut te diutissime sospitet.

Tuus, Reverendissime Pater,

Romae, die 15 iunii 1912.

Addictissimus

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

Hieronymus Rolleri, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

i.

TUDERTINA.

REDUCTIONIS FESTORUM.

Rmus dnus Ioannes Graziani, Episcopus Tudertinus, audito voto revmi capituli suae cathedralis ecclesiae, ut in kalendario dioecesano dies liberi habeantur in quibus Officia dominicalia et ferialia recitari possint, et plenius menti summi Pontificis in memorabili Bulla *Divino afflatu* expressae satisfiat; sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam X supplicibus votis rogavit, ut permulta Festa particularia e kalendario dioecesano expungendi, aliorumque ritum reducendi sibi facultatem concedere dignaretur; facta item potestate in proprias dies Festa universalis Ecclesiae reponendi, quae Festis particularibus locum dederunt. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem sanctissimo Domino nostro tributis, attentis repositis,, insequentes facultates Episcopo Tudertinae dioeceseos benigne concessit:

1. Expungendi quatuor Octavas quibus decorabantur Festa S. Philippi Benitii, S. Terentiani, S. Martini et Commemorationis Passionis D. N. I. C.

2. Expungendi sequentia Festa mobilia, diebus Dominicis assignata,, nempe : B. Mariae Virg. Matris divini Pastoris, Sanctissimi Redemptoris, Purissimi Cordis B. Mariae Virg., B. Mariae Virg. de Consolatione, Maternitatis B. Mariae Virg. et Puritatis B. Mariae Virg.

3. Expungendi singula Officia Mysteriorum et Instrumentorum Passionis Domini, excepto officio Solemnis commemorationis Passionis

D. N. I. C, quod celebrabitur ut antea, absque tamen Octava, ut supra n. 1 dictum est.

4. Expungendi sequentia officia Sanctorum aut Beatorum S. Romanae Ecclesiae summorum Pontificum, nempe : Vitaliani, Felicis IV, Agathonis, Gregorii X, Dionysii, Felicis III, Antheri, Zosimi, Simplicii, Gregorii II, Zachariae, Xysti III, Xysti I, Gaelestini, Iulii, Leonis IX, Anastasii, Paschalis I, Eugenii I, Benedicti II, Bonifacii IV, Leonis III, Pauli I, Innocentii V, Benedicti XI, Eugenii III, Leonis IV, Symmachi, Urbani II, Hadriani III, Sergii, Hormisdae, Hilari, Agapiti, Eusebii, Victoris III, Bonifacii I, Siricii, Nicolai I, Deusdedit, Gregorii III, Eutychiani, Urbani V et Gelasii I.

5. Expungendi sequentia Festa, nempe: S. Feliciani Episcopi, S. Iosephi a Lionissa, S. Hyacinthae de Mariscottis, S: Gabrielis Archangeli, B. Leopoldi a Gaichis, B. Mariae Virg. de Bono Consilio, S. Peregrini Latiosi, S. ioannis Nepomuceni, S. Eurosiae, S. Isidori Agricolae, S. Veronicae de Iulianis, S. Emigdii, S. Rochi, S. Rosae a Viterbio, S. Philumenae, S. Ferdinandi Regis, S. Raphaelis Archangeli, S. Firminae, Expectationis partus B. Mariae Virg. et S. Leonardi a Porto Mauritio.

6. Perpetuo adsignandi diei quintae novembris festum SS. Reliquiarum quae in ecclesiis dioeceseos asservantur.

7. Reducendi ad ritum semiduplicem sequentia Festa, nempe: S. Marcelli P. M., Ss. Soteris et Caii Pp. Mm., Ss. Cleti et Marcellini Pp. Mm., S. Leonis II P. C, S. Anacleti P. M., Ss. Nazarii ac Celsi Mm. Victoris P. M. et Innocentii P. C, Ss. Cornelii, et Cypriani Mm., S. Lini P. M. et S. Damasi P. C.

8. Reducendi ad ritum simplicem sequentia Festa, nempe: S. Telesphori P. M., S. Hygini P. M., S. Apolloniae V. M., S. Lucii P. M., S. Aniceti P. M., S. Alexandri I P. M., S. Urbani I P. M., S. Eleutherii P. M., S. Ioannis I P. M., S. Felicis I P. M., S. Petronillae Virg., S. Silverii P. M., S. Pii I P. M., S. Liborii Ep. C., S. Felicis II P. M., S. Stephani I P. M., S, Xysti II P. M., S. Zephyrini P. M., S. Marci I P. C, S. Evaristi P. M., S. Pontiani P. M., S. Barbarae V. M. et S. Melchiadis P. M.

9. Restituendi in propriam sedem Festa universalis Ecclesiae, quae Festis particularibus ut supra expunctis aut reductis locum dederunt.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 17 iunii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IL

PISCIEN.

REDITUS AD KALENDARIUM UNIVERSALIS ECCLESIAE.

Rmus dnus Angelus Simonetti, Episcopus Piscien., habitu consensu rmi capituli suae cathedralis ecclesiae, ut in kalendario dioecesano dies liberi habeantur, in quibus Officia dominicalia et ferialia recitari possint, et sic ampliori modo menti summi Pontificis in memorabili Bulla *Divino afflatu* expressae satisfiat, sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam X supplicibus votis rogavit, ut facultatem concedere dignaretur, qua clerus Pisciensis dioeceseos, relicto kalendario proprio hucusque adhibito, in posterum kalendarium Ecclesiae universalis uti possit, additis tantummodo quibusdam Festis, in supplici libello descriptis, specialem cum memorata dioecesi relationem habentibus. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem ssmo Domino nostro tributis, ita precibus annuit, ut in dioecesi Pisciensi kalendarium Ecclesiae universalis in posterum adhiberi valeat, cum sequentibus additionibus et variationibus, videlicet:

Die 6 februarii. - S. Titi Ep. Conf., *duplex.*

Die 7 februarii. - S. Dorotheae Virg. et Mart., Patr. Princ, *duplex I classis cum octava.*

Die 13 februarii. - S. Romualdi abb. (d. a. ex 7 febr.), *duplex,* Gommern, octavae.

Die 14 februarii. - Octava S. Dorotheae Virg. et Mart., *duplex maius,* comm. S. Valentini Presb. Mart.

Die 17 februarii. - S. Polychronii Ep. Mart., Patr. min. princ, *duplex II classis.*

Fer. II post Dominicam Quinquagesimae. - Translatio S. Allucii Conf., *duplex maius.*

Die 6 maii. - B. M. V. Gratiarum, *duplex maius.*

Die 11 mai. - S. Ioannis ante Portam Latinam (d. a. ex 6 maii), *duplex maius.*

Die 9 iunii. - Manifestatio B. M. V. a Fonte Novo Montissummani, *duplex maius,* comm. Ss. Primi et Feliciani Mm.

Die 12 iulii. - S. Paulini Ep. Mart, *duplex II classis,* comm. Ss. Basilidis et Soc. Mm.

Die 21 iulii. - S. Ioannis Gualberti Abb. (d. a. ex 12 iulii), *duplex,* comm. S. Praxedis Virg.

Die 30 iulii. - Ss. Abdon et Sennen Mm., Patron, minus princ. *In civitate, duplex maius. In Dioecesi, duplex.*

Dom. II iulii. - Dedicatio Ecclesiae Cathedralis, *duplex I classis cum octava.*

Dom. III iulii. - Octava Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, *duplex maius.*

Die 18 augusti. - Commemoratio Ss. Crucifixi Burgi ad Bovianum, *duplex II classis,* comm. S. Agapiti Mart.

Die 9 octobris. - B. Ioannis Leonardi Conf., *duplex.*

Die 11 octobris. - Ss. Dionysii Episc, Rustici et Eleutherii Mm. (d. a. ex 9 octobris), *semiduplex.*

Die 23- octobris. - S. Allucii Conf., *duplex. II classis.*

Die 5 novembris. - Sacrarum Reliquiarum quae in Cathedrali et in aliis dioeceseos ecclesiis asservantur, *duplex,* comm. octavae.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 augusti 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, S. R. C. *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secret.*

III.

INSTRUCTIO

SEU RESPONSUM SACRAE RITUUM CONGREGATIONIS RMIS LOCORUM ORDINARIIS VEL SUPERIORIBUS ORDINUM SEU SODALITATUM POSTULANTIBUS KALENDARII PROPRII REFORMATIONEM, VEL EXPUNCTIONEM FESTORUM AUT REDUCTIONEM RITUS.

Mens sacrae Rituum Congregationis est, ut, rite postulante rmo Ordinario loci, seu Superiore Ordinis vel Sodalitatis, in posterum, de apostolica venia, relicto proprio kalendario, adhiberi valeat kalendarium Ecclesiae universalis, additis tantummodo Festis quae stricto sensu propria dici possunt, ad normam Constitutionis apostolicae *Divino afflatu* et recentium rubricarum, *tit. II, num. 2, litt. e.* Quo in casu elenchus Festorum, adductis rationibus de eorum proprietate, ad sacram Rituum Congregationem cum supplici libello transmittatur.

Ex Secretaria S. R. C. die 25 iulii 1912.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IV.

DECRETUM

CIRCA MODUL ANDAS MONOSYLLABAS VEL HEBRAICAS VOCES IN LECTIONIBUS, VERSICULIS ET PSALMIS.

A quibusdam cantus gregoriani magistris sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione expositum fuit; nimirum :

An in cantandis Lectionibus et Versiculis, praesertim vero in Psalmorum mediantibus ad asteriscum, quando vel dictio monosyllaba vel hebraica vox occurrit, immutari possit clausula, vel cantilena proferri sub modulatione consueta?

Et sacra eadem Congregatio, approbante sanctissimo Domino nostro Pio Papa X, rescribere statuit: *Affirmative ad utrumque.*

Die 8 iulii 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. G. Praefectus.*

L-ŒTS.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien. *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

L

WESTMONASTERIEN.

PROPRIETATIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 30 aprilis 1912, RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Antonius Perathoner et Iosephus Alberti, Auditores de turno, in causa* « Westmonasterien. - Proprietatis », *inter* Henricam ducissam de Newcastle, *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem V. Sacconi, advocatum, et* Ordinem FF. Minorum S. Francisci, *repraesentatum per legitimum procuratorem A. Lombardi, advocatum, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Henrica, ducissa de Newcastle, mulier studio propagandae catholicae religionis et divitiis praestans, cum moraretur in oppido Ascot,

admiratione et veneratione prosequi coepit Fratres Minores Franciscales qui, e Gallia pulsi, ibi domum fundaverant. Ipsa enim vehementer admirabatur austerum vitae genus quod ipsi ducebant in maxima simplicitate vitae et fideli suarum constitutionum observantia; quare secum reputabat maximum bonum obventurum Angliae si aliae instituerentur huiusmodi domus, et potissimum in archidioecesi Westmonasterien. Hac de re sermonem habuit cum Emo viro Vaughan, archiepiscopo Westmonasterien., qui magnopere probavit Ducissae propositum, scilicet operam dandi ut late diffunderetur Ordo FF. Minorum in Anglia, eidemque persuasit ut novi monasterii fundatio fieret ad oppidum *Woodford,* prope Londinum. Quod ut perficeret, statim adlaboravit piissima foemina, prospiciens ea ratione monasterium institui ut Fratres Minores et pacifice et, servatis anglicis legibus, domum et fundum possiderent et tuto ad suos confratres in perpetuum haereditario iure trans mitterent.

Haec obtineri posse cognovit, secuta consilia virorum in iure peritorum, si fundus emptus in publicis tabulis ipsis religiosis inscriberetur, qui proinde civili iure fundi domini censerentur. Reapse die 27 oct. 1904 rogatum est instrumentum quo venditores transferunt ad quatuor Fratres Minores, scilicet *Eduardum Fischer, Franciscum Haas, Petrum Donegan,* et *Guilelmum Hallan,* « omnem illam partem seu portionem « fundi cum domo seu domicilio in quadam eius parte constructo, sitam « a parte occidentali viae quae ducit a Londino ad Epping apud Wood- « ford..., *the Oaks* appellatum, cum viridariis, officinis, etc— in domi- « nium et usum dictorum ... eorumque haeredum et assignatorum, tam- « quam in solidum in perpetuum ».

Ex contextu instrumenti venditionis-emptionis patet, Henricam ducissam nullam habuisse partem in eodem actu; at revera maxime in rem influxit, subministrando nempe pecuniam qua praefati religiosi viri fundum e mere voluerunt.

Alia dein, post tres annos et iam absoluta monasterii canonica fundatione, inita est conventio ab iisdem religiosis qua hi locant aliquam partem fundi Woodfordensis ipsi Ducissae de Newcastle; in instrumentum enim diei 8 aprilis 1897 refertur quod praefati Religiosi « locant « conductricj. Henriettae ducissae de Newcastle illam domum seu domi- « cilium situm a parte occidentali viae quae ducit a Londino ad Epping « apud locum Woodford Wells, cum tribuna in ecclesia contigua, et una « simul cum viridariis, officinis, agello... qualia nunc ab eadem con- « ductrice possidentur... ut praemissae res teneantur et possideantur « ab eadem conductrice pro spatio vitae suae... pro pensione annua « quae nomine tenus pensio sit... solvenda, si requisitum fuerit... ».

Canonica erectio monasterii Woodfordiensis facta est anno 1896, et ad hoc obtentae sunt facultates a S. C. EE. et RR. per Rescriptum diei 21 aprilis 1896, et eodem anno, mense decembri, ad significandos grati animi sensus, moderatores monasterii impetrant ab eadem S. C. ut nobilis et piissima foemina « bis in annum inviseret monasterium » quod ipsa aedificaverat et suppellectili instruxerat.

Anno 1897, die 4 octobris, edita est pontificia Constitutio *Felicitate quadam,* decernens unionem quatuor familiarum quibus Ordo Fratrum Minorum coalescebat. Quia provincia gallica, cui pertinebant domus in Anglia fundatae, adscripta erat familiae Fratrum Minorum de Observantia, et e contra provincia anglica erat de familia vulgo *dei Recolletti,* actum est de unione facienda ad normam praefatae Constitutionis et praevio consensu habito Definitorii tum provinciae anglicae, sub die 13 augusti 1902, tum provinciae gallicae, sub die 11 septembris 1902^ unio facta est, vi cuius cesserunt provinciae anglicae tres conventus provinciae gallicae in Anglia existentes, ea tamen conditione, utrimque libenter acceptata, « quod in casu expulsionis, religiosi provinciae Fran-« ciae in Angliae provincia excipiantur ».

At unio non eum sortita est effectum ut novam disciplinam illico amplecterentur religiosi absque difficultatibus et quaerelis. Ducissa vero, ob novum rerum statum et potissimum quia in domo ab ipsa fundata alii religiosi viri successerunt iis quos ipsa sua devotione suaque donatione prosecuta est, dubitare coepit suae voluntati et intentioni non amplius obtemperan, et maxime obstare inductas novationes. Quare supplices dedit libellos et S. C. EE. et RR. et ipsi supremo Ordinis Fratrum Minorum Moderatori, sub anno 1903, quibus de rerum novo statu conquerebatur et ipsi fundatrici iniuriam inde fieri contendebat. Sed S. Congregatio censuit rationem non habendam esse harum quaerelarum et rescripsit: « Reponatur ».

Sed non exinde sopitae sunt causae quae Ducissae animum non parum mutaverant : et ad hoc memoranda sunt haec facta. Post decretam unionem ad normam Constitutionis *Felicitate quadam,* nonnulli ex religiosis viris, quibus in actu emptionis fundi proprietas inscripta fuerat, cum in longinquas sive Asiae sive Americae regiones se contulerint, facta est aliorum religiosorum substitutio qui in publicis tabulis uti fundi emptores et possessores haberentur, et, quia hoc factum est inscia Ducissa, haec quaerelam movit. Ei excusationis litteras dedit, mense septembris 1902, P. Osimundus O' Coney, referens inter alia: « Io gliene avevo « fatto cenno quando vidi V. G. lunedì 7 corrente; non feci alcun par-« ticolare perchè la cosa rimane sostanzialmente ed esattamente la stessa

« come fu per f avanti, avendo gli atti supplementari riguardo solo ai « nomi dei rappresentanti dell'Ordine ».

Sed aliud accidit factum quod maxime influxit in Ducissae animum, nempe quaedam neptis ad fidem catholicam conversa est. Exinde ratio quae vehementer Ducissam movit dum fundi Woodfordiensis ex integro voluit proprietatem inscribi Fratribus Minoribus, ne hi scilicet deturbarentur in pacifico usu Monasterii ab haeredibus protestantibus, non amplius vigebat. Quapropter videtur Ducissa sibi persuasisse illam fundi partem ubi suae habitationis domum ipsa extruxerat, quam sibi a Fratribus Minoribus locari conventum erat ad eludendam haeredum spem, revera in eius dominio versari, et hinc in sua piena dispositione, quin Fratres Minores aliquid obiicere valerent. Siquidem emptio et locatio pro hac parte, magis fictionem praeseferebat in certum scopum possessoribus non ignotum, quam veram proprietatem. Re sane vera, hodie contendit Ducissa se, tempore quo fundus emptus est et Monasterium extruebatur, non obscure verbis significasse hanc suam voluntatem Petro Baptistae Gimet, provinciae gallicae praesidi, Coelestino Sant, eiusdem provinciae a secretis, et Eduardo Fisher.

Verum, ex adverso, Fratres Minores contendunt, plenum et liberum usum fundi Woodfordiensis ipsis competere ad effectum utendi, fruendi coenobii inibi extructi ex liberalitate ipsius Ducissae, cui grati animi ergo libenter concessus fuit habitationis usus in domo coenobio continenti, imo ipsi ecclesiae adnexae cum privilegio odei, uti significatur in contractu locationis, idemque usus non minore animi propensione concessus foret Ducissae nepti, quousque ipsa in vivis ageret.

Ipsa Ducissa vero eiusque neptis hodie contendunt fundi proprietatem ipsis pleno iure competere.

Haec controversia est H. S. O. commissa de iure resolvenda, et in litis contestatione haec dubii formula concordata est: « *An proprietas « fundi vulgo* Woodford *de quo agitur, una cum omnibus pertinentiis ac « domus necnon horti vulgo* the Oaks *exclusive competat Ordini Fratrum « Minorum S. Francisci, in casu? ».*

In solutionem cuius quaestionis, animadverterunt in primis DD. *quoad ipsam dubii formulam,* mirum videri posse agi de proprietate quae vindicatur a Fratribus Minoribus, quum Conc. Trid. (sess. 25, c. 3) exceperit expresse a facultate possidendi bona immobilia « domus Fra« trum S. Francisci, Gappuccinorum et eorum qui Minores de Obser« vantia vocantur » ; ast adverti debet, heic de proprietate agi controversa inter D. Ducissam et Fratres Minores, quibus abiudicari intenditur

ille usus exclusivus fundi, fluens ex ipso iure proprietatis: iste vero, nisi in casu vindicetur Ducissae actrici, asseritur competere Fratribus Minoribus, ita ut excluderetur intentio sive Ducissae, sive cuiuscumque alterius proprietatem sibi vindicantis. Fratres Minores autem, dum intendunt sibi asserere et conservare fundi possessionem, prout hodie detinent, non inficiantur proprietatem fundi non penes se, sed proprius penes S. Sedem residere ad normam SS. CC., quae exinde eorum nomine fundi domina dicenda est, vi Constitutionis Nicolai III *Exiit.* Nihilominus, his Religiosis omnes Doctores recognoscunt fundorum, quos incolunt, *usum facti,* uti probat Bouix, *De iur. Regul.,* vol. II, pag. 535. Quare hodierna actione revera est res de fundi proprietate quae legitime vindicari potest etiam a Fratribus Minoribus, quorum tamen nomine hanc obtinere censetur ipsa S. Sedes, ad normam *Reg. 72 iur.*, in VI « qui facit per alium, est « perinde ac si faciat per seipsum ». Omni procul dubio hodiernam actionem pleno iure experiuntur Fratres Minores penes H. S. O. cum pontificiam Commissionem obtinuerint.

Fratres Minores in hac instantia sunt rei conventi et se defendunt exhibentes tabulas contractuales quae, ad normam iuris civilis in Anglia, fidem faciunt de proprietate fundi quam sibi vindicant. Proprietas non transiit directe de manibus Ducissae ad Fratres Minores, sed ista in antecessum pecuniam suppeditavit; quare per se actio quam experiri potest Ducissa non debet esse ordinata ad repetendam fundi proprietatem aut rescindendum contractum donationis, sed ad sibi repetendam *summam* Fratribus Minoribus mutuo aut donatione datam. Et hoc exploratissimi iuris est, nam cum communi docet D'Annibale (II, 212): « Restitutio est in pristinum repositio, et haec facienda est ad « aequalitatem » (argum. ll. 35, 75, ff. *De verbor. signif.).*

Porro ne Ducissa quidem contendit Fratres Minores fundum émisse eius nomine, quasi procuratores: nihilosecius non semel fassa est in allatis documentis se fundum émisse et Minoribus dono dedisse liberam eiusdem fundi proprietatem. Ita in recursu dato S. C. EE. et RR. anno 1903: « Io comprai quindi una proprietà dove a mie spese feci « fabbricare una casa e giardino attigui che mi riservai per mio uso, « solo mia vita durante, avendo io donata immediatamente tutta intera « quella proprietà ai Padri Francescani e per liberarli da qualunque « spesa e difficoltà dopo la mia morte. In quella medesima proprietà « venne fabbricata in seguito una scuola quasi interamente a mie spese, « avendovi concorso per il resto le oblazioni di quei villaggi ». Ducissa eamdem voluntatem significat in litteris datis Ministro generali Minorum, ubi, postquam asseruit se fundum donasse cum omnibus et singulis

accessoriis, fatetur: « Non mi sono riservata alcun diritto su nessuna « parte della proprietà », etc.

Haec adnotanda voluerunt DD. ut res in terminis iuridicis constituatur. Nam Ducissa ita loquitur quasi ipsa fundum donaverit, quum revera donare non poterat quod suum non erat; sed intelligenda est donasse pecuniam, seu pretium fundi qui emptus est a Minoribus. Et hoc asserere non est cavillari aut verbis ludere, aut eximiae foeminae donationi aliquid detrahere, quasi Fratres Minores, qui nomine procuratorio Ducissae fundum emerint, hodie causam et rationem suae possessionis mutare intendant; nam revera hoc actum est: Minores fundum emerunt suo nomine et in publicis tabulis uti suum retulerunt: erga Ducissam autem debitores sunt summae mutuo datae, nisi hanc absoluta donatione datam fuisse admittamus, uti videtur in probatis existere et revera existit.

Sane ipsa Ducissa non semel explicavit suam voluntatem fuisse ut fundus Fratribus Minoribus publicis in tabulis inscriberetur ne eius haeredes, sectae protestanticae addicti, Minores in possessione praedii inquietarent. Hi nullimode sanctum donatricis propositum negant, sed inficiantur ex hac voluntate Ducissae fluere eidem facultatem hodie inesse, aut sibi eam reservasse, fundi sibi revocandi, rescissa donatione, prout ipsa contendit in quodam *Memorandum,* quod eius nepos sub anno 1909 excepit a Ducissa, quodque pro confirmatione transmisit PP. Eduardo Fisher et Goelestino M. Sant, ab eodem P. Coelestino ad P. Ministrum generalem Minorum remissum sub die 25 septembris 1909. A Ducissa asseritur in dicto documento: « Quando insistetti perchè « tutto il terreno fosse consegnato a P. E. Fisher e agli altri che « rappresentavano la provincia francese, si era chiaramente inteso da « me e da essi che io facevo questo perchè non avevo allora parenti « cattolici e non volevo che *YOaks* andasse ai miei parenti protestanti. « Non intesi mai di dare il terreno, la chiesa e il convento a nessun « altro che alla provincia francese, e se avessi saputo che le si poteva « togliere e darlo alla provincia inglese, avrei fatto del tutto diverso « contratto ... mi affidai ad essi interamente ed era tra noi inteso che « mi dovevano far ciò che io volevo, se da me si fosse desiderato can« giamento ». Sed documenta e contra evincunt nullam factam fuisse reservationem. In primis habentur litterae datae a Ducissa sive S. C. EE. et RR. sive P. Ministro generali Ordinis contrarium evincentes. In actis extant attestationes datae in scriptis a Definitoribus, a Custode et a Ministro provinciali Angliae, asserentibus sub iuramento, nullam factam fuisse a Ducissa reservationem circa proprietatem, sive ex toto sive ex

parte revocabilem, fundi Woodfordiensis. Idem testatus est P. Bonaventura Macdonald et Thomas White, olim provinciae gallicae alumni usque dum facta est unio cum provincia Angliae.

Interrogati sunt Fratres Minores quos Ducissa invocavit uti testes suae voluntatis, et haec habita sunt testimonia: « Il n'y a eu de réserves « formelles, mais il y a eu une confiance implicite dans la bonne foi et « la bonne volonté des Pères propriétaires ». Haec implicita, non reservatio, sed fiducia, refunditur in quamdam spem, utique certam et fundatam, utpote innixam in bona fide Patrum Minorum; sed ista, iuridice saltem, longe distat a reservatione quae contractui certos limites imponit.

P. Coelestinus Sant haec fassus est: « On a certainement voulu « exclure les héritiers protestants et conserver aux Franciscains fran- « çais exclusivement la possession de la propriété. Je ne me souviens « pas qu'elle ait mise en avant d'autres conditions ». Et nullimode hoc negant contradictores, quibus non adversatur alia generica responsio reddita ab eodem teste; interrogatus autem « Era inteso pure nel fare « tale cessione che, scorgendo la necessità di modificazione, i Padri stessi « dovrebbero eseguire in ogni tempo la volontà che in proposito avrebbe « loro esposto la Duchessa? », reposuit: « Oui, catégoriquement ». Sane quum latissime pateat illa dictio *sorgendo la necessità di modificazione,* non minus late patet responsio, et nemo excluderet quod si fundatio monasterii quod Ducissa suis opibus instituerat in Anglia amplius consistere non posset et fundus alienandus esset, Fratres Minores percontati fuissent Ducissam de ratione qua in aliud pium opus pecunia esset eroganda; et huc recidit responsio *Oui, catégoriquement.* Hic testis qui litteras Ducissae *Memorandum* vocatas, remisit Ministro generali Ordinis, interrogatus an revera Ducissa reservationem aliquam fecerit super fundo aut parte fundi, respondit: « Je ne sais pas qu'elle ait fait une « réserve spéciale sur la maison. Mais, selon mon jugement, cette « réserve spéciale était renfermée dans la confiance qu'elle avait déclaré « avoir en nous. C'est pour ça que j'ai pu signer le Mémorandum duquel « je parle dans ma lettre du 29 septembre 1909 ». Et haec assertio non differt ab attestatione P. Gimet. - Nil novi testatus est P. Donegan. Rem omnino novam et alienam ab aliorum attestatione retulit Ducissae nepos, asserens: « Esisteva un'implicita intesa ed un tacito accordo tra « i suddetti Padri, i parenti e la Duchessa nel senso che quest'ultima « potesse rientrare nel possesso della casa e del giardino quando ciò « credesse fare ». Ducissae neptis, e contra, satis clare negavit Ducissam praetensam reservationem fecisse, referens: « La testimone non

«può asserire se nell'animo della Duchessa vi fosse stata l'intenzione « di riprendere più tardi i beni qualora avesse creduto ciò fare, e questo « perchè essa non dubitò affatto che potessero non essere osservate le « volute condizioni ».

Quibus ex attestationibus, dum nullimode probatur Ducissam sibi reservasse facultatem revocandi, saltem ex parte, donationem, in suo robore remanent et confirmantur scripta documenta et attestationes, quibus non dubie evincitur donationi non fuisse adiectam limitationem ullam. Cum donatus fuerit non fundus sed pecunia unde fundus emptus est, limitatio seu reservatio concipienda ita esset ut Ducissa onus imposuerit Fratribus Minoribus eidem cedendi, loco et vice pecuniae in pretium solutae, partem fundi aut integrum fundum, quoties ipsa id postulaverit. Hoc autem nullimode in probatis existere iam demonstratum est.

Ducissae patronus ex alio capite contradicit Fratribus Minoribus, advertens donationem fundi, seu eius proprietatem, esse revocabilem, quia Ducissa intendit sua donatione augere provinciam Galliae eique tantum suos favores conferre, non aliis provinciis ; quare, mutato rerum statu, corruit eius voluntas et ius habet in pristinum restituendi. Sed haec assertio certo facti fundamento non innititur, quia, quando facta est proprietatis inscriptio nomine Fratrum Minorum provinciae Galliae inscriptorum, hoc obtineri voluit, ac millies professa est Ducissa, et testes unanimi voce confirmant, nempe ne eius haeredes protestantes Fratres Minores a pacifica possessione fundi deturbarent. Praeterea advertere praestat fundum in contractu emptionis fuisse inscriptum religiosis viris quorum ne unus quidem Gallus erat. In libello dato P. Administro generali Ordinis, die 23 octobris 1903, ita fassa est Ducissa: « La pro« prieta di Woodford che io ho data alla provincia francese per evitare « disturbi e spese che potevano sorgere alla mia morte, abbraccia la « chiesa, il convento, il giardino ... Non mi sono riservata alcun diritto « su nessuna parte della proprietà, non sognando la possibilità che quelli « ai quali io l'aveva data, potessero essere cacciati... Non mi pento dei « sacrifìci fatti, non chiedo nulla per me ; ma mi sento in dovere di pro« testare, perchè quello che io aveva donato sia tolto a quelli a cui io « avevo donato, allo stesso tempo che questi sono esiliati e cacciati dal « loro paese ». Ut patet ex hisce quaerelis nulla evincitur conditio apposita ab ipsa Ducissa ut fundus Woodfordiensis pertineret tantum provinciae Galliae, sed erumpit foeminea sollicitudo de infortuniis quibus religiosi perculsi fuerant quos ipsa veneratione prosequabatur : in ipsis vero, absque ullo discrimine, integrum Ordinem Minorum sua devotione

prosequebatur, nam ipsa narrat in eodem libello: «Allora i Francescani inglesi avevano già due case in Essex, ad Hartad e a Forest « Eate: io non lo sapevo, non conoscendo quella parte del paese, e mi « sorprese quando ciò appresi ». Quare Ducissa nullum ponebat discrimen inter Religiosos Minores, sive ex Gallia sive ex Anglia oriundos, et in eisdem litteris enarrat: « Allora avevano a Woodford un numero « di probandi novizi, tutti inglesi, che ricevettero l'abito a Woodford ». Unde omnimode a Ducissae mente alienum fuit quodcumque propositum tendens ad subiiciendam limitibus aut conditionibus largitionem ab ea in Minores collatam; siquidem ipsa ne praevidere quidem poterat mutationes postea inductas, neque personarum habuit acceptationem cum aliorum exclusione, quia eos tantum cognovit et probavit quos ante veneratione, dein liberalitate sua, affecit. Quocirca, quia Ducissa tempore donationis penitus ignorabat distingui Fratres Minores in diversas provincias, nullimode vero praevideri poterat domus unius provinciae in aliam transituras esse, prouti factum est Constitutione *Felicitate quadam,* eruitur quod voluntas hodie manifestata a Ducissa est ea voluntas quae dicitur *interpretativa,* et haec iuxta effatum « non facit « actum conditionatum » (D'Annib., **I,** n. 130).

Ceterum, dato etiam et non concesso, quod defectus haeredum catholicorum fuerit causa cur Ducissa inducta fuit ad faciendam donationem Minoribus, videndum esset utrum talis defectus fuerit causa *finalis* donationis, an tantum *impulsiva.* Sed ex documentis superius allatis satis apparet causam finalem donationis fuisse pium desiderium Ducissae fundandi missionem catholicam; causam vero impulsivam fuisse defectum haeredum catholicorum. Iamvero per non adimpletam causam impulsivam non corruit dispositio, nec actus redditur nullus aut revocabilis; quod tenendum esset etiam in dubio utrum causa dispositionis fuerit *impulsiva* an *finalis* (S. R. Rota, decis. 587, n. 6, part. I; decis. 349, n. 13; decis. 561, n. 65, part. IV, t. III, *Recent.).*

Verum Ducissae exceptionem labili inniti fundamento eius patronus facile percepit, et inde eam vix summis digitis tractat; sed ad aliud confugit argumentum: sperans exinde suae clienti vindicare ius mutandi suam voluntatem; contendit enim pro lubito Ducissae fas esse suam voluntatem mutare, quia donatio habenda est *mortis causa facta.* Eo consilio hoc evincere conatur ut concludat integrum esse Ducissae donationem mutare, corrigere, revocare; hoc enim ius constat donanti cum donat causa mortis; et hoc indubitati iuris est, uti explicat De Luca, *de donat.,* disc. XVI, n. 9. Sed frustra adlaborat advocatus, quia in themate desunt omnino elementa donationis mortis causa, quae, uti

communi Doctorum sententia comprobatur, est donatio intuitu mortis et expresse cum eiusdem *mentione* facta (Reiff., *de testam.,* § 3, n. 688) ; seu propter mortis *suspicionem,* uti habetur in *Institut. lustin. de donationibus,* § I (II, 7).

In themate autem tantum distat donationem factam fuisse intuitu mortis, ut Ducissa mortis mentionem fecerit ad praecavendum periculum forte habendum in mortis occasione, seu ne haereditas perveniret ad acatholicos. Quare nullus timor, nulla mentio mortis habita est a Ducissa, quae gavisa est suis oculis videre suae donationis effectus, iisque obtentis, laetata est, et de morte cogitavit non ut donaret, sed ne donationi a se factae, post eius mortem aliquid contra suam voluntatem detraheretur. Inde effecit suam voluntatem mandari certae exequutioni ante suam mortem. Ceterum, uti statutum fuit **1.** 32, *de mort. caus. donat.,* « non videtur perfecta donatio mortis causa, antequam mors insequatur ». Nam donatio non est irrevocabilis antequam acceptetur a donatario; acceptari autem non potest donec non est perfecta, et hoc non fit donec sequatur mors donantis (Reiff., **1.** c, n. 790), quare absolute non obstat, seu non est perfecta donatio, etsi aliqua ratione acceptetur a donatario, iuxta **1.** % eod. tit. Esse etiam speciem donationis mortis causa constat, etsi quis ita donat ut statim fiat accipienti, quia nihilominus quippe non absolute perfecta, est revocabilis. In casu nostro autem donatio plene perfecta est ante donantis mortem.

Supremum superest ut examinemus argumentum Actricis, nempe Fratres Minores non posse possidere quod iure non detinent: ipsis autem vetitam esse nedum rerum proprietatem, sed earumdem *usum facti,* quatenus hic superexcedat necessitatem familiae religiosae pro victu quotidiano et habitatione, quamobrem sunt capaces retinendi, possidendi ea quibus veluti familiari et quotidiano usu fruuntur, veluti habitatione, ecclesia, horto seu vinea conventui adnexa (Mostazo, *Be causis piis,* IV, % § 48). Ad rem nostram parum interest utrum de hoc fundo, horto et vinea unde resultat fundus extructus, pro religiosorum habitatione proprietas resideat penes S. Sedem et nudus usus reservetur religiosis. Atqui in themate hoc advertendum est, fundum Woodfordiensem certo non excedere capacitatem seu mensuram illius rei immobilis quam possidere valent hi religiosi *in usum facti.* Nam si fundus qui conventum et ecclesiam circumstat, est satis latus ut religiosi quamdam eius partem in locationem concesserint Ducissae, hoc duplicem secumfert limitationem et explicationem. Nam locatio seu concessio, etsi incommodum inferat religiosis, tamen nullimode negari poterat Ducissae utpote munificentissimae donatrici et fundatrici.

Altera adest ratio limitationis quae se refert ad futurum tempus. Siquidem hodie ecclesia fruitur iuribus parochialibus et spes firma affulget fideles in dies fore numerosiores. Hoc autem obtineri nullimode poterit, nisi scholae parochiales augeantur eisdemque adnectantur alia subsidia quae hodierna iuvenum institutio postulat, veluti palestrae pro ludis gymnicis et alia huiusmodi. Quocirca, cum religiosi hodie operam dent muneribus quoque parochialibus, ipsis opus est habere nedum ecclesiam et conventualem domum, sed etiam scholas et alia adnexa, uti advertebamus, quae certe continentur in illa possessione, seu facti legitimo usu, unde mensuratur capacitas Fratrum Minorum ad res quoque immobiles penes se possidendas, qua posita legitima possessione, earumdem rerum nuda proprietas residet apud S. Sedem.

Hisce igitur consideratis et sedulo perpensis, Christi Nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Nos, Auditores de turno, dicimus, declaramus et sententiamus, *proprietatem fundi, vulgo* Woodford *de quo agitur, una cum omnibus pertinentiis ac domus necnon horti vulgo* the Oaks, *exclusive competere Ordini Fratrum Minorum sancti Francisci in casu;* seu, proposito dubio respondemus *Affirmative:* expensas autem volumus et decernimus haberi compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut exequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim sess. XXV, c. 3, Conc. Trid., iis adhibitis exequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 30 aprilis 1912.

M. Lega, Decanus, *Ponens.*
A. Perathoner.
Ios. Alberti.

T. Tani, ***Notarius.***

IL

Citatio Edictalis.

PARISIEN. •

NULLITATIS MATRIMONII (DUPRÉ-SCAPARONE).

Cum ex actibus processus in curia Parisiensi peracti constet dominam Nemeam Scaparone, hac in causa conventam, reperiri non posse, per praesens edictum eamdem citamus ad comparendum sive per se sive per procuratorem legitime constitutum in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 novembris 1912 hora undecima, ad videndum subscribi infrascriptum dubium, nec non destinari diem qua habebitur turnus rotalis pro definitione causae. Dubium : *An constet de matrimonii nullitate in casu ?*

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco dominae praefatae curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de edictali citatione moneatur.

Romae, die 30 iulii 1912.

Antonius Perathoner, *Ponens.*

L. ffi S.

Ioannes Ladelci, *Notarius S. B. Rotae.*

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

Citation par Édit.

PARISIEN. - NULLITÉ DE MARIAGE.

Puisqu'il conste des actes du procès qui a été fait dans la Curie de Paris, que madame Nemée Scaparone, défenderesse en cette cause, ne peut être trouvée, Nous citons par le présent édit la même défenderesse à comparaître, par propre personne ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine, le 4 novembre 1912 à 11 heures du matin, pour voir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote. Doute: *La nullité du mariage résulte-t-elle prouvée?*

Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence de la dite défenderesse doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Rome, le 30 juillet 1912.

Antoine Perathoner, *Ponens.*

L. © S.

Jean Ladelci, *Notaire de la S. R. Rote.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREP ARATORI A.

Il giorno 30 luglio 1912, presso l'Emo e Rmo signor Cardinale Sebastiano Martinelli, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Cesare Franciotti, sacerdote professo dei Chierici Regolari della Madre di Dio, fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Antipreparatoria, nella quale dai Rmi Prelati e dai Consultori teologi fu discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal medesimo Ven. Servo di Dio.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 13 agosto 1912, nel Palazzo apostolico Vaticano, fu tenuta la Congregazione Ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali, componenti la medesima, fu sottoposta la seguente materia :

Introduzione della Causa di Beatificazione o dichiarazione di Martirio dei Servi di Dio Carlo Luanga, Mattia Murumba e Compagni *vulgo de Uganda,* **uccisi, come si asserisce, in odio alla fede.**

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

8 Agosto 1912. — **Mons. Giovanni Dunne, Vescovo di Wilcannia.**

Protonotario Apostolico **ad instar participantium :**

3 Agosto 1912. — **11 Rmo Mons. Domenico Pasi, della diocesi di Faenza.**

Prelati Domestici di S. S.:

27 Luglio 1911. — **11 Rev. Felice Peagno, Arciprete di Busalla, nella diocesi di Genova.**

5 Agosto 1912. — **Il Rev. Francesco Pichler, Prevosto del Capitolo cattedrale della diocesi di Passavia. ***

— **Il Rev. Ludovico Enrico Krick, Canonico della Cattedrale di Passavia.**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Cameriere Segreto soprannumerario di S. S.:

13 Luglio 1912. — Mons. Giuseppe Mariani, della diocesi di Volterra.

Cameriere d'onore di S. S. in abito paonazzo :

13 Luglio 1912. — Mons. Gaetano Coli, della diocesi di Volterra.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Agosto 1912. — Al Sig. Don Francesco dei Marchesi Serlupi, di Roma, Cavallerizzo Maggiore di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare'.

2 Agosto 1912. — Al Sig. Conte Raffaele Belli-Leonardi, di Pesaro.
7 *Agosto.* — Al Sig. Marchese Giovanni Pellegrini-Quarantotti, Cadetto Aiutante del Corpo delle Guardie Nobili pontificie.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 Luglio 1912. — Al Sig. Armando Richard, dell'archidiocesi di Rennes.
7 *Agosto.* — Al Sig. Francesco Saverio Costantini, di Roma.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

4 Agosto 1912. — Al Sig. Vincenzo Crisanti, di Roma, Sotto-Tenente nel Corpo della Gendarmeria pontificia e Direttore del concerto del Corpo medesimo.

NECROLOGIO.

8 *Luglio 1912.* — Mons. Francesco Belleville, Vescovo titolare di Amiso, Vicario apostolico del Tonchino meridionale.
31 Luglio. — L'Emo Sig. Cardinale Antonio Uberto Fischer, Arcivescovo di Colonia.
6 Agosto. — Mons. Patrizio Ludden, Vescovo di Syracuse (Stati Uniti d'America).
13 Agosto. — Mons. Gioacchino Cantagalli, Vescovo di Faenza.
16 Agosto. — Mons. Pio Alberto del Corona, Arcivescovo titolare di Sardica.

Annus IV. - Vol. IV. Die 31 Augusti 1912. Num. 16.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO.

DE SANCTUARIO S. MARIAE AD RUPES AD VALLEM SUPPENTONIAM.

Quo pietatis studium in Cristifidelium animis impensius excitarent Sanctorumque cultum omni ope proveherent, consueverunt Romani Pontifices decessores Nostri perhonorificis nominibus, privilegiis gratiisque ea loca sacra vel templa augere, quae non minus christiani populi celebritate quam vetustate praestarent; nec Nos praetermisimus, postquam ad supremi Apostolatus cathedram evecti sumus, quin eorumdem, cum per occasionem liceret, vestigia persequeremur.

Iis sane locis merito adnumeratur sanctae Mariae ad Rupes Sanctuarium, in media situm immani rupe quae valli Suppentoniae impendet, prope sancti Eliae Castrum e Nepesina dioecesi. Eam vallem, historia teste, patriarchae Benedicti filii, iam a saeculo VI, incoluerunt, inque iis, praecipua memoria digni, sanctus Anastasius septemque eius socii, de quibus sanctus Gregorius Magnus, Dialogorum lib. L, refert vocem ex alto demissam eos de imminente obitu praemonuisse et ad coelum vocasse. Antrum vero, ubi dulcissima Virginis imago eminebat, ut fidem pietatemque suam corroborarent confirmarentque, sancti ii viri adire frequenter; procedente tempore, ea praesertim de causa quod fama nuntiasset magnam ibidem, implorata Virginis ope, vim prodigiorum edi, illuc e finitimis remotisque dioecesibus confluere permulti, cogitatione ferri desiderioque ceteri, quos peregrinan rerum temporumque condicio prohibuisset; qui, ad Virginis aram, impetrati beneficii com-

potes facti essent, aliquod grati animi signum asperis parietibus affigere. Cognitum aeque est, sanctum Iosephum Benedictum Labre, simul ac Romae consedit, eo, religionis causa., stato quoque tempore, iter pedibus facere consuevisse : quo valde familiari, eodemque magistro pietatis, usus esse traditur Iosephus Andreas Rodius, eius solitudinis incola. Hunc profecto placet singulariter commemorare, siquidem id aggressus est, quod maximam moveat omnibus admirationem ; cum enim de superiore loco ad sacram cryptam aditus deesset, tofaceam rupem fabrili scalpro effudit, in eaque commodos centum et quadraginta gradus amplissimumque fornicem per se insculpsit, cotidiana in eam rem opera annos collata quattuordecim. Tantum pietas erga Virginem apud hominem potuit; cui autem contigit, ne omni in terris praemio careret, ut, eius corpus ad beatae Mariae pedes conderetur.

Nec populi ardor in praesens tempus deferbuit ; quin immo, cum cuivis hodie liceat eo loco culpas poenitentia expiare et ad sacram synaxim accedere, multitudo hominum ingens, praesertim mense maio et septembri, undique ad Sanctuarium concurrunt.

Iam vero fel. rec. decessor Noster Leo XIII, cum sedulo secum ipse perpendisset qua ratione eius Sanctuarii sacrarumque aedium continentium procurationi aptius consuleret simulque popularium regionis illius fidem tueretur, chirographo suo id procurationis munus Franciscalis Ordinis sodalibus commisit, deque iis duos elegit, qui mandata conficerent: Gregorium Ianknecht, tum Minoriticae provinciae S. Crucis in Saxonia ministrum, et Iosephum Bernardum Doebbing, eiusdem provinciae sodalem. Hunc vero cum postea Pontifex dioecesibus Nepesinae et Sutrinae episcopum merito praefecisset, aperte ac palam professus est plurimum se confidere, futurum, ut ex aucto B. Virginis ad Rupes cultu, commoda ac utilitates non mediocres in utramque dioecesim profluerent. Nec officio suo Franciscales viri, quos memoravimus, defuerunt; eorum enim sollertia industriaque factum est, ut loco sacro multum fortunae ac dignitatis accesserit, eodemque nihil sibi pretiosius esse clerus populusque habeat persuasissimum. Id autem omnibus; gaudii cumulum attulit, quod, decreto Ordinis Canonicorum Basilicae Vaticanae, sacerrimo Virginis simulacro diadema ex auro gemmisque est impositum.

Ut vero, in hisce rerum asperitatibus, operis tam feliciter coepti firmitati prospiceremus, per chirographum Nostrum, die XXIV mensis iunii, hoc anno datum, decrevimus aedes omnes continentesque locos in dicionem et potestatem cedere apostolicae Sedis: custodiam vero procurationemque Franciscalibus sodalibus provinciae S. Crucis in Saxonia in perpetuum demandavimus, ea lege, ut eius minister, ad eamdem procurationem quod attinet,- apostolicae Sedis vice fungeretur.

Nunc denique, ut operi fastigium imponamus, Sanctuarium S. Mariae ad Rupes et reliquas sacras aedes, quae in illius veluti corpore inhaerent* volumus peculiari dilectionis Nostrae testimonio honestare. Itaque, quod religioni et B. Virginis cultui bene vertat, Motu proprio, ex certa scientia et matura deliberatione Nostra, deque apostolicae potestatis plenitudine, Sanctuarium S. Mariae ad Rupes in Basilicam minorem erigimus erectumque esse declaramus, omnibus honoribus, iuribus, privilegiis eidem tributis, quae sunt Basilicarum minorum propria. Volumus autem ac iubemus, omnia quae litteris hisce Nostris statuimus ac declaramus, rata et firma uti sunt, ita in posterum esse, irritumque et inane futurum decernimus quidquid super his a quopiam contigerit attentari, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud sanctum Petrum die xv mensis augusti, festo Assumptionis B. Mariae Virginis, anno **MCMXII**, pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

LITTERAE APOSTOLICAE.

I.

COMMITTITUR EPISCOPO RITUS RUTHENI ADSISTENTIA SPIRITUALIS RUTHENORUM IN CANADENSI REGIONE COMMORANTIUM.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Officium supremi Apostolatus Nobis divinitus commissi, id ante omnia postulat, ut ea sedulo studio decernamus quae catholico nomini provehendo, aeternaeque fidelium saluti in universo terrarum orbe procurandae, bene, prospere ac feliciter

eveniant. Quare in omnes ipsius orbis partes, Nos ex hac Principis Apostolorum Cathedra, tamquam e sublimi specula, mentis Nostrae oculos convertimus, et quae Fidei propagationi vel rei Sacrae procurationi magis opportuna videantur, nulla interposita mora, ad exitum perducere maturamus. Hoc mod consilio, cum, percrescentibus in dies Rutheni ritus fidelibus in regione Canadensi, venerabiles fratres Archiepiscopi et Episcopi illius regionis, admirabili zelo de eorum salute solliciti, eorumdem spirituali adsistentiae propter ritus et-disciplinae diversitatem, sufficienter et adaequate providere non possint, quumque propterea Nos enixis precibus rogaverint ut huic iacturae opportunam medelam afferre dignemur, Nos, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Congregationi praepositis de Fide Propaganda pro negotiis Rituum Orientalium, omnibusque rei momentis diligentissime perpensis, spiritualem fidelium Ruthenorum in Canadensi regione degentium adsistentiam, Episcopo Rutheni ritus demandandam esse existimavimus. Quae cum ita sint, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, Motu proprio deque certa scientia et matura deliberatione Nostris, fidelium Ruthenorum in Canadensi regione nunc et in posterum degentium spiritualem adsistentiam, Rutheni ritus Episcopo committimus; ea tamen servata lege: I. Ut Episcopus Ruthenus plenam iurisdictionem personalem exerceat in omnes fideles Rutheni ritus in praedicta regione commorantes, sub dependentia dumtaxat venerabilis fratris Apostolici Delegati. II. Ut ipse Episcopus Ruthenus residentiam suam ordinariam in urbe « Winnipeg » sibi constituat. Haec concedimus decernentes praesentes Literas firmas, validas, atque efficaces iugiter extare ac manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, et Rutheni ritus fidelibus nunc et in posterum in Canadensi regione degentibus plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XV iulii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. © S.

IL

PROTOMONASTERIUM SANCTAE CLARAE ASSISIENSIS PECULIARIBUS AUGETUR PRIVILEGIIS.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. - Quamquam, septimo exeunte saeculo a felicibus primordiis franciscalis Ordinis secundi, quem piae record, decessor Noster Urbanus IV sanctae Clarae appellavit,[1] monialium Clarissarum coenobiis iam nonnihil gratiae impertivimus, nolumus tamen saecularia sollemnia praeterire, quin erga» Seraphicam virginem, Francisci sancti primogenitam filiam merito nuncupatam, luculentius pietatis Nostrae edamus testimonium. Peropportunum sane erit, quo tempore a christianae legis professione tam multi desciscunt, catholicos ad memoriam excitare sanctimoniae praeclarissimae virginis, cuius excellentia virtutum ita serioribus eluxit aetatibus ut, qui perfectissimam vitae rationem sequi contendunt, iis sit eadem exemplo quam maxime profutura.

Imaginem vero huius virginum magistrae, qua franciscalis Ordo iure gloriatur, suavissimis expressit verbis, quae Nostra facimus, fel. rec. decessor Noster Alexander IV.[2] « Clara claris praeclara meritis, magnae « in coelo claritate gloriae ac in terra miraculorum sublimium clare daret. « Clarae huius arcta et alta religio hic coruscat: huius sursum aeterni « praemii radiât magnitudo; huiusque virtutis magnifica mortalibus illu« cescunt. Huic Clarae intitubatum hic fuit summae privilegium pauper« tatis: huic in excelso rependitur inaestimabilis copia thesaurorum; huic « a catholicis plena devotio et honoris cumulus exhibetur. Hanc Claram « sua fulgida hic insignierunt opera ; hanc Claram in alto divinae lucis « clarificat plenitudo ; hanc christianis populis prodigiorum eius insignia << stupenda declarant. O Clara multimode titulis praedita claritatis ! Ante « conversionem tuam utique clara; in conversione clarior; in claustrali « conversatione praeclara, et post decursum vitae praesentis spatium cla« rissima illuxisti !

« Ab hac Clara clarum exempli speculum huic saeculo prodiit; ab « hac inter amoenitates coelestes suave lilium virginitatis offertur; ab hac « in terris manifesta subventionum remedia sentiuntur. O admiranda

[1] Litt. ***Beata Clara,*** **18** oct. **1263.**

[2] **Bulla *Clara claris,* 19** oct., **al. 26** sept. **1255.**

« Clarae beatae claritas, quae quanto studiosius per singula quaeritur, «tanto splendidior in singulis invenitur! Emicuit haec, inquam, in hoc « saeculo; in religione praefulsit; in domo illuxit ut radius, in claustro « coruscavit ut fulgor. Emicuit in vita; post mortem radiât; damit in « terra ; in coelo relucet. O quanta huius vehementia luminis et quam « vehemens istius illuminatio claritatis ! Manebat quidem haec lux secretis « inclusa claustralibus et foris micantes radios emittebat; colligebatur in « arcto coenobio et in amplo saeculo spargebatur, servabatur integra et « extra manabat. Latebat namque Clara, sed eius vita patebat; silebat « Clara, sed sua fama clamabat; celabatur in cella, et in urbibus nosce- « batur. Nec mirum, quia lucerna tam accensa, tam lucens, abscondi non « poterat, quin splenderet, et clarum in domo Domini daret lumen. Nec « recondi poterat vas tot aromatum, quin flagraret et suavi odore domi- « nicam aspergerei mansionem ; imo cum in angusto solitudinis reclusorio « alabastrum sui corporis haec dure contereret, tota omnino Ecclesiae « aula sanctitatis eius odori bus replebatur ».

Subiicit haec deinde memoratus Pontifex: « Hanc postmodum reli- « gionem mater eius, Hortulana nomine, piis intenta operibus, ipsius natae « sequendo vestigia devote suscepit; in qua demum haec optima Hortu- « lana, quae in horto Dominico protulit talem plantam, conclusit feliciter « dies suos... Haec utique fuit arbor procera et eminens, longis distincta « ramis, quae in agro Ecclesiae dulcem fructum religionis attulit; et ad « cuius delectabilem umbram, sub illius amoenitate fructum huiusmodi « libaturae, cucurrerunt undique multae alumnae fidei et concurrunt. Haec « fuit nova mulier vallis Spoletanae, quae novum aquae vitalis fontem ad « refectionem animarum et commodum propina vit; qui iam per diversos « rivulos, in territorium Ecclesiae derivatus, plantaría religionis infundit.

« Haec fuit altum sanctitatis candelabrum vehementer in taberna- « culo Domini rutilans; ad cuius ingentem splendorem plurimae prope- « rant, suas de illius lumine lampades accendentes. Haec profecto in arvo « fidei plantavit et coluit vineam paupertatis, de qua fructus salutis pin- « gues et divites colliguntur. Haec in praedio Ecclesiae humilitatis hortum « constituit, multiplici rerum consertum inopia, in quo magna virtutum « copia reperitur. Haec in religionis districtu arcem arctae abstinentiae « fabricavit, in qua larga spiritualis alimoniae refectio ministratur. Haec « fuit pauperum Primiceria, Ducissa humilium, Magistra continentium et « poenitentium Abbatissa.

« Haec suum Monasterium creditamque in illo sibi familiam solli- « cite ac prudenter in timore et servitio Domini et plena Ordinis obser- « vantia gubernavit, vigil in cura, in ministerio studiosa, in exhortatione

« attenta, diligens in admonitione, in correctione moderata, temperata in « praeceptis, in compassione praestabilis, discreta in silentio, in sermone « matura et consulta in cunctis ad perfectum regimen opportunis, volens «magis famulari quam dominari, et honorare potius quam honore « sustolli.

« Huius vita erat aliis eruditio et doctrina; in hoc libro vitae cete- « rae vivendi regulam didicerunt; in hoc vitae speculo reliquae vitae « semitas inspexere. Corpore namque sistebat in terra, sed animo ver- « sabatur in coelo: humilitatis vasculum, armarium castitatis, caritatis « ardor, dulcor benignitatis, patientiae robur, nexus pacis et familiari- « tatis communio: mitis in verbo, lenis in facto et in omnibus amabilis « et accepta ».

Ex quo idem recte colligit ac cogit: « Gaudeat itaque Mater Ecclesia, « quod talem genuit et educavit filiam, quae tamquam virtutum foecunda « parens multas religionis alumnas suis produxit^exemplis; et ad per- « fectum Christi servitium pleno magisterio inform avit. Laetetur et devota « turba fidelium, quod Rex coelorum et Dominus sororem ipsorum et « sociam, quam sponsam sibi elegerat, ad suum praecelsum et praeclarum « palatium cum gloria introduxit. Nam et Sanctorum congaudent agmina, « quod in superna eorum patria novellae regalis sponsae nuptiae cele- « brantur ».[1]

Quod si Franciscum sanctum moniales quae Ordinis secundi regulam profitentur, quocumque vocentur nomine atque utantur vitae instituto, auctorem suum patremque legiferum habuisse se gestiunt, at Clara vere earum mater esi, quippe ea, simul cum Assisiensi Patriarcha, sui Ordinis constituendi fundamenta iecit; quod idem Urbanus IV verbis, quae sequuntur, commemorat: « Beata Clara, virtute clarens et nomine, « gratiae divinae inspiratione praeventa et almi Christi Confessoris beati « Francisci exemplis laudabilibus informata ac salutaribus instituta doctri- « nis, ut se mundam Domino conservaret, mundi huius contemptis opibus «operibusque vitatis, religiose vivere sapienter elegit; et habitu sacrae « religionis assumpto, arctam viam mandatorum Domini, quae gradientes « in ipsa ducit ad vitam, dilatato corde cucurrit; hanc petram Christus « lapidem esse voluit in vestri Ordinis structura primariam. In ipsa evi- « denter ostendit, quod in huius structura sibi complacuit; eam siquidem « sanctitatis erexit in titulum, ut quae munditia vitae claruit, celebri- « tate clareret; ac eumdem vestrum Ordinem, qui sanctum et laudabile « sumpsit in eius persona principium, ipsius quasi constituentis sic

[1] Bulla *Clara claris,* 19 oct., al. 26 sept. 1255.

« sapienter approbatae patronae merita venerabilem venerandamque « probarent. »[1]

Compertum profecto habemus, Clarae filias omne genus ea inter se caritate coniungi, ut demisso animo *charismata meliora aemulentur,* nedum maiorem suae quaeque disciplinae austeritatem iactent. Ne Nos quidem latet, tum eas quae episcopis proxime subsunt, tum alias omnes quae alicuius e tribus Minoriticis familiis iurisdictione continentur, in praesidibus suis Vicarium ipsum Iesu Christi et seraphicum Patrem agnoscere ac vereri; placet tamen, quod sodales franciscalis Ordinis prioris universos hortati aliquando sumus, idem eas peramanter hortari: « Quod si inter fratres Minores ullum legitimae praestantiae discri- « men agnosci debet, illud non in eo ponendum est quod alius de alia « familia sit, qua quidem re omnes eos pares esse diximus; sed in hoc, « quod alius alio melius et iudiciis et dictis et factis caritatem frater- « nam erga sodales, ceterarum praesertim familiarum, custodiat; atque « alius alio perfectius Regulae seraphicae, pro suae familiae Constitu- « tionibus, praescripta servet ».[2]

Omnes igitur Clarae sanctissimae filias hoc unum studere oportet, ut eius vestigia magno opere persequantur; in primis vero animi demissionem patientiamque praeferant, evangelicam sectentur paupertatem, divinaeque se totas providentiae committant. Id autem facile assequentur, si seraphici Doctoris, Bonaventurae sancti, exhortationem saepius secum ipsae recolant. « Sitis ergo, o famulae Dei, o ancillae Christi, « humiles, ita ut numquam superbiam in cordibus vestris dominari per- « mittatis, quia magistrum habuistis humilem, scilicet Dominum nostrum « Iesum Christum, et quia magistram .habuistis humilem, scilicet Vir- « ginem Mariam, reginam omnium. Sitis humiles, quia patrem habui- « stis humilem, scilicet beatum Franciscum; sitis humiles, quia matrem « habuistis humilem, scilicet beatam Claram, humilitatis exemplar. Sic « tamen sitis humiles, ut testis humilitatis vestrae sit patientia. Virtus « enim humilitatis per patientiam perficitur, neque est vera humilitas « cui non est adiuncta patientia.

« Quaerat divitias paganus, qui sine Deo vivit; quaerat divitias « Iudaeus, qui terrenas promissiones accepit; sed tu, virgo Christi, tu « ancilla Domini, qua mente quaeris divitias cum paupertatem voveris, « cum inter pauperes Iesu Christi vivas, cum pauperis patris Francisci « velis esse filia, cum pauperis matris Clarae promiseris esse imitatrix...

[1] Litt. ***Beata Clara,*** 18 oct. 1263.

[2] Litt. ***Septimo iam pleno,*** 4 oct. 1909.

« Scio quod ita sit, quod quanto ferventi ores professae paupertatis fue« ritis amatrices, quanto perfectiores evangelicae paupertatis fueritis imi« tatrices, tanto magis bonis omnibus tam temporalibus quam spiritualibus « abundabitis. Si autem ad contrarium vos converteritis, si paupertatem « quam professae estis, contempseritis; omnium bonorum tam tempora« lium quam spiritualium egentes eritis... Si igitur inter Iudaeos duros « et incrédulos pascebat Dominus discipulos suos sine omni sollicitudine, « quid mirum, si pascat Fratres Minores eiusdem perfectionis professores; « quid mirum, si pascat pauperes Sorores, paupertatis evangelicae imitatrices, inter populos christianos et fideles? Omnem itaque sollicitudinem « vestram proiicite in eum, quoniam ipsi cura est de vobis ».[1]

Dolendum sane, tot tantisque affici moniales Clarissas incommodis rerumque tam gravi egestate premi, quam quae maxime, postquam per leges nefarias sunt de fortunis omnibus deturbatae; at si eiusmodi calamitatem erunt forti animo perpessae et ad Deum, omnis auctorem solacii, cotidianas molestias retulerint, fieri non poterit quin sanctam hauriant e seraphica paupertate iucunditatem. Quas vero preces memoratus seraphicus Doctor pro iis, earumque nomine, effunderet, easdem ipsae iterare ne neglegant: « O dives in omnes, o bone Domine Iesu, quis potest « digne verbo exprimere, corde percipere, manu scribere illam coelestem « gloriam, quam tuis pauperibus te daturum promisisti? Ipsi enim pau« pertate voluntaria merentur gloriae Conditoris assistere, ipsi merentur « intrare in potentias Domini, in illa aeterna tabernacula, in illas fuci« dissimas mansiones. Ipsi merentur fieri cives illius civitatis cuius « artifex et conditor est Deus. Tu enim ore tuo benedicto promisisti « eis, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelo« rum. Non aliud est, Domine Iesu Christe, regnum coelorum quam « tu ipse, qui es Rex regum et Dominus dominantium. Te ipsum dabis « eis in proemium, in mercedem et in gaudium. Ipsi te fruentur, de te « gaudebunt, de te satiabuntur. Edent enim pauperes et saturabuntur « et laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent corda eorum in sae« culum saeculi. Amen ».[2]

Nemo unus ignorat Claram virginem, tamquam in sancta palaestra, mirum in modum cunctas exercuisse virtutes in Damiani sancti coenobio, prope Assisii urbem, illudque haberi ut Ordinis incunabula, perinde ac sanctae Mariae de Portiuncula venerabile sacellum. Eo enim loco vitam duos et quadraginta annos traduxit; ad Sponsi coelestis amplexus inde

[1] Op. ***De perfectione vitae ad Sorores,*** c. 2 et 3.

[2] Ibidem, c. 3.

evolavit; ibidem suavissimum eius odor virtutum afflatur adhuc. Eo sacrum seraphici Patris corpus esse delatum, ut Assisiensi virgini, dilectisque filiabus, eiusdem colendi copia fieret, hisce verbis Bonaventura sanctus enarrat: « Fratres autem et filii, qui vocati fuerunt ad transitum « Patris, cum omni multitudine populorum noctem illam in qua Christi « almus confessor decessit, sic divinis laudibus dedicarunt, ut non defun- « ctorum exequiae, sed Angelorum excubiae viderentur. Mane vero facto, « turbae quae convenerant, acceptis arborum ramis et cereorum multi- « plicatis luminibus, cum hymnis et canticis sacrum corpus ad civitatem « Assisii detulerunt. Transeuntes quoque per ecclesiam sancti Damiani, « in qua virgo illa nobilis Clara, nunc gloriosa in coelis, tunc inclusa cum « virginibus morabatur, ibique aliquantulum subsistentes, sacrum corpus, « margaritis coelestibus insignitum, videndum et osculandum sacris illis « virginibus obtulerunt ».[1]

Quamobrem e coenobii appellatione plura Ordo secundus mutuatus est nomina, quae tum veteres franciscalium rerum scriptores, tum nonnulli e Pontificibus maximis haud semel usurparunt; ea sunt: *Ordo sancti Damiani, Ordo Dominarum de sancto Damiano de Assisio, Pauperes moniales inclusae Ordinis sancti Damiani Assisinatis, Damianitae.*

Pari autem dignitate praestabile est, quin etiam eo maiore, quod sacras Assisiensis virginis reliquias habet sibi commendatas, templum a Clara sancta nuncupatum, quo Ordinis secundi Proto-Monasterium translatum est. Disertis id verbis fel. rec. decessor Noster Leo XIII illustrat: *t Postquam Virgo spectatissima, inclyta virtutibus, Assisiensis « Clara corporis soluta vinculis in coelum avolavit, altero nondum elapso « anno fel. rec. Alexander IV¡¡ Anagniae in Hernicis solemni ritu eidem « Clarae virgini coelitum honores decrevit. Idemque Pontifex summus, « datis hac de re Episcopis Perusino, Spoletano et Assisiensi litteris, « quinto e praedicta solemnitate anno vertente providentissime iussit, « huiusce virginis exuvias ab aede Georgii Martyris in templum, ad « honorem eiusdem Clarae virginis praefati munificentia Pontificis extru- « ctum, transferri. Quanta pietate et cultu, quanto gaudio et consolatione « reliquiae dilectissimae Matris suae a Clarensibus Monialibus exceptae « sint, mente animoque concipi potest, at verbis exprimi nequit; eaedem- « que sacro huic thesauro omni cura, diligentiaque diu advigilarunt ».[2]

Tam multarum igitur rerum tantarumque memoria a nobis postulare videtur, ut ea duo sanctissima templa amplioribus augeamus hono-

[1] ***Legenda S. Franc,*** **c.** 4.

[2] **Litt. Ap. *Postquam Virgo,* 30 iulii 1880.**

ribus ac gratiis, quae simul extent pietatis in seraphicam Virginem Nostrae perenne monumentum ac paternae signum benevolentiae erga filias eiusdem universas, quocumque eae nomine notentur, quavis rituum •coniunctione in divini officii recitatione et in liturgia sacra cum tribus franciscalibus familiis devinciantur. Qua in re libenter etiam studioseque humillimis postulationibus obsecundamus, quas dilecti filii Pacificus a Monza, Victor Maria Sottaz et Pacificus a Seiano, triplicis Minorum familiae ministri generales, ad Nos detulerunt, nomine tum ipsi suo, tum monialium familiis singulis quoquomodo subditarum.

Quapropter motu proprio, de apostolicae potestatis plenitudine, haec in perpetuum decernimus, concedimus, mandamus.

I. Ecclesiam Proto-monasterii sanctae Clarae Assisiensis in Basilicam Minorem erigimus ac erectam declaramus, cum omnibus privilegiis eiusmodi Basilicis adnexis.

II. Concedimus ecclesiae Proto-monasterii sanctae Clarae Assisiensis, et ecclesiae sancti Damiani, prope eandem urbem, privilegium perpetuo valiturum, vi cuius sacerdotes qui Sacrum facturi sint, tum ad sanctae Clarae in hypogaeo seu crypta ubi eiusdem virginis corpus colitur, itemque ad altare maius quod cryptae superstat, et ad altare adnexae veteris ecclesiae sancti Georgii, tum ad sancti Damiani ad altare maius seu praecipuum veteris Clarissarum ecclesiae, itemque ad altaria veteris chori sanctae Clarae, eius privati sacelli et cubiculi dormitorii ubi spiritum Deo reddidit, legere possint ¡jmissam votivam de sancta Clara Assisiensi Virgine et Fundatrice secundi Ordinis franciscalis ad formam concessionis factae sanctae Mariae Angelorum apud Assisium Basilicae per Nostras litteras « Perinsignis », datas in forma Brevis die 9 mensis februarii anni 1911.

Confirmamus privilegium amplissimae exemptionis Proto-monasterio sanctae Clarae a sa. me. Leonis XIII hisce verbis concessum: « Assisiense monasterium sanctae Clarae a quavis iurisdictione eximiae mus, ac tenore-praesentium exemptum declaramus, illudque et monia- « les, aliasque personas omnes eodem in monasterio conviventes, cum « omnibus eidem inhaerentibus, perpetuum in modum Nostrae ac suc- « cessorum Nostrorum immediatae iurisdictioni subiicimus et subiectum « decernimus atque edicimus. Huiusmodi autem iurisdictionem venerabili « fratri Nostro Aloisio Cardinali Bilio, episcopo Sabino, uti apud sanctam « Sedem Protectori universae Fratrum Minorum sancti Francisci de « Observantia familiae, eiusque hoc in munere Cardinalibus successori- « bus, perpetuis futuris temporibus, delegamus ».[1]

[1] **Litt. Ap. *Postquam Virgo*, 30 iulii 1880.**

Si quando accidat ut memoratum Clarae sanctae Proto-monasterium Cardinali Protectore careat, ut hodie contingit, eo quod Nobis ipsi, singularis benevolentiae causae, eiusmodi protectionem reservavimus,. Cardinalis Legatus a Pontifice pro tempore existenti eligatur. Quoniam vero Cardinalis Legatus non poterit facile ac efficaciter suo munere fungi in iis quae frequenter occurrunt, ad Proto-monasterii gubernationem quod attinet, decernimus ut posthac habeatur tanquam Vicarius natus Cardinalis Protectoris vel Legati, Minister provincialis seraphicae provinciae a sancta Clara, incolumi Ministri generalis iure. Officium vero Legati pontificii committimus hisce Nostris litteris dilecto filio Nostro Diomedi Cardinali F alconio, titulo sanctae Mariae de Aracoeli.

Concedimus tandem ad annum, a proximo festo die sanctae Clarae computandum, ut in omnibus Ordinis secundi ecclesiis haberi possint sollemnes per triduum supplicationes ad persolvendas gratias Deo debitas pro felici Ordinis Clarae sanctae institutione, iis tamen quod ad ritum spectat servatis, quae respectu earum supplicationum per triduum habendarum praescripta sunt. Quoties autem aliquis conditionibus aut supplicationibus iisdem interfuerit, toties ei liceat de poenalium dierum numero septingentos expungere, semel vero plenariam indulgentiam statutis conditionibus consequi. Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die **ix** augusti **MDCCCcxii**, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. Ç£ S. *a Secretis Status.*

EPISTOLA.

"AD R. P. IOSEPHUM GREDT, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, 'OB EIUS OPUS DE PHILOSOPHIAE ELEMENTIS, BEATISSIMO PATRI REVERENTER OBLATUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Pergrato te scito affecisse Nos munere, quum bina obtulisti volumina, quibus *Elementa* complexus es *Philosophiae Aristotélico-Thomisticae*, secundis nuper aucta curis. Gratiis quibus ex animo prosequimur hoc tuae pietatis officium, gratulationes libenter addimus: perspexisse siquidem in eo opere videmur te recte ac lucido ordine universam philosophicam disciplinam sic, duce Aquinate, attigisse, ut quae veterum sapientia tulit

pleniora effèceris, iis adiiciendis quae recentiorum peperit intelligens sapiensque iudicium.

Quod quidem quanti sit ut adolescentes clerici, quibus in edocendis iam diu tua teritur aetas, ex philosophicis institutionibus uberiores percipiant fructus, aptiusque comparentur ad propugnandam catholicam fidem cum ad rerum divinarum notitiam adiecerint animum, nemo est qui non videat.

Testem benevolentiae Nostrae ac divinorum auspicem munerum, apostolicam habeas benedictionem, quam tibi, dilecte fili, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x augusti MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DE POSTULATU IN MONASTERIIS VO.TORUM SOLEMNIUM.

Quo propositum vitae religiosae perpetuo profitendae melius exploretur, et dignitati status religiosi uberius consulatur, imminutis, in quantum fieri possit, defectionibus, Emi ac Rmi Patres Cardinales sacrae Congregationis de Religiosis, in plenariis comitiis ad Vaticanum habitis die 2 augusti 19jfe, sequentia statuerunt, nempe:

1. Quaelibet Postulans in Monasteriis votorum solemnium et clausurae papalis poterit admitti, sine praevia S. Sedis venia, servatis tamen aliis de iure servandis.

2. Quaelibet Postulans, antequam Novitiatum ingrediatur, probanda erit per tempus, et iuxta modum, in propriis cuiusvis Monasterii Constitutionibus praescriptum.

3. Si nihil in istis quoad haec statuatur, tunc probatio facienda est saltem per sex menses, ita tamen, ut Postulantes, intra septa Monasterii, probationis causa, admissae, utantur veste modesti coloris, diversa

ab habitu Ordinis, quem non induant, nisi quando Novitiatum proprie dictum inchoaturae sint.

Facta autem de his omnibus fideli relatione sanctissimo Domina nostro Pio Papae X per infrascriptum sacrae Congregationis Secretarium die 5 augusti 1912, Sanctitas Sua eadem approbare et confirmare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 15 augusti 1912.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM.

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE NYGATA INSTITUITUR ET SOCIETATI VERBI DIVINI « DE STEYL » CONCREDITUR.

Quo catholica Fides in Imperio Japoniae, martyrum sanguine gloriosissimo, propagari et feliciter confirmari valeat, sollertes illarum regionum Ordinarii praeter alumnos Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros, alios religiosos viros in sui auxilium vocare non destiterunt pro multiplicibus evangelizationis, instructionis et christianae caritatis operibus instituendis ac apte moderandis. Inter hos, sodales Societatis Verbi divini de Steyl, quinque abhinc annos in Japoniam appulsi, tam bene de christiano nomine meruerunt, spem optimam uberrimi fructus in futurum praebentes, ut, annuentibus Ordinariis, haec S. Congregatio de aliqua separata missione ipsis concredenda agi statuerit.

Quo super negotio cum in generali Conventu habito die 29 superioris mensis disceptatum fuerit, Emi ac Rmi sacri huius Consilii Patres decreverunt dividendas esse a dioecesi Hacodatensi civiles provincias seu *ken: Akitaken, Tamagataken, Nygataken,* ab archidioecesi vero Tokiensi civiles provincias seu *ken: Toyamaken, Ishikawaken* et *Fukuiken,* quae postrema ex parte quoque dependet a dioecesi Osachensi: ex his integris civilibus provinciis seu *ken,* sublatis iurisdictioni Ordinariorum

Hacodatensis, Tokiensis et Osachensis, erigendam esse edixerunt, ad normam transmissae geographicae chartae, Praefecturam apostolicam a. civitate Nygata nuncupandam et curis Societatis a Verbo divino de Steyl concredendam. Hanc vero eminentissimorum Patrum sententiam Ssmo Domino nostro.Pio div. prov. Papae X a R. P. D. Gamillo Laurenti eiusdem S. Congregationis Secretario relatam in audientia diei 12 insequentis augusti, Sanctitas Sua in omnibus ratam habere et adprobare dignata est, et praesens sacrae huius Congregationis Decretum fieri praecepit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Prop. Fide, die 13 augusti anni 1912.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO RITUUM

VICARIATUS NYANZAE SEPTENTRIONALIS (AFRICAE CENTRALIS).

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII XXII VENERABILIUM SERVORUM DEI CAROLI LUANGA, MATHIAE MURUMBA ET SOCIORUM VULGO « DE UGANDA » IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTERFECTORUM.

Quum a summo Pontifice Leone XITI f. r. concreditum fuisset archiepiscopo Algeriensi S. R. E. Cardinali Carolo Lavigerie munus moderandi ac provehendi in interiori Africae parte sacras missiones, exinde in ipsa civitate Algeriensi constitutus est coetus missionariorum, vulgo *Pères Blancs,* qui regiones illas apostolicis laboribus sacrorumque mysteriorum dispensatione animose peragrarunt ac peragrant. Huiusce ministerii fructus selectaeque primitiae in Missione seu Vicariatu Nyanzae septentrionalis, speciatim in regno Ugandae praecipue patuere per vigintiduos egregios nigritas, fere omnes adolescentes aulicosque regis Mwanga. Ipsi enim vix de christiana religione a missionariis instructi et baptizati, spretis mundi divitiis ac oblectamentis, summisque cruciatibus et suppliciis superatis, pro Christi fide tuenda eiusque amore servando sese hostiam Deo acceptam ac vitae sacrificium strenue obtulisse feruntur.

Praestat autem singula* horum nigritarum nomina ordinatim recensere cum aliquo indicio passionis sub Mwanga Ugandae rege ab an. 1885 ad an. 1887. - I. Dionysius Sebuggwao, regis assecla, prior persecutionis victima, dum alios christiana religione erudivisse fatetur, lancea ab ipso rege confoditur. - II. Carolus Luanga, r. a., die 16 nov. 1885 baptizatus, post longum ac crudele supplicium, sanctum Dei nomen invocans igne consumitur. - III. Bruno Séronkuma, regis miles, die 18 nov. 1885 baptizatus, verberibus caesus, in supplicio orans crematur, - IV. Mgagga, r. a., iuvenis cathecumenus, ab ipso Luanga, saeviente persecutione baptizatus, forti hilarique animo se carnifici comburendum offert. - V. Gonzague Gonza, r. a., die 17 nov. 1885 baptizatus, ob fidem et constanliam ipsi tortori admirabilis, lancea traiicitur. - VI. Mathias Murumba, vir gravis et iudicis officio fungens, musulmanam antea sectam, et protestantium dein institutionem amplexus, demum die 28 maii 1881, baptismate suscepto, catholicae religioni adscribitur; quam constanter colere ac propagare satagens, immani supplicio interficitur super colle de Kampala in Sabarija. - VII. Andreas Kagwa, r. a., adhuc neophitus ob merita primus a rege dux renuntiatur, et religionis studio praestans plures Christo gignit. Die 3 aprilis 1881 baptizatus, regis administro, seu Katikiro, accusatore et iudice, a carnifice amputa tum habet caput et brachium. - VIII. Noe Maaggali, mitis et pius, die 1 nov. 1885 baptizatus, ab ipso suo domino Mkovenda-, ob timorem regis, christianos perquirentibus traditus, ab ipsis lancea percussus obit. - IX. Iosephus Mkasa, die 3 aprilis 1831 baptizatus, asseclis regiae domus praefectus, omnibus ac ipsi regi acceptus et consiliarius, artificio administratorum accusatorio, die 16 nov. 1885 capite plectitur flammisque consumitur. - X. Pontianus Mgodwé, r. a., die 18 nov. 1885 baptizatus, in carcere detentus et carnifici interroganti num orare sciat, affirmative respondens, ideo lancea vulneratus obit die 26 maii 1886 in loco Mugnunu. - XI. Athanasius Badzekuketta, r. a., die 17 nov. 1885 baptizatus, martyrii desiderio flagrans, sub ingeminatis ictibus decumbit die 27 maii 1886. - XII. Iacobus Buzabaliao, r. m., die 18 nov. 1885 baptizatus, pro prosequentibus rogans, apud Namungongo die 3 iunii 1886 igni traditur. - XIII. Kizito, r. a., e sociis iunior, nobilissimi optimatis filius, eodem die baptizatus et comprehensus, fidem super rogum asserens mortem subit die 3 iunii 1886.

XIV. Ambrosius Kibuka, r. a., die 17 nov. 1885 baptizatus, in carcerem coniectus, fidem coram rege profitens, die 3 iunii 1886 vivus uritur. - XV. Kyavira, r. a., cathecumenus, eadem die qua a Luanga baptizatur, comprehensus et in carcerem detrusus, subsequenti septima die 3 iunii 1886, in christiana confessione constans aduritur apud Namuyongo. -

XVI. Achilles Kiwanuka, r. a., die 17 novembris 1885 baptizatus, tum in carcere tum supra rogum fortis in fide, Namuyongo mortem obit die 2 iunii 1886. - XVII. Adulphus Rudigo Mkasa, r. a., die 17 nov. 1885 baptizatus in vinculis et in igne, coram rege fidem profitens, consumitur Namuyongo die 3 iunii 1886. XVIII. Mkasa Kilwanvu, r. a., cathecumenus, christianum se esse professus, comprehenditur et comburitur Namuyongo die 3 iunii 1886. XIX. Ahatolius Kiligawajjo, r. a., die 17 nov. 1885 baptizatus, honorificum a rege oblatum respuens officium et christianae professioni adhaerens, Namuyongo die 3 iunii 1886 igni consumendus traditur. XX. Mbaga Tuzindé, r. a., eodem die a Luanga baptizatus et cum ipso comprehensus, fidem confitens ictibus percutitur et in ignem immissus, in clivo Namuyongo spiritum Deo reddit die 3 iulii 1886. - XXI. Lucas Banabakintu, die 28 maii 1881 baptizatus, in christiano nomine tuendo comprehensus ignique damnatus, Namuyongo vitam amittit die 3 iunii 1886. - XXII. Ioannes Maria Mzée, die 1 nov. 1885 baptizatus, vitae integer, natu maior, sodalium consiliarius, lue grassante admirabilis in aegrotos, quos recreat, instruit et monentes baptizat. Parco victu aliaque industria, soluto pretio, infantes et iuvenes redimere atque erudire studet. Inquisitus ad necem et captus, religionis servandae causa, supplicium prompto libentique animo perfert circa mensem ianuarium 1887. - Hisce praemissis satis ostenditur causae gravitas atque utilitas ad maiorem Dei gloriam fidemque catholicam confirmandam et propagandam in Africa centrali; inde ratio inquisitionis Ordinariae quoad praedictos Dei Servos in Vicariatu Nyanzae septentrionalis super fama martyrii eiusque causae. Quibus actis processualibus ad sacram Rituum Congregationem transmissis una cum documentis historicis seu litteris Cardinalis C. Lavigerie, archiepiscopi Carthaginen. et Algerien., episcopi Leonis Livinhac, Vicarii apostolici Nyanzen., et P. Simeonis Lourdel, missionarii Algerien., quum omnia in promptu essent ad quaestionem agendam, instante Rmo P. Aloisio Burtin, Societatis Missionariorum Algerien. Procuratore generali et Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis plurium archiepiscoporum, episcoporum, aliorumque Sacrorum Antistitum ex Vicariatibus seu Praefecturis apostolicis, necnon Praepositorum generalium Ordinum seu Congregationum, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Dominicus Ferrata eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An signanda sit Commissio Intro-« ductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur? ». Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus Praepositi, post relationem ipsius

Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde, sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 13 augusti 1912.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua, rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatiti cationis seu declarationis martyrii vigintiduorum Venerabilium Servorum Dei Caroli Luanga, Mathiae Murumba et sociorum, in regno Ugandae Africae centralis, in odium fidei, uti fertur, interfectorum.

Die 14, eisdem mense et anno.

Fr. SEBASTIANUS Card. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

L. >ß S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SIGNATURA APOSTOLICA

MELEVITANA *(Meliten.).*

FUNERUM SEU NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS

inter Capitulum collegiatae ecclesiae B. Virginis Mariae Immaculatae in civitate « Cospicua », actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, et R. D. Iosephum Azzopardi, Vicarium Curatum eiusdem Ecclesiae, conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum.

Pius VII fel. rec. anno 1822 in civitate *Cospicua* Melevitanae dioeceseos, Capitulum collegiatae ecclesiae B. Virginis Mariae sine labe originali conceptae instituit, ea lege ut eidem Capitulo animarum cura habitualis, archipresbytero cura actualis concredita foret. Attamen cum, quemadmodum fere semper usuvenit, propter temporum iniquitatem, aliquot post annis, praebendae canonicorum dictae collegiatae ecclesiae non leve detrimentum pàssae fuissent; et e contrario, actualem animarum curam exercenti archipresbytero ex certis incertisque paroecialis muneris reditibus, valde pinguis suppeteret census; res ab eo

statu, iri quo Pii VII Bulla constitutae fuerant, passim prolabi coeperunt. Dissidium praeterea inter archipresbyterum et canonicos obortum quoad distributiones, maxime vero controversia ab ipso archipresbytero promota de iure habendarum caeremoniarum suo arbitratu *(indipendentemente dal Capitolo)*, necessitatem adduxerunt supplicandi, ipsis dignitatibus et canonicis Capituli etiam expostulantibus, Pio VIII, ut pontificia auctoritate consuleret. Qui quidem Capituli precibus benigniter obsecundans, per Bullam sub die 25 septembris anni 1830 rem composuit, atque decrevit « ut cura animarum praedicta, una cum omnibus « emolumentis certis et incertis ex illa quomodolibet provenientibus, a « praefato archipresbyteratu, postquam illum ex persona tunc existentis «archipresbyteri quomodolibet vacare contigisset, perpetuo dismem« brata, cura eadem tam habitualis quam actualis, illiusque liberum «exercitium memorato Capitulo concederetur et uniretur, exercenda « tamen vel per dignitarios et canonicos per turnum, vel per presby« terum saecularem, Vicarium Curatum mmcupandum, a Capitulo ipso « deputandum et ad eius nutum amovibilem, sed ab Ordinario loci « prius examinandum et approbandum, cum congrua annua mercede « ab ipso Capitulo praefmienda; atque ut omnia emolumenta certa et « incerta ab exercitio animarum huiusmodi provenientia, et ab archi« presbyteratu praedicto separanda, inter Capitulares praedictos aequa« liter, comprehenso ipso archipresbytero, nempe in octodecim aequa« les ratas, quomodolibet dividerentur ... ».

Res Capituli, attentis huius Bullae praescriptionibus, ita videbantur iuste et commode pro utraque contendentium parte compositae, ut novis controversiis omnis praeclusus fuisset aditus. At quod sperabatur non contigit. Novae enim difficultates obstiterunt quominus Bulla Pii VIII suum sortiretur effectum. Elapso enim quodam temporis spatio, negotium amice cum Ordinario compositum, ac deinde de communi partium consensu, Sedi apostolicae propositum, Pius IX fel. rec. sua Bulla diei primae octobris anni 1850 sancivit atque in perpetuum confirmavit. Quoad vero curam animarum actualem, summus Pontifex haec expresse edixit: « Scilicet quod firmae remaneant et confirmentur praefatae Lite« rae Pii Papae VIII praedecessoris quoad ea quae unionem respiciunt « curae habitualis cum actuali favore praefati Capituli, moderato tamen « eius curae exercitio sequentibus legibus:

« 1. Ut nempe cura actualis, sic unita cum habituali, exerceri debeat « perpetuo et inamovibiliter a vicario curato per Capitulum universum, « comprehenso archipresbytero, eligendo, et per Ordinarium confirmando « modo et forma inferius decernenda.

« 2. Ut ad vicarium ipsum curatum spectet tantum administratio « Sacramentorum et quidquid memoratum actualis animarum curae «exercitium ei commissum stricte respicit: salvis et reservatis favore « Capituli ceteris iuribus et privilegiis etiam super huiusmodi exercitio « quae eidem Capitulo ut ecclesiae rectori debeantur; cetera vero iura « et privilegia eidem Capitulo uti ecclesiae rectori reservata sint et « remaneant.

« 3. Ut archipresbyter pro tempore existens perpetuo exclusus sit « a praedicto officio vicarii curati, quin imo si et quoties vicarium « curatum ipsum ad archipresbyteratum assumi contigerit, eo ipso a « vicarii curati perpetui munere cessare debeat et censeatur, ac Capi- « tulum illico et immediate ad alterius in id muneris assumendi electio- « nem procedere valeat.

« 4. Ut vicarius curatus praefatus eligi debeat per turnum e gre- « mio Capituli ipsius eadem prorsus ratione qua memoratis Literis Pii « Papae VIII praedecessoris constitutum fuerat, videlicet facta facul- « tate singulis Capitularibus optandi idem officium, incipiendo a priori « dignitario post archipresbyterum, et sic deinceps transeundo ad infe- « riores, ac postremo ad simplices canonicos, servato quoad istos ordine « antianitatis in possessione canonicatus.

« 5. Ut sic electus examini Ordinarii subesse debeat, prout in prae- « fatis Literis etiam continetur. Quod tamen examen nedum super « scientia, sed etiam super ceteris qualitatibus a iure requisitis versari « debeat, ita ut ab eodem Ordinario nequeat ille confirmari nisi ad « formam sacrorum Canonum idoneus ab eo iudicatus fuit.

« 6. Ut quatenus nemo ex Capitularibus vicarii curati officium « assumere voluerit, vel nemo ad id muneris ab Ordinario, iuxta formam « superius praescriptam, fuerit approbatus, tunc a Capitulo alius pre- « sbyter extra illius gremium, necessariis facultatibus praeditus et ab « Ordinario ut supra examinandus et approbandus, eligi queat.

« 7. Et quoad reditus ex praefatae curae animarum exercitio pro- « venientes statutum fuit, ut ex reditibus huiusmodi tum certis tum « incertis trecenta annua scutata monetae Melitensis a quovis onere « prorsus immunia vicario curato loco congruae perpetuo assignata « remaneant, tributa eidem vicario potestate suos faciendi proventus ex « oblationibus quas vocant Paschalis benedictionis derivantes: residui « vero fructus, detracta annua pensione antiqua perpetua aliorum quin- « quaginta scutatorum monetae Melitensis parisque apostolicis Literis « eiusdem Pii Papae VII praedecessoris ad favorem pro tempore exi- « stentis rectoris parochialis ecclesiae Casalis Dingli praefatae Meliten.

« dioecesis reservata reperitur, nec non dempta mercede pro duobus vice-« parochis ab ipso Capitulo deputandis, et ad eius nutum amovibilibus, « ac deducta denique eleemosyna Missarum pro populo, cedere debeant « favore dignitatum et canonicorum praefatorum, et inter eos distribui « ad formam earundem Literarum Pii Papae VIII praedecessoris ».

Longo quadraginta et amplius annorum spatio, Capitulum inter et vicarium curatum concordia videtur extitisse. Sed tranquillitas ista anno 1902 desiit; cum, nescio quibus de causis, nova iurgia quoad curam animarum actualem rursus eruperunt. Proinde die 20 decembris anni eiusdem 1902 octo dubia sacrae Concilii Congregationi a litigantibus proposita sunt, ex quibus primum illud erat: « An iuxta Constitutiones « apostolicas, universa actualis animarum cura vicario curato competat « in casu? ». Cui responsum fuit: « Affirmative quoad exercitium ».

Haec explicita Romanae Congregationis responsio animorum discordiam compescere non valuit. Etenim nova quaestio a Capitulo proposita fuit curiae Melevitanae, nempe: « Cui ius competat missam exequialem «celebrandi praesente cadavere?». Curia episcopalis respondit sub die 3 februarii 1905: « Missam exequialem, praesente cadavere, celebrandam « a vicario curato ».

Quinque post annos, eadem curia circa novum dubium a Capitulo propositum, nempe: « An ius benedicendi cadavera, praecinendi « antiphonam *Exultabunt,* viamque et horam determinare funeris dedu-« cendi, ad vicarium curatum pertineat, necne? » hanc edixit sententiam sub die 28 iunii 1907: « Ius benedicendi defuncti corpus, praecinendi « antiphonam *Exultabunt,* viam per quam deferendum est cadaver decla-« rare, horamque ad funus determinare, ad vicarium curatum, audito « tamen Capitulo quoad horam, pertinere ».

Capitulum huic sententiae non acquievit; sed ab ea penes S. Concilii Congregationem interposuit appellationem seu recursum, putans sibi debita, vi Pianae constitutionis anni 1850, quae a Melevitanae curiae decisione denegabantur. Appellatio nullis innixa iuridicis motivis, sed pure et simpliciter exhibita, a S. Concilii Congregatione sub formula: « Lectum », scilicet nullius valoris existimata, reiecta fuit. Attamen deinde, instante Capitulo, ac de communi advocatorum partium consensu, eadem appellatio rite exarata a S. Concilii Congregatione est recepta. Verum, cum eodem tempore pontificia Constitutio *Sapienti Consilio* in lucem prodiisset, praedicta appellatio ad sacrae Rotae Tribunal delata fuit, dubiis quae sequuntur propositis, nempe:

1. An competat Capitulo ecclesiae collegiatae Civitatis *Cospicua* ius inchoandi exequias per intonationem *Exultabunt Domino,* ius asper-

gendi cadaver aqua benedicta, nec non horam et vias exequiarum designandi?

2. An constet de re iudicata favore vicarii curati relate ad ius celebrandi missam exequialem, praesente cadavere?

3. An Capitulo supradicto competat idem ius ad"missam exequialem, praesente cadavere?

Et S. Rota per sententiam diei 28 iulii 1911 respondit:

Ad 1. Negative in omnibus; sed haec iura competere vicario curato, audito tamen Capitulo quoad horam designandam.

Ad "2. Negative.

Ad 3. Negative, sed hoc ius competere vicario curato in casu.

Adversus huius rotalis sententiae decisionem, Melevitanum Capitulum recursum promovit apud hoc supremum Signaturae apostolicae Tribunal ex capite nullitatis.

Causa igitur funditus pertractata est in supremi Tribunalis sessione habita in aedibus Vaticanis die 26 iulii 1912, relatore Emo P. Dno Basilio Card. Pompilj, atque proposito dubio, scilicet:

Sitne nulla Rotalis sententia in casu, et sitne locus eius circumscriptioni?

Emi Iudices responderunt:

Sententiam esse circumscribendam ad tramitem legis particularis, quae exercitium curae actualis in collegiata ecclesia B. Virginis Mariae Immaculatae civitatis « Cospicua » vicario curato perpetuo a'tributum moderatur; Bullae videlicet, Pii VIII sub die 25 septembris anni 1830. et Conventionis Ordinarii cum Capitulo per Bullam Pii IX sub die I[a] octobris anni 1850 approbatae et confirmatae; habita etiam ratione subsequentis observantiae.

De expensis autem iudicialibus supremum idem Tribunal decrevit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret atque ab omnibus, ad quos spectet, executioni mandaretur, non solum etc., sed et omni, etc.

Datum Romae ex aedibus sacri Tribunalis, die vigesima mensis augusti 1912.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. © S.

Iosephus Adv. Fornari, *S. T. A.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE.

Con biglietto del Cardinal Prefetto di Propaganda, il Santo Padre si è degnato di nominare:

27 Agosto 1912. — Il Rev. D. Bartolomeo Cattaneo, canonico della Cattedrale di Novara, *Rettore del Collegio Urbano di Propaganda Fide.*

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

21 Agosto 1912. — L'Emo Sig. Cardinale Gennaro Granito di Belmonte, *Protettore dell'Istituto delle Riparatrici del S. Cuore, di Napoli.*

Con Breve apostolico il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelato Domestico di S. S.:

19 Agosto 1912. — Il Rev. D. Carlo Amieux, Vicario generale della diocesi di Guadalupa.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

19 Agosto 1912. — Al Sig. Conte Jaroslao de Thun-Hohenstein, dell'archidiocesi di Olmütz.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 Agosto 1912. — Al Sig. Giuseppe Bachmair, di Monaco di Baviera.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

7 Agosto 1912. — Al Sig. Sigismondo Ránffy, Direttore della scuola Militare a Nagy-Varad in Ungheria.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

17 Agosto 1912. — Al Sig. Casimiro Mottironi, di Roma.

NECROLOGIO.

20 Agosto 1912. — L'Emo Sig. Cardinale Giuseppe Samassa, Arcivescovo di Agria (Erlau).

26 Agosto. — Mons. Giuseppe Alves de Mariz, Vescovo di Braganza.

Annus IV. - Vol. IV. Die 16 Septembris 1912. Num. 17.

ACTAT APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. LUDOVICUM ERNESTUM DUBOIS, ARCHIEPISCOPUM BITURICËNSEM, DE LATINO SERMONE IUXTA ROMANUM USUM PRONUNTIANDO.

Vénérable frère,

Votre lettre du 21 juin dernier, comme aussi celles que Nous avons reçues d'un grand nombre de pieux et distingués catholiques français, Nous ont appris, à Notre grande satisfaction, que, depuis la promulgation de Notre *Motu proprio* du 22 novembre 1904 sur Ja musique sacrée, on s'applique avec un très grand zèle, dans divers diocèses de France, à faire en sorte que la prononciation de la langue latine se rapproche de plus en plus de celle qui est usitée à Rome; et que l'on cherche en conséquence à rendre plus parfaite, selon les meilleures règles de l'art, l'exécution des mélodies grégoriennes, ramenées par Nous à leur ancienne forme traditionnelle.

Vous même, quand vous occupiez le siège episcopal de Verdun, vous étiez entré dans cette voie et vous aviez pris, pour y réussir, des dispositions utiles et importantes. Nous apprenons d'autre part, avec un vif plaisir, que cette réforme s'est déjà répandue en beaucoup d'endroits, et qu'elle a été introduite avec succès dans un grand nombre d'églises cathédrales, de séminaires, de collèges, et jusque dans des simples églises de campagne.

C'est qu'en effet la question de la prononciation du latin est intimement liée à celle de la restauration du chant grégorien, objet constant de Nos pensées et de Nos recommandations, depuis le commencement de Notre Pontificat.

L'accent et la prononciation du latin eurent une grande influence dans la formation mélodique et rythmique de la phrase grégorienne ; et par suite il est important que ces mélodies soient reproduites, dans l'exécution, de la manière dont elles furent artistiquement conçues à leur origine. Enfin la diffusion de la prononciation romaine aura encore cet autre avantage, comme vous l'avez fort bien remarqué, de consolider de plus en plus l'œuvre de l'unité liturgique en France, unité accomplie par l'heureux retour à la liturgie romaine et au chant grégorien.

C'est pourquoi Nous souhaitons que le mouvement de retour à la prononciation romaine du latin se continue avec le même zèle et les mêmes succès consolants qui ont marqué jusqu'à présent sa marche progressive; et pour les motifs énoncés plus haut, Nous espérons que, sous votre direction et celle des autres membres de l'épiscopat, cette réforme puisse heureusement se propager dans tous les diocèses de France.

Comme gage des faveurs célestes, à vous, vénérable frère, à vos diocésains et à tous ceux qui Nous ont adressé des demandes semblables à la vôtre, Nous accordons de tout cœur la bénédiction apostolique.

Du Vatican, le 10 juillet 1912.

PIUS PP. X.

IL

AD ANTONIUM CARD. FISCHER, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, OCCASIONE CONVENTUS MARIALIS TREVIRI HABITI.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. —- Catholicis hominibus quos proximo mense augusto pietas erga almam Dei Matrem Trevirim congregabit, iam Nos bene precati sumus, ubi primum rei nuncium accepimus. Nunc autem, cum tempus constitutum appétit, his te litteris alloquentes, dilecte fili Noster, quem conventui praesentem adfore cognovimus, libenter iteramus quae significavimus vota, et omnes impense hortamur ut huic coetui velint interesse, quibus sine incommodo liceat. Proposita quae in medium afferentur a delectis oratoribus pertractanda, eiusmodi esse perspeximus ut et eorum qui praeerunt. multiplicem exerceant sollertiam, et abunde ceteris praebeant quo suum in Deiparam amorem excitent ac foveant. Quibus in propositis ea late patere gratum est quae Mariae cum quasi infinitam dignitatem, tum

propensissimara in miseros voluntatem illustrant. Amice quidem haec coniurant ut fiduciam omnem in Virgine reponant, ad Eamque, tamquam ad pacis ac tranquillitatis portum, confugiant quotquot sunt quos amara huius vitae ac sempiternae salutis discrimina sollicitant. Sed haec ipsa argumenta velimus ita congressuri pertractent ut potiora eorum consilia alacrioráque studia huc spectent: ut statuatur quibus maxime rationibus Christi fideles adiuvari atque incitari possint ad Matris augustae virtutes moribus exprimendas. Hic namque respectus ad actionem christianae vitae, atque adeo haec praecipua cura omnia referendi ad emendationem morum, emineat oportet in omnibus catholicorum conventibus, qui ideo praesertim invecti sunt ut communibus consiliis, communi opera, singulis uberiora comparentur praesidia ad colenda studia virtutum.

Haec sint omnibus documento eius desiderii quo laetabiles huius congressionis fructus expectamus. Quos quidem ut impetrare facilius a Deo benigno liceat, tu, dilecte fili Noster, congregatis benedices Nostro nomine, plenariam adiiciens peccatorum veniam, statutis conditionibus lucrandam. Nos interea, divinorum munerum auspicem, apostolicam benedictionem, tibi et iis omnibus qui Trevirensi conventui disponendo dant operam quique eidem intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn iulii MCMXII, Pontificatus, Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

III.

AD GULIELMUM CARD. VAN ROSSUM, CUI AD CONVENTUM EUCHARISTICUM VINDOBONENSEM LEGATI PONTIFICII MUNUS COMMITTITUR.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad sollemnem catholici orbis conventum Eucharisticum, quem nosti hoc anno actum iri Vindobonae mense septembri, cum de more unus e S. R. E. Cardinalibus sit Nobis deligendus, qui Nostram Personam gerat, placet, dilecte fili Noster, id muneris mandare tibi: quem propterea per has ipsas Litteras Legatum Nostrum renuntiamus. Dignum honestissima legatione cum singularis tua te sollertia, tum pietas facit; nec dubitamus, quin mandatum ita exsecuturus sis ut in eam bonorum celebritatem, non modo pontificiae auctoritatis decus, sed plane animum Nostrum afferas, percupidum, uti par est, omnium rerum quae ad augendum divini Sacramenti cultum pertineant. Equidem valde vellemus Ipsi prae-

sentes adesse sacris istis sollemnibus, quibus tu praesidebis, Nostro nomine: adeo splendida et magnifica sanctaeque laetitiae plena minuantur fore. Etenim is est ardor hominum clarissimorum, qui omnem rei apparatum curant; ea frequentia religiosissimorum civium, qui operam iis atque studium navant; ea est amplitudo ac dignitas urbis, in quam per dies praestitutos piorum se multitudo undique gentium congregabit, ut qui tribuentur honores sacratissimae Eucharistiae, praeclaros, si unquam alias, et vere triumphales esse oporteat. Tn quo peculiares eaeque summae debentur a Nobis laudes carissimo filio Nostro, Francisco Iosepho, Imperatori et Regi apostolico, qui, ut est diligentissimus Religionis Nobisque maxime deditus, consilium huius habendi coetus mature omni prosecutus gratia, decretas sollemnitates splendore maiestatis suae nobilitare cogitat; cuius exemplo serenissimae Archiduces matronaeque primariae ex Domo augusta iam dudum incredibili sedulitate inceptum adiuvant. Itaque conventus Vindobonensis futurus est, ut prospicitur, insignis ad gloriam Iesu Christi; sed non minus sit volumus ad communem fructum. Multum quidem est, frequentes in contemplationem Mysterii Eucharistici convenire bonos, ex eoque communiter petere, unde evadant quotidie meliores. At vero qui hoc Sacramentum caritatis rite colunt, omnino non decet ita suae ipsorum utilitati studere, ut salutem negligant plurimorum, quos aut ignorantia aut incuria aut fastidium ab huius divini Epuli communicatione distinet. Videant quam periculose aegrotet humana societas, quantoque virtutum omnium torpore languescat, Illum ab se segregans qui unus curare eam potest; cum tamen Ipsum suus erga homines immensus amor, Sacramenti huius artifex, perpetuo in terris non visum delineat,. Hoc igitur spectare, huc summa contentione niti eos percupimus, ut ex Eucharistia, tamquam ex suo uberrimoque fonte, vita Iesu largius in omnes influat, nec solum in animos singulorum privatosque mores, sed etiam in instituta populi universosque ordines civitatis. Neque enim licet aut privatim cum virtute vivere, aut publice tranquillitatem ordinis tueri, nisi divina vis Religionis comprimat motus animi túrbidos, ac persuadeat haec caduca bona contemnere in expectationem immortalium. Nos vero communibus consiliis studiisque vestris maxime iuventutem commendamus; quae cum spem contineat futuri temporis, non est mirum, si potissime ab inimicis Crucis Christi petitur, vel per fallacia s doctrinae, vel per illecebras voluptatum. Confidere autem libet fore, ut quot Vindobonensi coetui interfuerint adolescentes, tot professionem catholicam posthac in omni actione vitae constanter retineant, animoseque defendant. Ceterum divinus hominum Redemptor, de cuius infmitis laudibus multiplex fiet

ab egregiis oratoribus praedicatio; cuius benignitas celeberrimis supplicationibus implorabitur; Ipse, qui nihil habet antiquius, quam ut quotquot laborant et onerati sunt, reficiat, profecto super eiusmodi conventum suorum munerum ubertatem effundet. Quorum sit auspex benedictio apostolica, quam tibi, dilecte fili Noster, et omnibus, qui in eodem conventu aderunt, imprimisque augusto Imperatori ac serenissimae Domui eius amantissime impertimus.^

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis augusti MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. D. DOMINICUM VICENTINI SACERDOTEM, MODERATOREM INSTITUTI A S. CAROLO PRO ITALIS DEMIGRANTIBUS, OCCASIONE SOLEMNITATUM IN MEMORIAM IOANNIS BAPTISTAE SCALABRINI, EIUSDEM OPERIS INSTITUTORIS, CELEBRATARUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. —Vehementer nobis scito probari pietatis officia quibus tibi tuaeque disciplinae alumnis libet memoriam concelebrare Ioannis Baptistae Placentinorum Antistitis, a quo, vigintiquinque ab hinc annis, Instituti istius exordia atque incrementa. Oblata libenter utimur occasione ut commemoremus et Ipsi quam bene vir desideratissimus de Ecclesia, de civitate meruerit, qui popularibus suis in longinquas Americae regiones commigrantibus, religionis subsidia providere studuerit, et benevolae ut caritatis testimonio honestemus apostolicos viros, quos eiusdem alacritas tecum congregavit ut legatione pro Christo fungerentur apud dissitos Italiae cives. Messis quidem multa patet, cum augeatur in dies eorum numerus quos lucri desiderium vocat in alienum solum, et pericula eisdem multiplicentur simul a difficultate locorum, simul ab improborum petita insidiis. Videant igitur sacerdotes tui, quot benemerenti opportunitates, quantum sibi munus assignatum a Deo!

Ad Nos quod attinet, haud sane facile reperias in quo curae cogitationesque Nostrae maiore cum sollicitudine versentur. Et inde fit ut cum alias, quoties per occasionem licuit, tum in praesenti demigrantium Italorum causam, ut maxime possumus, ita tibi tuisque commendemus. Vos vero pergite cives vestros christiana complecti caritate: pergite bono ac saluti eorum consilio, opera, sacerdotii muneribus diligenter consu-

1ère; et hoc in animos inducite vestros, vix quicquam a vobis praestari posse quod optatis Nostris, quod vestris in religionem ac in patriam studiis congruat aptius.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, tuisque omnibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die **iv** septembris MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

V.

AD RR. PP. PACIFICUM MONZA, VICTOREM MARIAM SOTTAZ, PACIFICUM A SEIANO, TRIUM FAMILIARUM PRIMI ORDINIS MINORUM MINISTROS GENERALES, DE DISCIPLINA TERTII ORDINIS CAUTE MODERANDA, NE ULLA IN RE AB INSTITUTO DEFLECTAT.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Tertium Franciscanum Ordinem, quem saecularem vocant, toto terrarum orbe diffusum, sodalium non solum numero sed etiam industria florere, certissimo argumento sunt et multiplices de rebus Ordinis commentarii, et crebrae ad loca sacerrima peregrinationes, et frequens celebratio conventuum, e quibus eum commemorare libet, qui in hac alma Urbe Nostra nuper est habitus. Haec sane laetabilia sunt, Nobisque dant causam gratulandi vobis, dilecti filii, quibus sodales Tertiarii magistris et ducibus utuntur. Sed tamen non vos celabimus de timore quodam in quo Nos iam dudum ob nonnulla indicia sumus, ne, per speciem melius merendi de humana societate, studium parum sapiens rerum novarum sese in Tertiariorum Ordinem alicubi insinuet, eumque sensim ab instituto suo, quale Franciscus sanctissimus voluit esse, detorqueat. Itaque, ut de re tam gravi Nostra vobiscum consilia communicemus, vos, dilecti filii, paulo fusius affari hodie constituimus.

Primum omnium, opus esse ducimus, dilecti filii, magis ac magis declarare vulgo, quid ex voluntate Patris legiferi sit Ordo Tertius, quid tamquam finem ille spectet; atque ostendere non hunc ab aliis duobus natura differre, sed eo tantum quod propria quadam ratione ad idem propositum contendit. Etenim, ut ait decessor Noster fel. rec. Leo XIII,' « in curandis Iesu Christi praeceptis Instituta Franciscalia tota sunt « posita;- neque enim quicquam spectavit aliud Auctor sanctissimus,

« quam ut in iis, velut in quadam palaestra, diligentius vita christiana « exerceretur. Profecto Ordines Franciscales duo priores, magnarum vir- « tutum informati disciplinis, perfectius quiddam diviniusque persequun- « tur: sed paucorum sunt, nempe eorum quibus Dei munere concessum « est ad evangelicorum consiliorum sanctitatem singulari quadam ala- « critate contendere. Verum Tertius Ordo natus aptus est multitudini; « et quantum possit ad mores iustos, integros, religiosos, superiorum tem- « porum monumenta et res ipsa declarant » (Const. *Misericors Dei Filius).* Ceterum ipse Assisiensis Patriarcha, cum Tertium Ordinem appellatione *Fratrum de Paenitentia* distinxit, satis aperte docuit illa duo esse Tertia- riorum propria: fraternam inter se concordiam et studium paenitentiae.

Quod autem ad primum attinet, nullo quidem tempore Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum curae cogitationesque desideratae sunt in eo ut Tertiarii Franciscales, animorum coniunctione seraphici Patris caritatem referentes, unum veluti corpus omnes. efficerent. Nos item apostolicis Litteris *Septimo iam pleno saeculo,* religiosos Ordinis prioris cohortati sumus, meminissent fraterna se caritate inflammatos esse oportere, quam quidem decet esse tantam ut in Tertium quoque Ordinem redundet. Eam ceterum caritatem non modo inter Tertiarios unius eiusdemque sodalitatis vigere opus est, sed etiam inter sodalitates Tertiariorum; quemadmodum vero varia cuiuslibet religiosorum Ordinis coenobia, sic Ordinis Tertii sodalicia amico foedere colligantur natura sua. Iuvat hoc loco ea commemorare, quae Nos, die xvn decembris anno MCMIX, ad Tertiarios Urbanos scripsimus: « Quum sit exploratum « vires coniunctas efficaciores esse quam singulas, cernere licet quam « studiose catholici nominis hostes in unum conglobentur, ut nefaria « certius proposita contingant. Ergo ad repugnandum istis congruenter, « oportet omnes boni coeant, iique in primis qui ex instituto Patriarchae « Assisiensis et ipsi christiane sapere ac vivere in exemplum, et chri- « stianam fidem moresque in populo fovere ac tueri debent ». Ergo hanc virium coniunctionem ratam iterum habemus, ea tamen conditione, ut nova ne inducatur disciplina, sed rationes mutuas quae inter sodalitates intercedunt, ipsi dumtaxat sodalitatum rectores moderentur.

Quod ad alterum pertinet, ut eiusdem decessoris Nostri verbis utamur; « caput est commendationis Nostrae, ut qui insignia *paeniten- « tiae* induerint, imaginem spectent sanctissimi Auctoris sui, ad eamque « contendant, sine qua, quod inde expectaretur boni, nihil esset » (1. c). Etenim hoc maxime mandatum Francisco Deus, teste Bonaventura, dedit, ut paenitentiam praedicaret, atque homines ab amore huius saeculi ad Crucifixi amorem traduceret. Ille igitur, mortificationem Iesu semper in

suo corpore circumferens, cum admirabile ubique et *mundi* taedium et studium Crucis excitasset, divinitus rationem iniit quemadmodum multitudini instituti sui percupidae satisfaceret simulque eam intra communis vitae fines contineret. Ita Tertius hic Ordo conditus est; qui quidem mirifice salutaris tum Ecclesiae tum Civitati tamdiu fuit, quamdiu nativam illam paenitentiae formam religiose retinuit. Quare non est dubium, quin similes semper fructus sit laturus, si eam ipsam formam simili modo in posterum retineat.

Iam vero, ad utramque assequendam rem quam diximus, egregie comparatae sunt leges huius Ordinis; quibus propterea sancta esse Tertiariorum obtemperatio debet.-Ante omnia, de sodalibus cooptandis cavetur ut sincerae sint fidei spectatique erga Ecclesiam Romanam Sedemque apostolicam obsequii, ad exemplum Francisci Patris, cuius fidem Nicolaus IV decessor Noster, in Constitutione *Supra montem,* amplissimis laudibus. honestavit. Et ne ea in periculo sit virtus, praecipitur, a legendis libris diariisque perniciosis se abstineant; quae vero scripta religionem tuentur, ea non modo lectitent, sed spargenda in vulgus disseminandaque curent; ad haec, quantum fieri poterit, Sacris in parochiali suo quisque templo adsint et curionibus operam navent in adulescentulis rudioribusque hominibus ad christianam doctrinam instituendis. Mores deinde suos ita componere debent, ut absolutissimam christianae vitae rationem sequi videantur. Ergo studeant, delicato cultu, comissationibus, scenicis ludis procacioribus abdicatis, tum frequenter se paenitentia expiari et ad divinum Epulum accedere, tum familiae ac civibus exemplo esse, tum etiam a vitiis ad frugem bonam errantes revocare. Sed illud in primis Tertiarios meminisse oportet, hoc se nomine minus fore dignos, nisi caritate in Deum proximosque inflammentur, et, qua seraphicus Patriarcha mirum in modum virtute praestitit, eamdem, velut Ordinis sui insigne, prae se ferant, Quoniam vero *probatio dilectionis exhibitio est operis,* hac adstringuntur lege ut benevolentiam omnem sodalibus alienisque praestent, componendasque discordias sedulo curent; aegrotos invisant; tenuiores, collata stipe, sublevent; omnia denique opera, quae *misericordiae* vocantur, peragere studeant.

Cum autem penes religiosos Primi Ordinis sit Ordinis Tertii gubernatio, ii sodalitatum praesides seu Visitatores eligantur qui sint in coenobii solitudine sancte versati, et Auctorem suum ita imitentur, ut virtutibus, quibus ipse praeluxit, possint Tertiarios sodales imbuere. Verum in hac tanta acerbitate temporum, cum perpetuo metuendum est ne quid Ordini priori calamitatis impendeat, si Ordinem Tertium volumus consistere incolumem, nihil videtur opportunius quam ut sodalitates

eiusmodi non modo apud Primi Ordinis coenobia, sed apud alia etiam templa, parochialia praesertim, constituantur, earum moderatione, de episcoporum consilio, curionibus ipsis commissa, nisi aliud locorum ratio suadeat, salvo semper iure et officio praelatorum Ordinis Primi; quod profecto Tertii Ordinis naturae non adversatur, quin immo eidem aptum omnino est et consentaneum. Eo ipso enim validiori auxilio curionibus in procuranda hominum salute sodales fore, nemo non videt.

Itaque ex his quae dicta sunt, perspicuum arbitramur, Tertii Ordinis institutum in hoc consistere ut sodales evangelicae perfectionis praecepta in cotidianum usum ipsi deducant, et christianae vitae exemplar ceteris ad imitandum proponant. Consequens est, ut Tertiariorum sodalicia, qua talia, se civilibus aut mere oeconomicis rationibus immiscere omnino non debeant; si faciant, rem ab instituto suo quam maxime alienam et voluntati Nostrae contrariam se facere sciant. Verumtamen Tertiarii de re christiana merebuntur optime, si singuli, dato catholicis societatibus nomine, persequi id quod quaeque sibi habet peculiare propositum, contendant; nec vero prohibentur quin in actione etiam sociali, qualis huic apostolicae Sedi probatur, élaborent: at cavendum, ne Ordo ipse Tertius in earum societatum regiones invadat, neve finem earundem proprium, faciat suum. Si quis autem e Tertiariis, cum pietatis tum beneficentiae causa, aliam quamlibet condat novam societatem, hanc volumus episcopo plene subesse, et ab eo gubernari quem episcopus probaverit, etiamsi Ordinis Tertii praesides aliquo pacto condendae societatis auctores fuerint.

Ad sodaliciorum conventus quod spectat, certos iis constituere fines oportet, quos, dilecti filii, praeterire quemquam ne patiamini. Itaque haec capita sancte custodiantur:

I. Religiosi dumtaxat ex Ordine Primo coetus seu conventus sodalium Ordinis Tertii cogant iisdemque praesideant; si sodales a *districtu* coeant, coenobii custos seu *Guardianus;* si e provincia, provincialis Minister; si e pluribus provinciis, Ordinis Minister generalis. Qui iure praesint, eorum est de rebus in disputationem deducendis libellos conficere, diribere; nemini autem de aliqua re dicendi ius esto, nisi rogationem praesidi ante subiecerit, ab eoque copiam fandi impetraverit.

II. Disceptare cuivis ne liceat, nisi de iis quae Ordinis Tertii naturae, proposito legibusque ac datis per Romanos Pontifices de hac eadem re praescriptionibus congruant; quaestiones vero de re mere oeconomica et sociali in posterum submoveantur.

III. Cum Franciscalis Ordo id habeat veluti proprium ac singulare ut Iesu Christi Vicario arctissime adhaereat, Tertiarii suae in Romanum

Pontificem ac secundo in Ordinis generales Ministros studiosae observantiae significationem, coetum ineuntes, solemniter edere ne omittant.

IV. Coetuum seu conventuum acta, nisi de Ministri generalis Ordinis consensu, ne vulgentur. Sicubi vero tres Franciscalis Ordinis Ministri generales conventui intersint, huic simul praesideant, quippe sunt dignitate et potestate pares; actaque ne edantur, ante quam communis eorumdem adprobatio accesserit.

Haec, pro benevolentia qua Ordinem Tertium complectimur, ediximus; futurum vero confidimus, ut Tertiarii omnes, quotquot curae vestrae sunt per orbem catholicum commissi, seraphici Patris vestigia persequi summopere nitantur. Quod ut secundum vota succédât, vobis, dilecti filii, et Franciscalium Ordini universo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII mensis septembris, in festo Mariae sanctissimae nascentis, anno MCMXII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

I.

DECRETUM

QUO PROHIBENTUR LIBER ET INSCRIPTIO QUAEDAM.

Feria IV, die 28 augusti 1912.

In generali Consessu habito in aedibus sancti Officii eminentissimi ac reverendissimi DD. Cardinales Inquisitores generales damnarunt ac proscripserunt, et in Indicem librorum prohibitorum referri mandarunt opus cui titulus: *Cenni biografici della Serva di Dio Paola Mandatori-Sacchetti per Valeriano Abb. Ferracci parroco in Vallecorsa, Roma, Tipografia Sociale Polizzi e Valentini, 1905.* Insuper vero reprobarunt ac proscripserunt inscriptionem: *Un portrait merveilleux,* appositam imagini Ss. Cordis Iesu, editae a Petro Brion (26, Rue Auguste Mérillon, Bordeaux) ; eamque ita prohibuere ut nulli liceat ipsam imaginem in posterum imprimere aut edere, nisi ex ea penitus deleatur quaevis mentio assertae portentosae originis.

Et insequenti feria V, die 29 eiusdem mensis et anni, sanctissimus D. N. D. Pius divina Providentia Papa X, in audientia R. P. D. Ad* sessori sancti Officii impertita decretum eminentissimorum ac reverendissimorum Patrum adprobavit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus sancti Officii, die 7 septembris 1912.

L. © S.

ALOISIUS CASTELLANO, S. R. et U. T. *Notarius.*

IL

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

SUMMARIUM INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM A SUMMIS PONTIFICIBUS VENERABILI ARCHICONFRATERNITATI DOCTRINAE CHRISTIANAE, IN ECCLESIA S. MARIAE DE PLANCTU URBIS CANONICE ERECTAE, CONCESSARUM.

A. - *Indulgentiae.*

I. *Indulgentiae plenariae.* - 1. Universis christifidelibus, confessis ac sacra Communione refectis, die ingressus in Confraternitatem ; 2. Omnibus et singulis Confratribus, confessis ac sacra Synaxi refectis die festo principali Confraternitatis; 3. Iisdem Confratribus item confessis ac sacra Communione refectis sequentibus diebus festis : Paschae Resurrectionis, Nativitatis Domini, Pentecostes, Epiphaniae, Ascensionis, Circumcisionis, Corporis Christi, Assumptionis et Conceptionis B. M. V., S. Mariae de Planctu (tit. eccles. Archiconfr.), S. Ioseph, Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, S. Caroli Borromaei, S. Iosephi Calasanctii; 4 Iisdem Confratribus, in articulo mortis, si confessi ac sacra Communione refecti, vel saltem contriti, sanctissimum Iesu Nomen, ore si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini susceperint.

II. *Indulgentiae Stationum Urbis,* sub suetis conditionibus a Confratribus lucrandae, si diebus in Missali Romano notatis, christianam cathechesim docuerint, vel dum alii docent rei rite peragendae invigilaverint. Has indulgentias consequi etiam poterunt universi fideles qui christianae cathechesis explanationi adstiterint.

III. *Indulgentiae partiales in favorem Sodalium.* - 1. Decem annorum, si de civitate exeant ut in villis et agris christianam doceant cathechesim; 2. Septem annorum totidemque quadragenarum, si, confessi, sacram Synaxim susceperint die et loco in quo Confraternitas constituitur; item, semel in mense, si, confessi, sacra Communione reficiantur ; 3. Se-

ptem annorum, si sacerdotali charactere insigniti, concionem aliquam seu instructionem religiosam in quadam ecclesia vel oratorio Confraternitatis habuerint; item, si civitatem percurrant, viros, mulieres et pueros ad religiosam instructionem ducturi ; item si sanctissimum Sacramentum ad aegrotos delatum comitati fuerint; 4. Trium annorum, si ad coemeterium defunctos Sodales consocientur, vel funeri in eorum suffragium explendo adstiterint, pro eorum anima devote orantes; 5. Ducentorum dierum, si pie curent ut pueri, famuli aliique sacrae intersint cathechesi; item, si visitent aegrotos Consociatos; item, si officiis aut conventibus Confraternitatis seu processionibus ab eadem de consensu Ordinarii institutis interfuerint; 6. Centum dierum, si publice vel privatim christianam tradant cathechesim diebus ferialibus.

Praedictae omnes Indulgentiae, una excepta in mortis articulo lucranda, defunctorum quoque animabus applicari valent.

B. - *Privilegia.*

1. Omnes sacerdotes Sodalitati adscripti quater in hebdomada altaris privilegio frui possunt in favorem animae cuiuscumque fidelis.

% Missae omnes, quae pro anima alicuius Sodalis defuncti a quocumque sacerdote, ad quodlibet altare celebrantur, ita illi animae suffragari possunt ac si ad altare privilegiatum celebratae fuissent.

(Ex audientia Sanctissimi, die 6 iunii 1912).

Sanctissimus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. X benigne approbare dignatus est supra relatum summarium, simulque mandavit, tantummodo Indulgentiis et Privilegiis ibi inscriptis in posterum memoratam Archiconfraternitatem frui posse. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. ***rB*** S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DE PROFESSIONE RELIGIOSA IN MORTIS PERICULO PERMITTENDA.

Spirituali consolationi Novitiarum sancti Dominici volens consulere, et ne caelesti religiosae professionis merito ipsae careant, quo professae moniales ex benignitate sanctae Sedis gaudent, S. Pius V, Constitutione *Summi Sacerdotii* data die 23 augusti 1570, concessit et indulsit ut quoties aliqua ex iisdem Novitiis nondum professa, de alicuius medici iudicio, ab hoc saeculo transitura conspiceretur, ipsa, dummodo in aetate legitima esset constituta, valeret in mortis articulo regularem professionem ante finem novitiatus emittere; atque adeo Novitiae sic accedentes consequi possent indulgentias et alias gratias, quas moniales vere professae consequebantur. Nec non iisdem monialibus novitiis tunc ita professis decedentibus plenariam peccatorum suorum indulgentiam et remissionem in forma Iubilaei largiri dignatus est.

Huiusmodi favor, vi communicationis privilegiorum, fuit extensus ad omnes moniales et religiosos viros qui cum Dominicana familia in privilegiis communicant. Simile deinde privilegium alia religiosa Instituta a Romano Pontifice peculiariter obtinuerunt, vel in eorum Constitutionibus a S. Sede approbatis dispositio inducta est qua liceret ante expletum novitiatum professionem recipere Novitiorum qui in mortis periculo versarentur. Quin immo nec desunt Superiores religiosi, qui putantes se quoslibet bonorum spiritualium sui Instituti participes efficere posse Novitios periculose decumbentes, hos ad professionem etiam perpetuam admittunt.

Quapropter sanctissimus Dominus noster Pius PP. X, in audientia concessa infrascripto Cardinali Praefecto die 3 septembris 1912, ut in re tam gravi omnes dubitationes submoveantur, ac cupiens pro animarum bono hoc privilegium extendere, haec statuere dignatus est:

In quocumque Ordine, vel quavis Congregatione aut Societate religiosa, vel monasterio sive virorum sive mulierum, vel etiam in Institutis in quibus, quamvis vota non emittantur, in communi tamen vita agitur, more Religiosorum, liceat exinde Novitios, seu Probandos, qui medici iudicio graviter aegrotent, adeo ut in mortis articulo constituti existi-

mentur, ad professionem vel consecrationem aut promissionem iuxta proprias Regulas seu Constitutiones admittere, quamvis tempus novitiatus vel probationis nondum expleverint.

Attamen, ut novitii seu probandi ad supradictam professionem aut consecrationem aut promissionem admitti queant, oportet:

1. Ut novitiatum seu probationem canonice inceperint.

2. Superior, qui Novitium seu Probandum ad professionem vel consecrationem aut promissionem admittit, sit ille qui monasterium vel novitiatus aut probandatus domum actu regat.

3. Formula professionis vel consecrationis aut promissionis sit eadem quae in Instituto extra casum aegritudinis in usu est; et vota, si nuncupentur, sine temporis determinatione aut perpetuitate pronuntientur.

4. Qui huiusmodi professionem, consecrationem vel promissionem emiserit, particeps erit omnium omnino indulgentiarum, suffragiorum et gratiarum, quae Religiosi vere professi in eodem Instituto decedentes consequuntur; eidem autem plenaria peccatorum suorum indulgentia et remissio in forma Iubilaei misericorditer in Domino conceditur.

5. Haec professio vel consecratio aut promissio, praeter gratias in praecedenti articulo enuntiatas, nullum omnino alium producit effectum. Proinde :

A) si Novitius seu Probandus post huiusmodi professionem vel consecrationem aut promissionem intestatus decedat, Institutum nulla bona vel iura ad ipsum pertinentia sibi vindicare poterit;

B) si convalescat antequam tempus novitiatus seu probandatus exspiret, in eadem omnino conditione versetur ac si nullam professionem emisisset; ideoque: *a)* libere, si velit, ad saeculum redire poterit; et *b)* Superiores illum dimittere valent; c) totum novitiatus seu probandatus tempus in singulis Institutis definitum, licet si ultra annum, explere debet; *d)* hoc tempore expleto, si perseveret, nova professio seu consecratio vel promissio erit emittenda.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 10 septembris 1912.

I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. £g S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

COLONIEN, SEU MONASTERIEN.

SUSPENSIONIS ET IURISDICTIONIS.

Pio PP. X féliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno nono, die 31 maii 1912, BR. PP. DD. Michael Lega, Decanus, Ponens, *Guilelmus Sebastianelli et Seraphinus Many, Auditores de turno, in causa appellationis* « Colonien. Monasterien. - Suspensionis et iurisdictionis », *inter* Officialatum Colonien, *appellantem, et sacerdotem* Iosephum Schmelcher *appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem* Hectorem De Angelis *advocatum, interveniente ac disceptante in causa Promotore iustitiae, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Sacerdos iosephus Schmelcher parochiam loci Tenhoven, archidioecesis Colonien., die 26 martii 1903 obtinuit, at ne unum quidem annum administravit, quia in ea boni pastoris partes explere coepit, sed evitare non valuit scopulum quem aliis in muneribus obeundis offenderai; nempe, discordias excitavit cum administratoribus fabricae ecclesiae, hos accusans penes curiam archiepiscopalem non bene gestae administrationis. Archiepiscopus sollicite curavit pacem instaurare parochum inter et fabricae administratores; ast cum hoc perficere non valuerit, persuasit parocho ut pro bono pacis se parochiali beneficio abdicaret: quod per renunciationem hic perfecit, die 16 decembris 1903.

Aegro animo id fecisse sacerdos Schmelcher patet ex recursibus ter datis ad S. C. EE. et RR., quibus expetebat se indemnem fieri per alterius beneficii collationem, et interim sibi attribui titulum parochi *emeriti* ad propulsandam quamcumque culpae seu delicti suspicionem forte in populo exortam ob dimissam parochiam Tenhoven. S. Congregatio, die 9 iulii 1905, hoc dedit responsum: « Recursus reponatur, et « ad mentem: mens est quod Emus Archiepiscopus curet providere « alio modo sustentationi sacerdotis Schmelcher, eumdemque, si ita in « Domino expedire iudicaverit, tituli parochi emeriti in folio ecclesiastico « decorare ».

Accidit malo fato quod Sacerdotis procurator, tunc Romae constitutus apud eamdem S. Congr., de edito rescripto hisce terminis nuncium daret suo clienti: « S. Congr., audito voto Consultoris, decrevit quod te

« Archiepiscopus novo beneficio provideat et nomen tuum inter paro-« chos eméritos in foliis officialibus inserat ». Sacerdos Schmelcher cum sibi persuasum esset textum decreti reapse ita. se habere prouti advocatus retulerat, triumphum agere coepit, victoriae laetum nuncium participans quibusdam amicis, et inter alios, per epistolam datam, Ioanni Köllen. Haec epistola legi potuit a quibusdam, qui rem commentati sunt in parochia Tenhoven., ita excitantes aemulationem inimicorum Sacerdotis, et in primis administratorum fabricae. Victoria enim quam decantabat Schmelcher, de ipsis administratoribus et de curia archiepiscopali reportata fuisse videbatur. Et, quia fama crescit eundo, facile attributa sunt sacerdoti dicta.et gloriationes in curiam iniuriosae, forsan a sacerdote numquam prolatae.

Inde secutum est ut curia ob *vulgatas calumniosas assertiones* instituent adversum hunc sacerdotem inquisitionem, denunciatam per litteras diei 25 novembris 1905: eidem vero, die 14 februarii insequentis anni, expedita est citatio ad comparendum coram dno Vögt, iudice instructore.

Ratio autem agendi sacerdotis Schmelcher haec fuit. Postquam hic rescivit inquisitionem adversus se confici, iterato litteras dedit, antequam in ius vocaretur, quibus recusabat iudices offieialatus Coloniensis, quippe qui cognoscere debebant « de dictis quae contra Ordinarium et « quorumdam Superiorum *personas* dirigi afíirmabantur... hae personae, « vel procuratoris fiscalis, vel iudicis officiis fungebantur ». Hac opposita exceptione ob iudicum suspicionem, nimirum exceptione fori declinatoria, ratus est sacerdos Schmelcher se non teneri respondere citationibus, imo has sibi spernendas esse; ne, respondens, videretur renunciasse exceptioni oppositae.

Ex adverso, curia illegitimam et omni destitutam fundamento aestimavit exceptionem ab inquisito factam, ulterius processit et, exceptis nonnullis testibus, Promotor fiscalis, die 7 maii 1906, denunciavit inquisito libellum accusatorium, quo dictus sacerdos in ius rapiebatur:

I°) ob iniurias in Archiepiscopum eiusque curiam prolatas, itemque in parochum Stoffels, eius in Tenhoven successorem;

2°) ob denegatam debitam obedientiam suo Superiori in quem alios quoque esse inobedientes induxit: videlicet, dnum Köllen frustra citatum ut responderet curiae inquirenti;

3°) propter pacem in parochia Tenhoven deturbatam.

Neque huic libello paruit accusatus; quare perentorie, die 13 iulii, citatus est. Ast neque perentorio edicto respondit sacerdos: quare, die 22 iunii 1906, prodiit sententia incidentalis, qua reiecta est exceptio fori declinatoria et firmatur iudicis competentia.

Ab hac sententia appellationem non interposuit Schmelcher. Quamobrem curia forsan censuit cuicumque instantiae et iudicio renunciasse Schmelcher, qui, e contra, suam pandens intentionem rem ulterius deducendi, mense octobri 1906, iterum apud curiam exceptionem movit suspicionis adversus Promotorem fiscalem et revmum Vicarium generalem.

s Curia, ut rem absolveret, die 29 illius mensis, sententiam dedit qua et sacerdotem Schmelcher declaravit *contumacem*, et exceptionem suspicionis reiecit.

Adversus hanc sententiam appellavit accusatus, sed appellationem admitti non posse decrevit curia, quia contumaci appellare non fas est: et ad ulteriora procedens, sententiam protulit definitivam die 5 decembris 1906, qua edixit constare de accusationum capitibus a Promotore fiscali propositis, et exinde accusatus damnatus fuit *suspensione ab ordine per mensem, et iussus est interim, seu per mensem, in monasterio ab Archiepiscopo approbando, degere.*

Hanc Schmelcher accusavit nullitate sententiam, dato libello die id decembris eiusdem anni, episcopo Monasterien., iudici a S. Sede delegato pro secunda instantia.

Curia vero Monasterien. nullum haberi vitium substantiale in sententia Colonien, recognovit et edixit ; ipsam vero condemnationis poenam perpendens, correxit et mitigavit, decernens:

« I°) ut sacerdos Schmelcher ab Archiepiscopo petat ut sibi ignoscat inobedientiam et irreverentiam contra ipsum et curiam commissam, ipsique, tamquam Ordinario suo, de novo obedientiam et reverentiam promittat;

« 2°) ut per tempus 5 dierum exercitiis spiritualibus vacet, infra huius temporis spatium a Missa celebranda abstineat, et de exercitiis peractis Superioribus ecclesiasticis testimonium fide dignum exhibeat;

« 3°) si vero ea quae in nn. I° et 2° statuta sunt, infra triginta dies post adeptam notitiam huius sententiae non adimpleverit, ipso facto ab Ordine suspendatur, usque dum ipsi commissa expleverit ».

Curiae Colonien, valde displicuit haec sententia, quam reformandam esse ab ipsa curia Monasterien. contendit, quippe quae iudicaverat ultra petita, seu super *merito*, quum sacerdos Schmelcher tantum de nullitate sententiae conquestus esset; hic sacerdos autem audiendus non erat utpote contumax, et contumaci non licet appellare et multo minus recursus dare ad iudicem secundae instantiae.

Quia has querelas curia Colonien, movit etiam apud S. Sedem, Ssmus quaestionem commisit huic sacro Ordini cognoscendam et defi-

niendam. Et de hac iam prodiit sententia rotalis die 23 maii 1910. Hac enim proposita rogandi formula: « An constet de illegitimitate reforma-« tionis sententiae Colonien, inductae per sententiam revmae curiae « Monasterien. latam die 1 mensis maii 1908, ita ut sententia Colonien. « possit executioni demandari, in casu? » rescriptum fuit: « Negative ». Quare probata fuit ratio agendi curiae Monasterien., cui recognita est potestas interloquendi etiam *quoad meritum* in causa promota a sacerdote Schmelcher, quamvis hic contumax fuerit declaratus a curia Colonien, (quae illi ita interdicebat appellationem apud curiam Monasterien.), idemque recurrens tantum apud hanc curiam conquestus fuerit de nullitate sententiae Colonien.

Sententia rotalis autem sibi proposuit cognoscere de sententia Monasterien. impetita a curia Colonien., quatenus haec adiudicabat iudici appellationis potestatem, seu competentiam, in causa in qua appellans extiterat contumax, et praeterea reprobabat rationem agendi iudicis qui, expetitus ut declararet sententiae nullitatem, nedum de" nullitate vel minus sententiae iudicabat, sed, meritum ingressus quaestionis, corrigebat ipsam sententiam in sua condemnatione. - Iudices rotales legitimam recognoverunt rationem agendi iudicis Monasterien. qui sibi arrogavit potestatem cognoscendi de sententia Colonien, etiam *in merito;* sed noluerunt iudicare in merito, an nempe poena applicanda esset sacerdoti Schmelcher, et in quanam mensura haec poena decernenda esset, et utrum probanda esset in hoc puncto magis sententia Colonien, quam Monasterien.

Quod hodie nos perficiemus, quia ipso beatissimo Patre committente, cognoscendum est etiam *de merito* sententiae tum Colonien., tum Monasterien. Siquidem H. S. O. ex commissione Ssmi cognovit de quaestione praeiudiciali quam definivit die 24 martii 1910 sententia rotalis; et dubitatum fuit an ex facultate commissa potestas competeret S. Rotae videndi etiam de merito: quare res delata fuit iterum Ssmo qui, die 4 aprilis 1911, annuit « ut dummodo non obstet exceptio rei iudicatae, « etiam in merito res definiri posset ». Obstaret autem exceptio rei iudicatae, si constaret ius sacerdoti Schmelcher non fuisse appellandi adversus sententiam Colonien., utpote contumaci, et hinc sententiam Colonien, transiisse in rem iudicatam.

Quamobrem duplex quaestio hodie enodanda, duplici proponitur rogandi formula: I° *An sententia rotalis diei 23 martii 1910 sit confirmanda, in casu?* 2° *An constet de legitima condemnatione sacerdotis Schmelcher in certam poenam, in casu?*

Sententiam rotalem quae est examinanda, appellavit Promotor iustitiae, cui visum est non posse acquiescere sententiae quae impetebat ipsum conceptum contumaciae et exinde subvertebat, nedum disciplinam iudiciorum, sed ipsam disciplinam ecclesiasticam.

Iamvero, ad rem haec *in facto* esse animadvertenda censuerunt Domini:

I°) Sacerdos Schmelcher die 19 nov. 1905 dedit Emo Archiepiscopo litteras quibus expetebat sibi concedi titulum *parochi emeriti,* quem sibi ab officialatu iniuste denegari asserebat, unaque simul expetebat sibi communicari exemplar authenticae decisionis, datae a S. C. EE. et RR. Hae litterae visae sunt et ipsi Archiepiscopo et officialatui magnopere iniuriosae; quare, die 25 novembris, denunciatum est sacerdoti Schmelcher contra ipsum introduci causam disciplinarem, et dein, uti iam narravi mus, die 14 ian. 1906, ac aliis duobus vicibus, citatus est ad comparendum; ast frustra, quia non comparuit: per litteras vero, datas die 26 ian., seu ante ipsam citationem, et alias quas postea dedit ad Emum Archiepiscopum die 23 febr. 1906, pandebat suam voluntatem non comparendi, quia inquirebatur « de dictis quae contra Ordinarii et « quorumdam Superiorum *personas dirigi affirmabantur...* hae *personae?* « vel procuratoris fiscalis, vel iudicis (v. g. vicarii generalis) officio fun- « gebantur »: unde concludit: « Per se patet quod citationes coram iudice « inquisitore me sistendi iure merito neglexi. Nam, si in iis obtempe- « rassem competentiam aftirmassem, et competentiae negatio tanquam « frivola esset declarata ».

2°) Non obstante oppositione sacerdotis inquisiti, inquisitio ad finem perducta est et, mense maio, datur libellus accusatorius: capita autem accusationis iam supra retulimus. Pro periodo accusatoria explicanda, aliae citationes datae sunt accusato, quas aeque neglexit ipse; at non neglexit dare literas pene quotidianas mensibus maio, iunio et iulio, quibus conabatur probare suam agendi rationem iudicibus, quos uti non competentes declarabat. Ast, hisce exceptionibus non obstantibus, curia Colonien., uti iam narravimus, et se declaravit omnimode competentem sententia diei 22 iunii 1906, et die 29 octobris eiusdem anni accusatum declaravit *contumacem.*

Hisce in facto consideratis, negari non potest sacerdoti accusato integrum plane fuisse excipere adversus iudices exceptione suspicionis, quia uti habet in litteris 26 ian. 1906, nemo iudex esse potest in *causa propria.* Et hanc fuisse mentem sacerdotis apertissime patet, quamvis ipse excipiat ut plurimum contra iudicis incompetentiam, et hinc ali-

quam forsan ingesserit confusionem: nam debuisset, explicitis verbis, proponere suam intentionem excipiendi ob suspicionem ad effectus iuris, nempe, ut suspenderetur iudicium donec de suspicione cognitum et iudicatum non fuisset. Sane effectus obiectae suspicionis est ut iudices debeant in primis huic quaestioni praeiudiciali respondere; quare per se non agitur de incompetentia, sed de suspicione, quae nonnisi per consequens secumfert incompetentiam, habita ratione personae iudicem recusantis. Maximum vero in ordine iudiciali intercedit discrimen inter unam et alteram exceptionem; nam iudex de obiecta incompetentia ipse cognoscit, non vero de suspicione. Sane in c. 41, § I, *de appellat,* ponitur regula: « Ipsa namque ratio dictat quod suspecti et inimici, iudices esse « non possunt ». Quare in sequenti c. 61, *de appellat.,* statuitur quomodo expedienda est quaestio de suspicione, videlicet in hunc modum: « Statuimus ut, si allegaverit se iudicem habere suspectum, coram eodem « causam iustae suspicionis assignet, et ipse cum adversario, vel (si forte « adversarium non habeat) cum iudice arbitros communiter eligat, aut « si convenire non possunt, absque malitia ipse unum et ille alium eligat « qui de suspicionis causa cognoscat, et, si nequiverint in unam concordare sententiam, advocent tertium, ut quod duo ex ipsis decreverint, « robur obtineat firmitatis... causa vero suspicionis legitima... non pro« bata, sua *iurisdictione iudex utatur.* At, ipsa probata legitima, de recu« satoris assensu, personae idoneae committat negotium recusatus...». Notandum est, esse effectum exceptae suspicionis, iudicem interim *sua iurisdictione non uti.* Quare, non est absolute incompetens, sed impeditus in exercitio suae iurisdictionis ; et Doctores quaerunt an acta posita a iudice suspecto seu taliter impedito a iudicando, sint *nulla* ipso iure, vel potius *rescindenda* ad instantiam partis: et Doctores non conveniunt, ut videre est apud Reiff., *de appellat.,* n. 327, et Schmalzgr., h. t. n. 144. Certe probabilior est sententia, acta esse de se nulla, quia « ipsa ratio «dictat, suspectes et, inimicos, iudices esse non posse ». Et ex hoc quod exceptio suspicionis suspendit iurisdictionem iudicis donec causa suspicionis legitimo modo cognita fuerit, convenit recusatio iudicis cum appellatione; quare in Decretalibus titulus inscriptus est *De appellationibus, recusationibus et relationibus.* Iure vetere Romanorum recusatio iudicis suspecti dicebatur *duratio* iudicis, quae olim solemnibus verbis publice fiebat, uti narrat Cicero *De oratore,* 1. II, n. 70. Equidem, pro legitima iurium tuitione non minus conducit institutum appellationis, quam facultas civibus concessa recusandi iudices suspectos. A iudice enim suspecto, etsi iustitia vindicetur, tamen eius sententia non acquirit eam auctoritatem qua pollere debent iudicum decreta (Devoti, tit. *De appellat.,*

n. XXIV). Recusatio autem est exceptio declinatoria fori, non secus ác exceptio de incompetentia; sed variant in hoc potissimum quod iudex videt de sua incompetentia, uti habet lex 5, ff. *de iudic.* « Praetoris est « enim aestimare an sua sit iurisdictio ». Sed videre non potest de causis recusationis, quia videretur esse iudex in causa propria. Siquidem causae recusationis sunt facta quae attingunt ipsam *personam* iudicis ; dum competentia vel eius incompetentia respicit eius *publicam potestatem.* Proinde, opposita exceptione incompetentiae, tamen excipiens adire débet iudicem, uti iubet citata lex 5, ff. *De iud.* Ex adverso, qui recusat iudicem antequam citetur, eximitur ab onere comparendi et uti perpendit decis. 152, n. 8, part. XI, *Recent.:* « A recusatione iudicis cen- « setur recessum per comparitionem deinde coram eo simpliciter factam ». Item, in decis. 7, n. 5, part. VII. Iurisprudentia autem nostri S. O. constanter non dubitavit firmare regulam, nempe iudicem recusatum impediri quominus ad ulteriora procedere possit: et si procedat, actus nullitate inficiantur. Sane, in decis. 165, n. 3, part. VI, et decis. 222, n. 3, part. VII, statuitur regula quod « iudici legitime recusato remanet « suspensa iurisdictio ; quare, recusatione pendente, supersedere debet « in causa »; decis. cit. 165, n. 4: « alligatio enim suspicionis ligat manus « iudicis ita ut non possit ad ulteriora procedere, nisi prius fuerit cogni- « tum super causis recusationis » Decis. 52, n. 8, part. XI, et decis. 3, n. 1, part. IV, t. I, *Recent.* Effectus autem recusationis sunt adeo efficaces, et peremptorii, üt Benedictus XIV voluerit hos moderari et cohibere in causis celerem expeditionem et executionem exquirentibus : quod fecit pro Curia Romana, Constitutione « *Romanae Curiae* ».

Modus proponendi recusationem non exigit certam formam, et praxis et doctrina iurisconsultorum tenent, hanc proponendam esse in scriptis, ante ipsam litem contestatam, nempe ut pateat recusantis voluntas evitandi iudicium certi iudicis sibi infensi; ita Reiff, cum communi, 1. c, n. 325.

In casu nostro, sacerdos Schmelcher satis hanc suam intentionem manifestavit, adductis causis factae exceptionis, nempe quia agebatur de iniuriis directis in personas quae de iis iudicare debuissent.

Sed obiectum est, accusatum fuisse primitus in ius vocatum non apud Vicarium generalem aut ipsum Ordinarium, sed apud quemdam iudicem instructorem, nullimode suspectum accusato, eumdemque proinde non recusandum. Sed ex praefatis regulis sequitur sacerdotem Schmelcher per oppositam recusationem, factam ante ipsam iudicis inquisitoris constitutionem, iam impediisse omnem tribunalis iurisdictionem, hinc iudicis, sive singularis, sive collegialis, manus alligasse,

iri neque per se neque per alium ad ulteriora procedere posset. Ceterum, si fas non erat iudici recusato, uti suspecto, ad ulteriora acta devenire, multo minus ipse poterat alteri committere ut acta instruerentur. Exceptione autem suspicionis recusabatur curia Colonien.; et haec difficile distinguitur in themate ab officialatu, seu a tribunali collegiali in quo votum dat vicarius generalis, et ab hoc tribunali editae sunt sententiae, sive incidentales, sive ipsa definitiva, adversus accusatum. Quocirca nullimode relevat responsio data post iudicium absolutum ab Emo Ordinario Colonien., nempe ipsum directe constituisse iudicem instructorem; nam exceptio suspicionis facta est ante ipsam citationem ad comparendum apud iudicem instructorem, et exceptio directa est contra ipsam curiam: dum autem pendet suspicionis exceptio, frustra ponuntur acta ordinata ad iudicium quod impugnatur. Ceterum officialatus, cuius est tractare res iudiciales, uti refert Emus Archiepiscopus in litteris diei 12 decembr. 1910, constat ex praeside et quatuor iudicibus, inter quos est etiam vicarius generalis, et maioritas votorum habetur, si cum praeside duo iudices concurrunt; quare habetur verum tribunal collegiale.

Nullimode proinde negari potest sacerdotem inquisitum suo fuisse usum iure, opponendo recusationis exceptionem. Neque haec aperte frivola et frustratoria dici potest; siquidem accusationis actus tribuebat accusato delictum iniuriarum adversus Ordinarium, et in primis, adversus Vicarium generalem. Hic vero, cum unus esset ex iudicibus tribunalis constituti in hac causa, non immerito traducebatur uti iudex in causa propria. Agebatur enim contra rev. Schmelcher de iniuriis non tantum contra Emum Ordinarium, sed etiam contra curiam archiepiscopalem; et revera hoc delictum iniuriarum etiam contra curiam archiepiscopalem, retentum est in ipsa sententia Colonien, uti probatum. Porro, officialatus est pars huius curiae, et ideo etiam ipse incompetens denunciabatur, et uti suspectus recusabatur ex eodem principio, quod, nempe, nemo in propria causa iudex esse potest: quae principii applicatio frivola dici nequit; eo vel magis quod plures ac gravissimi Auctores docent, recusato uti suspecto episcopo, etiam eius vicarium generalem eodem titulo et eo ipso recusari posse: quia, nimirum, cum vicarius in omnibus ab episcopo pendeat, unumque cum eo efficiat tribunal, suspicio in episcopum iure redundat in ipsum vicarium generalem (Leuren., *Vicar. episcop.*, q. 70; Bouix, *De iudic*, p. II, sect. I, subsect. II, c. 8, q. 5). Porro, de officialatu idem dicendum est quod de vicario generali, quia, nimirum, et ipse in omnibus pendet ab episcopo et unum cum eo tribunal efficit, ita ut ab officialatu fas non sit ad episcopum appellare. Et haec asse-

runtur, non ex aliquo praeiudicio adversus ipsam personam officialis Colonien., qui certe animum habebat alienum a quovis studio partium et probe sciebat ius suum unicuique tribuere absque acceptatione personarum : sed ordo iudicialis ita est iure constitutus ut certa iura competant reo, aut accusato, aut inquisito, et competunt ei in legitimam defensionem, eo consilio ut, si damnetur, conqueri non possit sibi concessam non fuisse debitam facultatem defensionis. Unde caute advigilandum est iudici procedenti adversus reum, etsi pene convictum de gravioribus criminibus, ne ulla reo adimatur legitima defensio: secus accusatus fit legitimus iudicis accusator, impedit iudicii prosequutionem iustitiaeque celerem administrationem, cum scandalo et boni publici detrimento.

Quae animadversio praeoccupat quae obiicit vigilantissimus Promotor iustitiae, timens ne abrumpatur nervus ecclesiasticae disciplinae, si recognoscatur, sacerdotem accusatum legitime iure suo usum esse, -excipiendo adversus curiam, recusando iudices, non comparendo. Nam, reservato iudicio de ratione agendi huius Sacerdotis erga suum Ordinarium cum tractabimus *de merito* causae, nunc perpendentes simplicem ordinem iudicialem, concludere necesse erat ex praemissis, iudicem non caute egisse praetermittendo cognitionem recusationis obiectae ab accusato; quam exceptionem facile poterat dissolvere, vel constitutis arbitris, vel substitutis aliis iudicibus, qui in civitate Colonien, certe non deerant prudentissime et omni exceptione maiores. Forsan Sacerdos, actus suo difficili et inquieto ingenio, non acquievisset legitimis curiae decretis; sed salvus fuisset legitimus procedendi modus, et accusatus suis ipsis manibus se perdidisset. Porro, curiae Colonien, remedia legitima non defuissent continendi in officio dominum Schmelcher, nempe monitiones et praeceptum, praetermissa formali inquisitione et accusatione.

Quamobrem, in eamdem conclusionem descendimus in quam devenit appellata sententia rotalis et hanc confirmamus; sed alia via et faciliori gressu huc venimus; quia non est necessarium ad mitiorem sensum et applicationem detorquere institutum contumaciae in processu canonico, ut a contumaciae effectibus praeservaretur accusatus in casu. Sane, quia « iudici legitime non praecipienti, seu non *competenti,* non paretur im- « pune », opposita autem exceptio recusationis fori declinatoria iudicis intercipiebat iurisdictionem et competentiam, exinde tribui nequit sacerdoti accusato intentio et imputatio contumaciae.

Ceterum, eatenus DD, probare intendunt appellatam sententiam decernentem de contumacia, quatenus in casu non habetur *vera* contumacia et *verus* contumax. Nam, iuxta communem Doctorum sententiam,

asseruit Rota, decis. 293, n. 4, p. IV, *Bec:* « Ubi non est dolus, contu- « macia considerari non potest ». Porro iure canonico, contumacia est quoque delictum, et hoc sine dolo ne intelligi quidem potest; adeo ut si quis erret in iure, legem violans, at non habeat propositum delinquendi seu contemnendi iudicis mandata, deficiente dolo, deest delicti ratio: quod maxime attendi debet quoad effectum appellationis. Iamvero, sacerdos Schmelcher, cum iudices, antequam in ius vocaretur (quamvis non iuridicis verbis, aequipollenti tamen modo) non semel recusant, ipsorum suspendit iurisdictionem ; quocirca, hanc spernens, non *vere,* sed *fide,* contumax habendus est. Si vero quaestio fuisset de simplici incompetentia de qua ipse iudex cognoscere deberet, tunc nullimode excusari posset accusatus: siquidem huiusmodi exceptio nullimode iudicis iurisdictionem suspendit, qui proinde citans legitime praecipit, et si quis non obediat, fit vere contumax.

Neque his omnibus opponatur rev. Schmelcher declaratum fuisse contumacem sententia interlocutoria Coloniensi diei 29 octobris 1906. Nam ab hac sententia appellavit ad curiam Monasterien. tempore utili, uti fert ipsa sententia Monasterien.: porro haec appellatio erat valida, quia contumax quidem prohibetur appellare; sed non ab ipsa sententia declaratoria contumaciae quae nondum transierit in rem iudicatam : tum enim nondum est incursa poena contumaciae. Et licet prohibitum sit appellare a sententia interlocutoria ; non tamen prohibitum est appellare a sententia interlocutoria declarante contumaciam, quia haec infert gravamen irreparabile, scilicet privationem appellationis, uti habet Reiffenstuel, *De sentent, et re iudic,* n. 18. Unde praefata sententia interlocutoria diei 29 octobris 1906, non transierat in rem iudicatam quando curia Coloniensis protulit sententiam definitivam. Ab hac ergo potuit iure appellare rev. Schmelcher: ideoque iudex Monasterien. iuste censuit, Schmelcher appellasse contra ipsam sententiam, etsi illam impetiisset nullitatis tantum querela.

Denique praetermitti non posse, rati sunt Domini, iurisprudentiam nostri S. O. in hoc propositum. Porro Card. De Luca *(De iud.,* disc. X, n. 14) docet: « In Curia (romana) vero, quoties agitur *in civilibus,* auditur « contumax in statu et terminis, refectis expensis factis per alteram « partem, quod etiam de iure communi statutum est ». Heic agitur de contumaci qui petit audiri in eadem instantia in qua ab initio fuit contumax; et regula haec recepta est inter nostras Regulas § 29, n. 3: et haec sane pertinent ad ius commune. Absoluta vero instantia, quoad ius appellandi contumacis ad aliam instantiam, habet idem De Luca, 1. c, n. 15. « Regulariter contumax non dimittitur ad appellandum de iuris

« rigore ; sed de aequitate canonica quae in Curia est recepta, appellat « ubi sit contumax *verus,* infra decem dies, a die latae sententiae, et « ubi *fictus,* a die scientiae numerandos ». Ridulphinus *(Prax. judie,* pars. I, c. 13) idem docens, ait (n. 124): « Verus contumax *regulariter* « non appellat .. hoc tamen multipliciter limitatur... et signanter ut « non habeat locum in Rota nec in Cuiia Romana, nec etiam in Statu « ecclesiastico, in quo, omni prorsus difficultate remota, verus contumax « in non veniendo appellare potest, dummodo appellet infra decem dies ». Et hanc praxim recolit ipse Promotor iustitiae qui citat auctoritatem Schmalzgrueber, *De dol. et eontum.,* n. 56, ubi fit mentio de stylo Rotae Romanae, nempe: « Contrarium tamen observatur de stylo Rotae in « qua ad appellandum permittitur etiam verus contumax ». Et Scaccia *(De appel.,* 1. III, c. 2, quaest. 17), docet: « Sublimita IV ut non procedat « de observantia Rotae, quia secundum eam potest appellare etiam verus « contumax, dummodo appellet infra decem dies a die latae sententiae... «et haec restrictio, seu observantia Rotae, est fundata in aequitate «canonica, secundum quam etiam verus contumax potest appellare... « et ita servatur tam in Curia Romana quam in toto Statu ecclesiastico, « omni prorsus difficultate remota ».

Hanc esse in Rota vetustissimam praxim probatur ex decis. 16 (alias 364) in *Novis, de dol. et eontum.,* quae se refert ad annum 1376-1381 in collectione domini Horborch: stylus autem mansit immutatus, ut probatur ex decis. 728, part. II, *Recent.,* et ex novissima 396 quam citat Schmalzgrueber.

Quomodo autem haec praxis, aequitati canonicae innixa, invaluerit in Curia Romana, patet ex auctoritate Card. De Luca, 1. c, n. 13, qui docet: « Inter contumaciae autem effectus, ille recensetur quos ei audientia « denegatur ... *non tamen* arctatur iudex *ad hanc denegationem,* quoniam « id in eius arbitrio est repositum, atque ex causa potest ei audientiam « concedere ». Et in n. 19 prosequitur: « Cum autem contumacia in « iudicis contemptu consistat, hic non debet reputari contumax qui ex « aliquo iusto - non affectato - impedimento comparere non potest ; « minusque ille qui citanti, tamquam incompetenti, parere non tenetur ». Quae ratio perpendendi contumaciam facilem aperuit viam stylo Curiae Romanae. Habita est enim poena denegatae appellationis in contumaces uti poena *ferendae sententiae;* vel, saltem, si velit haberi uti poena latae sententiae, cui executioni praemittenda erat *declaratio.* Quamobrem, utraque in hypothesi, iudicis est decernere an in casu locus sit poenae applicationi et hoc sensu docet De Luca : « Non tamen arctatur iudex «ad hanc denegationem ». Quia, si cognoscat contumacem aliqua ratione

excusari posse in eoque defecisse animum rebelle m in ecclesiasticam auctoritatem, quam contemnere non intendit sed magis sibi consulere, contumacem ab appellatione repellere non cogitur. Ita argumentatur citata decisio 16 in *Novis:* « Et sic pro hac parte fuit declaratum et « determinatum taliter citatum posse appellare, nisi expresse posset « constare de ipsius scientia et contemptu, qui solus facit quod non « auditur contumax ». Non aliter argumentantur aliae decisiones; ita 15, *de procurator.,* et 22, *de appellat.,* in *Novis,* et 45, *de appellat.,* in *Antiquis.* Quocirca noster stylus nobis permitteret iudicare sacerdotem Schmelcher in *merito,* et si declararemus eumdem contumacem fuisse.

Qui stylus Romanae Curiae certe viam stravit regulis quae moderantur hodiernos Codices hac de re, quos recolit appellata rotalis sententia. Verum, non ex hisce hodiernorum Codicum praescriptionibus desumi potest spiritus et intentio legum Canonicarum, cum ex adverso, Canones Ecclesiae maxime iuverint iurisprudentiam civilem.

Ad *meritum* autem descendentes DD. nullimode probari posse censuerunt agendi rationem sacerdotis Schmelcher, eamdemque poenis compescendam esse. Etenim nostra conclusio hoc tantum asserit, accusatum non fuisse contumacem ad processum iudicialem quod attinet*; sed non exinde eum excusare intendit a culpa quam forsan admittere potuit in ipso exercitio sui iuris. Nam qui appellat a sententia episcopi, si legitimo modo et tempore appellat, suspendere valet, si casus ferat, episcopi sententiam, quousque absoluta sit instantia appellationis. Si vero in libello appellationis iniurias inferat episcopo, cui debitam non habeat reverentiam, de hisce iniuriis iure merito et accusari et puniri debet; quia nemini licet in exercendo suo iure, aliquid asserere vel facere quod alteri inferat iniuriam : et planum est. Hic est casus noster; siquidem litterae datae Emo Archiepiscopo, tum die 19 novembris 1905, tum die 26 ianuarii 1906, sunt plenae iniuriarum. In litteris enim diei 19 novembris asseritur: « Vostra Emza mi ha minacciato senza ragione « e senza diritto la sospensione *ipso facto incurrenda.* Ella ha creduto « di dovermi deporre dal mio ufficio a mezzo inverno, e ancora contro « il diritto e senza la minima ragione ». Quae loquendi ratio, dum detrahit venerationi et subiectioni debitae sacris praesulibus, pandit animum scribentis infecti vitio superbiae, unde ipse in aliis, etsi in eminenti loco constitutis, facile videt culpas et delicta; se autem fere immunem a delicti labe profitetur. Scribit in litteris diei 19: « Io, grazie a « Dio, non ho a farmi alcun rimprovero per tutto l'accaduto in questi « ultimi tre anni, e la mia coscienza è pura, poiché ho compiuto sempre

«il mio dovere nel modo il più fedele, ed ho anche osservata nella giusta «misura la debita obbedienza ». Et in litteris diei 26 concludit: « In « quanto a costume e al dovere di stato, sono perfettamente in regola ». Has litteras in iudicio adhibet actor in suam defensionem et excusationem; unde iniuriae hodie publicae habendae sunt. Neque defuit dolus, seu animus iniuriandi, qui, ceu docet Schmalzgr., *De iniuu et damn. dat.*, n. 2 sq., colligitur ex verbis aut factis unde constituitur iniuria; ista enim si suapte natura iniuriosa sint, animus iniurandi praesumitur.

Inde consecutum est in accusato delictum inobedientiae. Primo enim contra obedientiam superioribus debitam manifeste deliquit in sessione diei 10 decembris 1903, coram vicario generali Colonien., cum omnibus quaestionibus ab isto propositis pertinaciter respondere recusavit, ceu refert testis oculatus sacerdos Kuhling: secundo, item deliquit cum, ter citatus a Iudice instructore ad comparendum, pertinaciter recusavit. Uti supra diximus, si actor excusatur a delicto iuridico proprie dictae contumaciae, equidem non excusatur a delicto inobedientiae; comparere enim debuisset, saltem coram Emo Archiepiscopo, et tunc libere exceptiones suas proponere debuisset, simul hoc modo consulens et iurium suorum tuitioni et officiis obedientiae. Unde pariter non mirum est utramque curiam, Colonien, et Monasterien., hoc inobedientiae delictum in Schmelcher arguisse et poenis animadvertisse.

Item, arguendus est hic sacerdos de modo quo publici iuris fecit praetensum rescriptum suae absolutionis. Uti notavit sententia Colonien., aliqualiter indulgendum est huic sacerdoti, quia pro authentica ei remissa est ab advocato quem hunc temporis sibi Romae constituerat, sententia absolutionis, quae revera alimode se habebat; unde ei parcendum esset, si laetum nuncium tantum partecipasset amicis et cognatis: sed nuncium in scriptis datum est cuidam Köllen eo consilio ut litterae circumferrentur in parochia Tenhoven, et iis terminis conceptae fuerunt ut ipse victor et curia Colonien, vieta diceretur. Hoc probatur sufficienter ex attestatione dominorum Latz .et Van der See: neque desunt adminicula quae plenissime corroborant eiusmodi attestationes, unde evadunt plene fidedignae.

Primum adminiculum habetur in intentione manifestata a sacerdote Schmelcher obtinendi publicam refectionem honoris et indemnitatem quem tantopere ipse laudat et tuetur supra citatis litteris, enixius sibi vindicans dictam refectionem et indemnitatem.

Secundo, testis Lieser qui producitur a procuratore Schmelcher uti testis omnino eidem favorabilis, haec habet: « Per quanto è a mia cono- « scenza, la lettera è stata effettivamente molto divulgata in Tenhoven ».

Tertio, litterae circulares datae a sorore Sacerdotis, satis significant utriusque propositum, nempe rem divulgandi in oppido quo magis fieri posset: « Le sarà noto che mio fratello in Roma ha avuto perfettamente « ragione ». Praesumendum est autem omnimode Sacerdotis sororem has litteras non evulgasse nisi consentiente et ad minus adprobante fratre, cui certe non .defuisset auctoritas has litteras impediendi. At vero nullo pacto fas erat huic sacerdoti per huiusmodi evulgationem sibi comparare vindictam iurium quae sibi fuisse laesa aestimabat: legitima vindicta comparanda erat a legitima auctoritate, dum e contra hanc contemnere et vituperare publice ausus est, et tantummodo post hanc vituperationem recursum habuit ad Emum Archiepiscopum pro repetenda rescripti executione.

Quod tenor litterarum domino Köllen datarum fuerit qualis exhibetur a duobus testibus, patet:

1. ex hisce attestationibus omnimode fidedignis;

2. ex ipso proposito has litteras scribentis;

3. ex litteris Agnetis Schmelcher, quae graves continent iniurias in parochum Stoffels. Haec ratio agendi, uti reprehensione digna est, ita et poena; nam si haec impune facere liceret sacerdotibus, ecclesiastica disciplina careret defensione. Inde sequitur legitime a curia dictum sacerdotem fuisse accusatum de iniuriis inlatis in ipsam personam Emi Archiepiscopi et in eius curiam.

Item constat in actis de iniuriis irrogatis in sacerdotem Stoffels. Nam per litteras dierum 6 et 26 ianuarii 1906, revera gravis iniuria illata est huic sacerdoti, qui praeterea nonnisi per iniuriam et arrogantiam a domino Schmelcher accusatur apud Archiepiscopum et petitur : « II «signor parroco Stoffels... sia costretto dai Superiori ecclesiastici a « chiedermi in iscritto scusa e discolpa del suo procedere a mio riguardo ». Nihilominus adnotatum voluerunt Domini, culpam sacerdotis Schmelcher attenuari ex eo quod vox popularis in paroecia Tenhoven ferebat, parochum Stoffels conatum fuisse, etiam ratione minus honesta, subripere et legere epistolam sacerdotis Schmelcher ad Ioannem Köllen, cum ecce, die 26 decembris 1906 ipsamet ancilla sacerdotis Schmelcher a persona quae fidedigna videbatur de parocho Stoffels hoc idem audivit; quod statim retulit domino suo. Hinc, paucis post diebus, die scilicet 6 ianuarii, praedictam epistolam satis amaram et acerbam Schmelcher scripsit domino Stoffels. Recte igitur dici potest, sacerdotem Schmelcher ita scripsisse ad se defendendum, sed non videtur hic ab omni culpa purgari posse, quia per epistolam datam Ioanni Köllen, et non sine culpa eiusdem

sacerdotis evulgatam, parochus Stoffels provocatus fuit, ita ut et ipse suae defensioni consuleret.

De turbata pace in Tenhoven non constat ex actis, quatenus turbae et graves publicae murmurationes in paroecia excitatae fuerint; sed ex attestationibus Van der See, Bölling, Latz, quae forsan non carent exageratione neque immunes sunt a studio partium, id saltem probatur quod asserit Lieser: « Credo bene che su la gente ordinaria di quel « Comune, la lettera abbia fatto *impressione* », id est, *scandalum* provocaverit, et de hoc respondere debet idem sacerdos Schmelcher.

De suspecta instigatione ut Köllen se redderet contumacem, nulla certa probatio habetur, et hinc de hoc accusationis capite Schmelcher respondere non debet.

Ex his igitur omnibus concludendum rati sunt Domini sententiam Monasterien. esse confirmandam quatenus continet condemnationem. Ex rationibus enim explicatis in sententia rotali appellata, patet valore non destitui suo sententiam Monasterien., quamvis haec nonnisi per errorem dixerit Schmelcher fuisse contumacem: hic enim error non vitiat ipsam sententiam, cum plus sit in veritate quam in opinione.

Quibus omnibus mature perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus propositis dubiis respondentes, nempe:

Ad I. Affirmative, seu: sententiam rotalem esse confirmandam;

Ad II. Constare de legitima condemnatione sacerdotis Schmelcher factam per sententiam Monasterien.; poenas autem esse ita moderandas:

1. Sacerdos Schmelcher in scriptis veniam petat ab Emo Archiepiscopo de sua irreverentia et arrogantia in ipsum Archiepiscopum et eius curiam admissa, necnon de scandalo dato in clero et populo: Emus Archiepiscopus pro suo prudenti arbitrio decernat in Domino an has litteras reddere publici iuris in officiali ephemeride dioecesana expediat.

2. Idem sacerdos per decem dies in pia domo, ab Emo Archiepiscopo determinanda, vacet spiritualibus exercitiis, et interim a celebratione Missae abstineat.

3. Quod si iis quae in nn. 1 et % statuta sunt non obtemperet intra triginta dies ab intimatione ei legitime facta a curia huius sententiae, suspensus maneat ipso facto ab Ordine, usque dum praescriptis obtemperet.

Eundem vero sacerdotem Schmelcher in expensas iudiciales condemnamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris TT. ad quos spectat, ut executioni mandent hanc nostram sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam SS. CC. et praesertim sess. XXV, c. 3,. Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae pro rerum adiunctis magis opportuna et efficacia esse iudicaverint.

Romae, ex sede Tribunalis S. R. R., die 31 maii 1912.

M. Lega, Decanus, *Ponens*-
G. Sebastianeiii.
S. Many.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD PRAECLARUM VIRUM COMITEM MAXIMILIANUM ZARA, PRAESIDEM GENERALEM SOCIETATIS A S. PAULO PRO DIFFUSIONE LIBRORUM CATHOLICORUM, DE EIUSDEM SOCIETATIS BONIS IN CIVITATE FRUCTIBUS.

Pregiatissimo Sig. Conte,

Il resoconto generale dei libri distribuiti dal 1875 al 191-1. dalla *Società di S. Paolo per la diffusione della stampa cattolica,* mostra ad evidenza quanto bene questa ottima istituzione abbia compreso il dovere che incombe ad ogni cattolico, di opporre le buone alle cattive pubblicazioni e con quanto impegno si sia finora adoperata di adempierlo. Di questo resoconto Sua Santità ha preso volentieri conoscenza e ne ha avuto argomento di consolazione, riflettendo al bene che tanti buoni scritti e così largamente diffusi abbiano potuto operare nelle menti e nei cuori dei lettori.

Senonchè la grande prevalenza della cattiva sulla buona stampa, che, specialmente ai nostri giorni, cuore onesto non può non deplorare amaramente; la negligenza, la inerzia dei buoni di fronte alla grande attività, anche in questo campo, disgraziatamente spiegata dai perversi, fanno dolorosamente constatare quanto purtroppo sia vero che *filii tenebrarum prudentiores sunt quam filii lucis* ed oh ! quanto ciò addolora il cuore di Sua Santità e quale triste preoccupazione fa pesare sul di Lui animo!

Cogliendo pertanto questa occasione, l'Augusto Pontefice, nel tempo istesso che mi dava incarico di esprimere a Vostra Signoria ed a tutti i membri di codesta benemerita Società la paterna Sua soddisfazione pel bene che hanno finora operato e per quello che si propongono in avvenire, desiderava altresì che anche per loro mezzo si procurasse di tener ognor più viva nei cattolici la coscienza di questo altissimo dovere e fare a tutti comprendere che chiudere gli occhi dinanzi ad un così grande eccidio di anime, che ogni giorno opera la rea stampa, non è cosa da far stare tranquille dinanzi a Dio quante sono le anime che credono in Lui e che professano di amarlo sinceramente.

Nel parteciparle infine l'apostolica benedizione, che il Santo Padre ha impartito di gran cuore alla Signoria Vostra ed ai membri tutti della Società che Ella regge con così illuminata solerzia, profitto dell'incontro per raffermarmi con sensi di sincera stima

Di Lei

Dal Vaticano, 23 luglio 1912.

aífmo per servirla

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

1 Settembre 1912. — V Emo Signor Cardinale Aristide Rinaldini, *Protettore dell'Istituto delle Suore Mercedarie di Granata.*

2 Settembre. — Il Rmo D. Pietro Pisani, *Sostituto della nuova sezione della sacra Congregazione Concistoriale per la cura spirituale degli emigranti.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

26 Agosto 1912. — Mons. Giuseppe Seywald, Prelato cantore della Metropolitana di Vienna.

28 Agosto. — Mons. Cristiano Stamm, Decano della Cattedr. di Paderborn.

Prelati Domestici di S. S.:

19 Agosto 1912. — Il Rev. D. Giovanni Buonomo, Rettore della R. Basilica nazionale Spagnuola di S. Giacomo a Napoli.

3 Settembre. — Il Rev. D. Bernardo Richter, parroco nella diocesi di S. Clodoaldo (St. U. d'America).

4 Settembre. — Il Rev. Canonico D. Luigi Zumaglini, Cancelliere dell'archidiocesi di Ravenna.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro:

31 Agosto 1912. — Al Sig. Comm. Ludovico de Pastor, Professore di storia nell'Università d'Innsbruck.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 Agosto 1912. — Al Sig. Luigi Dupont, della diocesi di Arras.

— Al Sig. Adriano Butruille, della stessa diocesi.

30 Agosto. — Al Sig. Paolo Hanquet, di Liegi.

2 Settembre. — Al Sig. Armando Speeckaert, Segretario generale della Società di S. Francesco Regis a Bruxelles.

7 Settembre. — Al Sig. Emilio Van Reeth, Borgomastro di Boom, nell'archidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

3 Settembre 1912. — Al Sig. Giuseppe Kalous, Camerlengo della parrocchia di S. Giuseppe in Margarethen (Vienna V).

NECROLOGIO.

12 Settembre 1912. — L'Emo Sig. Cardinale Pietro Ercole Coullié, Arcivescovo di Lione.

Annus IV. - Vol. IV. Die 30 Septembris 1912. Num. 18.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PÍI PP. X

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA PROMISCUO RITU SUMENDA

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Tradita ab antiquis, haec diu in Ecclesia consuetudo tenuit, ut ad varios, pro diversis locis, mores ritusque sacrorum, modo superstitionis et idololatriae suspicio omnis eis abesset, fideles peregrini nullo negotio sese accommodarent. Quod quidem usu veniebat, pacis et coniunctionis griatia, inter multiplicia unius Ecclesiae Catholicae membra, seu particulares ecclesias, confovendae, secundum illud sancti Leonis IX, « nihil obsunt « saluti credentium diversae pro loco et tempore consuetudines, « quando una fides per dilectionem operans bona quae potest, « uni Deo commendat omnes » [1].

Huc accedebat necessitatis causa, cum, qui in exteras regiones advenissent, iis plerumque nec sacrae ibi aedes, nec sacer-

[1] Epist, ad Michaelem Constantinopolitani!!!! Patriarcham.

dotes ritus proprii suppeterent. Id autem cum in ceteris rebus fiebat, quae ad divinum cultum pertinent, tum in ministrandis suscipiendisque sacramentis maximeque Sanctissima Eucharistia. Itaque clericis et laicis, qui formatas, quae dicebantur, litteras peregre afierrent, patens erat aditus ad eucharisticum ministerium aut epulum in templis alieni ritus; et Episcopi, presbyteri ac diaconi latini cum graecis hic Romae, graeci cum latinis in Oriente divina concelebrabant mysteria : quod usque adeo evasit sollemne, ut si secus factum esset, res posset argumento esse discissae vel unitatis fidei vel concordiae animorum.

At vero, postquam magnam Orientis christiani partem a centro catholicae unitatis lamentabile schisma divellerat, consuetudinem tam laudabilem retinere iam diutius non licuit. Quum enim Michael Caerularius non solum mores caerimoniasque latinorum maledico dente carperet, verum etiam ediceret aperte consecrationem panis azymi illicitam irritamque esse, Romani Pontifices, Apostolici officii memores, latinis quidem, ad avertendum ab eis periculum erroris, interdixerunt, ne in pane fermentato sacramentum conficerent neu sumerent; graecis vero* ad catholicam fidem unitatemque redeuntibus, veniam fecerunt communicandi in azymo apud latinos: id quod pro iis temporibus et locis opportunum sane erat, imo necessarium. Quum enim nec saepe graeci tunc invenirentur episcopi huic beati Petri cathedrae coniuncti, nec ubique adessent catholica orientalium templa, timendum valde erat, ne orientales catholici ad schismaticorum ecclesias ac pastores cum certo fidei periculo accederent, nisi apud latinos communicare ipsis licuisset.

Iamvero felix quaedam rerum commutatio, quae postea visa est fieri, cum in Concilio Florentino pax Ecclesiae graecae cum latina, convenit, veterem disciplinam paulisper revocavit. — Nam statuerunt quidem eius Concilii Patres: « in azymo sive « fermentato pane tritíceo Corpus Christi veraciter confici, « sacerdotesque in alterutro ipsum Domini Corpus conficere de- « bere, unumquemque scilicet iuxta suae Ecclesiae sive occiden-

«talis sive orientalis consuetudinem » [1], sed hoc decreto voluerunt sane catholicam veritatem de valida utriusque panis consecratione in tuto collocare, minime vero promiscuara communionem interdicere fidelibus ; quibus contra, quin eam confirmandae pacis causa concesserint, non est dubium. Exstat Isidori, metropolitae Kioviensis et totius Russiae, luculentissima epistola, quam, absoluta Florentina Synodo, cuius pars magna fuerat et in qua Dorothei patriarchae Antiocheni personam gesserat, Legatus a Latere in Lithuania, Livonia et universa Russia dedit anno MCCCCXL Budae ad omnes qui sub ditione essent Ecclesiae Constantinopolitanae: qua in epistola, de reconciliata feliciter graecorum cum latinis concordia praefatus, haec habet: ((Adiuro vos in D. N. I. C. ne qua divisio vos inter et latinos « amplius subsistat, cum omnes sitis D. N. I. C. servi, in nor « mine eius baptizati... Itaque graeci qui in latinorum regione de- « gant aut in sua regione habeant latinam ecclesiam, omnes « divinam liturgiam adeant et corpus D. N. L C. adorent, ac « corde contrito venerentur, non secus ac id in propria ecclesia « quisque faceret, nec non et confitendi gratia latinos sacerdotes « adeant, et corpus Domini Nostri ab eisdem accipiant. Similiter « et latini debent ecclesias graecorum adire et divinam liturgiam « auscultare, fide firma corpus Iesu Christi ibidem adorare. ((Utpote quod sit verum L C. corpus, sive illud a graeco sacer- « dote in fermentato, sive a latino sacerdote in azymo consecra- t u m fuerit; utcumque enim aequa veneratione dignum est, *a* sive azymum, sive fermentatum. Latini quoque confiteantur « apud sacerdotes graecos et divinam communionem ab eisdem « accipiant, cum idem sit utrumque. Ita nempe statuit Conc. « Florentinum in publica Sessione die vi Iunii a. MCCCCXXXIX ».

Etsi autem Isidori testimonio evincitur factam esse a Florentina Synodo facultatem fidelibus promiscuo ritu communicandi, tamen facultas huiusmodi subsecutis temporibus nec ubi-

[1] Ex Bulla Eugenii IV « *Laetentur Coeli* ».

que nec semper fuit in usu; ideo praesertim quia, cum male sartam unitatem mature Graeci rescidissent, iam non erat, cur Pontifices Romani quod Isidoras a Florentina Synodo indultum refert, curarent observandum. Pluribus nihilominus in locis promiscuae Communionis consuetudo mansit usque ad Benedicti XIV Decessoris aetatem, qui primus Constitutione *Etsi pastoralis* pro Italo-Graecis die xxvi maii anni MDCCXLII graves ob causas vetuit, ne laici latini Communionem a graecis presbyteris sub fermentati specie acciperent; graecis autem propria paroecia destitutis facultatem reliquit, ut in azymo apud latinos communicarent. Ubi vero, graecis et latinis una simul commorantibus suasque habentibus ecclesias, usus invaluisset Communionis promiscuae, commisit Ordinariis, ut, si huiusmodi consuetudo removeri sine populi offensione animorumve commotione non posset, omni cum lenitate curam operamque in id impenderent, ut semper latini in azymo communicarent, graeci in fermentato. Quae autem pro Italo-Graecis Decessor Noster statuit, eadem ipse postea ad Melchitas quoque et ad Coptos pertinere iussit : eaque paullatim ad omnes transierunt Orientales, consuetudine potius quam legis alicuius praescripto; non ita tamen, ut quandoque Apostolica Sedes idem non indulserit latinis, quae etiam orientales non destituti ecclesia propria, neque ulla urgente necessitate, ut communicarent in azymo, pluries passa est, immo permisit.

Quod praecipue factum est, posteaquam, animarum studio flagrantes, nonnullae religiosae Familiae tum virorum tum mulierum ex variis Europae regionibus ad Orientis oras advectae, auxilium catholicis diversorum rituum, multiplicatis apud ipsos christianae caritatis operibus collegiisque ad institutionem iuventutis ubique apertis, praebuerunt. Cum autem hae Familiae ob frequentem Eucharistiae usum quietam et tranquillam inter difficultates et aerumnas vitam agerent, ex orientalibus, quod genus valde ad pietatem.proclive est, facile ad imitationem sui multos excitarunt : qui cum aegre apud suos vel ob distantiam

locorum vel ob penuriam sacerdotum et templorum, vel etiam ob diversas rituum rationes huic desiderio possent satisfacere, ab Apostolica Sede instanter gratiam postularunt accipiendae Eucharistiae, more latinorum. Hisce postulationibus Apostolica Sedes aliquando concessit : atque ephebis, qui in latinorum collegiis educarentur, item ceteris fidelibus, qui eorum templa celebrarent ac piis consociationibus essent adscripti, permisit, salvis quidem iuribus parochorum, potissime quoad paschalem Communionem et Viaticum, ut pietatis causa intra annum in templiy latinorum eucharistico pane a latinis presbyteris consecrato reficerentur. Quin etiam in ipso Concilio Vaticano *Commissio* peculiaris negotiis Rituum Orientalium praeposita hoc inter alia sibi proposuit dubium, an expediret relaxare aliquantulum legum ecclesiasticarum severitatem de non permiscendis ritibus maxime in Communione Eucharistica, veniamque tribuere fidelibus communicandi utrovis ritu : cumque eius Commissionis Patres adnuendum censuissent, decretum confecerunt in eam sententiam; quod tamen, abrupto temporum iniquitate Concilio, Patribus universis probandum subiicere non licuit. — Post id temporis S. Congregatio Fidei Propagandae pro negotiis Rituum Orientalium, ut solatio consuleret eorum, qui ob inopiam ecclesiarum vel sacerdotum proprii ritus a Communione saepius abstinere cogebantur, decretum die xvin augusti anni MDCCCXCIII edidit, quo, ad promovendam Sacramentorum frequentiam, omnibus fidelibus ritus sive latini sive orientalis, habitantibus ubi ecclesia aut sacerdos proprii ritus non adsit, facultas in posterum tribuitur communicandi, non modo in articulo mortis et in Paschate ad observandum praeceptum, sed quovis tempore, suadente pietate, iuxta ritum ecclesiae loci, dummodo sit catholica.

Decessor autem Noster, Leo XIII fel. rec. in Constitutione *Orientalium dignitas Ecclesiarum,* eiusdem gratiae participes fecit, quicumque propter longinquitatem ecclesiae suae, nisi gravi cum incommodo, eam adire non possent. Simul vero prohibuit, ne in collegiis latinis, in quibus plures alumni orientales

numerarentur, latino more hi communicarent; praecepitque ut accirentur eiusdem ritus sacerdotes qui sacrum facerent et sacratissimam Eucharistiam illis distribuèrent, saltem diebus dominicis ceterisque de praecepto occurrentibus festis, quovis sublato privilegio. Sed tamen experiendo est cognitum, non ubique facile inveniri sacerdotes orientales, qui, cum alibi occupati sint in ministerio animarum, diebus dominicis et festis, atque adeo ipsis profestis diebus queant collegia adire latinorum, ut pueris puellisque esurientibus panem angelicum ministrent.

Quamobrem non raro supplicatum est huic Apostolicae Sedi, ut disciplinam Ecclesiae tanta in re indulgentius temperaret. Quae preces supplices, post editum die xx Decembris MCMV per S. Congregationem Concilii decretum Nostrum *Sacra Tridentina Synodus* de quotidiana Communione Eucharistica, multo frequentiores fuerunt ab orientalibus, qui veniam petebant transeundi ad ritum latinum, quo facilius possent caelesti dape recreari; in eisque non pauci numerabantur pueri ac puellae, qui hoc ipsum beneficium participare percuperent.

Itaque, considerantibus Nobis fidem catholicam de valida consecratione utriusque panis, azymi et fermentati, tutam esse apud omnes; insuper compertum habentibus complures esse, tum latinos tum orientales, quibus illa promiscui ritus interdictio et fastidio et offensioni sit, exquisita sententia sacri Consilii christiano nomini propagando pro negotiis Orientalium Rituum, re mature perpensa, visum est omnia illa antiquare decreta, quae ritum promiscuum in usu Sanctissimae Eucharistiae prohibent vel coangustant; atque omnibus et latinis et orientalibus facultatem facere sive in azymo sive in fermentato apud sacerdotes catholicos, in ecclesiis cuiusvis ritus catholicis, secundum pristinam Ecclesiae consuetudinem, augusto Corporis Domini Sacramento sese reficiendi, ut « omnes et singuli qui christiano nomine censentur, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent » [1]

[1] Conc. Trident. Sess. XIII.

Equidem confidimus, quae hic praescribuntur a Nobis, ea dilectis filiis, quot habemus in Oriente, ex quovis ritu, admodum fore utilia non solum ad inflammandum in eis pietatis ardorem, sed etiam ad mutuam eorum concordiam confirmandam. — Etenim quod ad pietatem attinet, nemo non videt divinam Eucharistiam, a Patribus Ecclesiae latinis graecisque quotidianum christiani hominis panem solitam appellari, utpote qua sustentetur et alatur tamquam valetudo animae, multo magis frequentandam eis esse, quorum caritas vel fides, seu ipsa supernaturalis vitae principia, maiore in discrimine versentur. Quare catholici orientales, quibus est in media multitudine schismaticorum habitandum, non ex periculoso eorum convictu aliquod fidei caritatisque detrimentum capient, si hoc se cibo caelesti roborare consueverint, sed magnum et perpetuum in se vitae spiritualis sentient incrementum. - Quod spectat alterum, patet proclive factu usque adhuc fuisse, ut inter homines unius fidei sed diversorum rituum, ex eo quod alii aliis facilius possent Corporis Christi esse participes, causae aemulationum et discordiarum exsisterent. Nunc autem, cum huius mensae, quae symbolum, radix atque principium est catholicae unitatis, promiscuam esse omnibus fidelibus communicationem volumus, pronum est debere inter ipsos increscere animorum concordiam, « quoniam unus « panis, ait Apostolus, unum corpus multi sumus, omnes qui de « uno pane participamus » [1]

Haec Nos igitur de Apostolicae potestatis plenitudine statuimus et sancimus :

I. Sacris promiscuo ritu operari sacerdotibus ne liceat : propterea suae quisque Ecclesiae ritu Sacramentum Corporis Domini conficiant et ministrent.

II. Ubi necessitas urgeat, nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti orientali, qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam consecratam in azymo, vicissim latino aut orientali

[1] I Corinth. x, 17.

qui utitur azymo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servabit.

III. Omnibus fidelibus cuiusvis ritus datur facultas, ut, pietatis causa, Sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant.

IV. Quisque fidelium praecepto Communionis paschalis ita satisfaciet, si eam suo ritu accipiat et quidem a parocho suo: cui sane in ceteris obeundis religionis officiis addictus manebit.

V. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio de manibus proprii parochi accipiendum est: sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere; qui tamen ritu suo ministrabit.

VI. Unusquisque in nativo ritu permanebit, etiamsi consuetudinem diu tenuerit communicandi ritu alieno; neque ulli detur facultas mutandi ritus, nisi cui iustae et legitimae suffragentur causae, de quibus Sacrum Consilium Fidei Propagandae pro negotiis Orientalium iudicabit. In his vero causis numeranda non erit consuetudo quamvis diuturna ritu alieno communicandi.

Quaecumque autem his litteris decernimus, constituimus, declaramus, ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter servari volumus et mandamus, nec ea notari, in controversiam vocari, infringi posse, ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine; sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus Apostolicis, etiam in generalibus ac provincialibus conciliis editis, constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis consuetudinibus ac praescriptionibus; quibus omnibus, perinde ac si de verbo ad verbum hisce litteris inserta essent, ad praemissorum effectum, specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. — Volumus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, manuque Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesia-

stica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae praesentibus hisce litteris ostensis haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo duodecimo, in festo Exaltationis S. Crucis, xviii Kalendas octobres, Pontificatus Nostri anno decimo.

A. CARDINALIS AGLIARDÏ
S. *R. E. Cancellarius.*

Fr. H. M. CARDINALIS GOTTI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus.

VISA

M. RIGGI, *C. A. Not.*

lieg, in Cane. Ap. N.° — 61

LITTERAE APOSTOLICAE.

AUGUSTINIANIS RECOLLECTIS SEU DISCALCEATIS CONGREGATIONIS HISPANIAE ET INDIARUM PECULIARIA PRIVILEGIA ET FACULTATES CONCEDUNTUR.

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Religiosas familias, quae tum vetustate, tum sodalium in orbe terrarum frequentia, tum praesertim exantlatis laboribus in augenda Dei gloria aeternaque salute hominibus procuranda, optime de Ecclesia sint meritae, de more institutoque Romanorum Pontificum praecipuis honoribus ac privilegiis propensa voluntate decoramus. Nemo itaque ignorat inter sacros huiusmodi coetus iure recensendos esse Augustinianos Recollectos seu Discalceatos Congregationis Hispaniae et Indiarum, qui ad inclytum Ordinem Eremitarum S. Augustini, splendidissimi Ecclesiae luminis, pertinentes, peculiares suos natales venerabili Thomae a Iesu gloriae vertunt, cuius animus in vita ac Passione Ssmi Redemptoris nostri defixus semper fuit, Eumque imitando feliciter expressit. Ex nobili hac origine mirum est quantum praedicta Congregatio brevi processerit; nam non modo in Hispanus, verum etiam in America meridionali, in Iaponia et in longinquis insulis Philippinis, a doctis sanctisque viris, quorum multi martyrium fecerunt, cohonestata, luculentum apostolici studii ubique dedit testimonium. Quod quidem laudis praeconium cum ceteris eiusdem Congregationis provin-

ciis, tum potissimum est illi tribuendum quae, a S. Nicolao Tolentinate nuncupata, in dictis Philippinis insulis pro viribus adlaboravit ut Christi nomen longe lateque propagaretur. Haec enim provincia, Deo adiuvante, tamquam sacer extitit ignis, quo Recollectorum familia iterum alta, in veteribus regionibus, ubi iniuria temporum oppressa fuerat, magna cum spe revixit, atque uberiores religiosi sui ministerii edidit fructus. Consentaneum igitur esse Romani Pontifices, decessores Nostri, existimarunt, hoc Augustinianae Recollectionis institutum singularibus privilegiis indultisque augere, et Nos eodem consilio permoti, vota ac preces dilecti filii Francisci Sádaba a Virgine Carmeli, Procuratoris generalis, qui novas a Nobis gratias pro hac sua Congregatione nasuta vit, benigne excipienda censuimus. Quare Augustinianos Recollectos seu Discalceatos e Congregatione Hispaniae et Indiarum peculiari benevolentia complectentes, eorumque incremento ac prosperitati consulere, quantum in Domino possumus, volentes, praesentium tenore, apostolica auctoritate Nostra, perpetuum in modum concedimus ac largimur, ut in posterum supremus eiusdem Congregationis Moderator, qui huc usque Vicarius generalis appellatus fuit « Prior generalis Ordinis Eremitarum Recollectorum S. Augustini » vocari possit ac debeat. Pari autem auctoritate Nostra concedimus, ut tum huic Priori generali, tum generali memoratae Congregationis Procuratori locus assignetur in Cappella Papali, et respective in functionibus, quibus ex pontificia concessione intersunt ceteri generales Ordinum Moderatores. Denique quo potius benevolentiae Nostrae eidem bene inerenti Congregationi exhibeamus documentum, hisce item Litteris potestatem perpetuo facimus, cuius vi praefatus supremus Moderator Augustinianorum Recollectorum eadem facultate polleat, qua ex huius S. Sedis concessionibus utitur dilectus filius Prior generalis pro tempore Ordinis Eremitarum S. Augustini quod ad Sodalitia Ss. Ritae a Cassia et Clarae a Cruce de Montefalco, nec non quod ad sacrum Scapulare Deiparae Virginis a Bono Consilio. Decernentes praesentes litteras firmas validas efficaces semper existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Haec vero impertimus, derogantes de Nostro Motu-Proprio diei VII aprilis anno MCMX quod ad necessitatem per supremam sacram Congregationem S. Officii concessas indulgentias recognoscendi, ac non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito

non tollendo, aliisque Constitutionibus et Sanctionibus apostolicis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xvi septembris MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. ££j S.

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. HADRIANUM MUNIER, SACERDOTEM E SOC. IESU, OB EDITUM OPUS *Vers V éternelle beauté;* QUOD LAUDAT, ULTRO EI PERMITTENS UT RELIQUAM EIUSDEM OPERIS PARTEM SIBI DEDICET.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Nihil magis coniunctum humanae dignitati aut ad communem fructum conducibiles cogitari potest, quam quod tibi proposuisti in eo libro qui inscribitur *Vers l'éternelle beauté,* ut cultores maxime spectatoresque bonarum artium ad Verbi divini contemplationem extolleres. ïnsitum enim natura est homini studium pulchritudinis, eamque, non secus ac verum et bonum, avide et sitienter is persequitur: quamquam hoc etiam in genere, sicut in aliis duobus, non raro, vana rerum opinione ac specie deceptus, aberrat e via. Quam cupidinem et sitim ut Deus in homine ingeneravit, ita non alia demum res expletura est, nisi *ineffabilis pulchritudo* Dei, *cuius,* ut Augustinus ait, *plena visio est summa felicitas.* Quidquid vero vel in hac rerum aspectabilium universitate, vel in naturis ratione praeditis, vel in operibus artium capit animos et cum admiratione delectat, id omne proficiscitur a Verbo Dei, quod cum sit *splendor gloriae et figura substantiae Patris,* omnium, quae praeter Deum sunt, rerum summus est fabricator et primus artifex. Hinc efficitur humanos artifices, si digni hoc nomine velint esse, divinam persequi formam, quae ex creatis rebus elucet, in suo quemque genere, oportere, et eos tanto fore excellentiores, quanto propius ad huius formae similitudinem accesserint. Haec fere sunt sanae aestheticae dogmata, quae tu ex intima christiana philosophia petis magnaque et doctrinae copia et artis elegantia illustras: quae quidem si vulgo teneantur, sane videntur posse ex angusto humilique gyro, in quo nunc versari solent, artes eripere, et novos eis immensosque patefacere campos, in quibus, divino incitatae afflatu, ad sublimia contendant, itaque perlibenter audimus opus tuum yiris peri-

tissimis, vel a catholica sapientia remotis, ut rerum novitate mirabile, valde probari. Quod Nos tibi vehementer gratulamur, eorumque laudes cumulamus Nostris, eo vel magis quia propositum illud Nostrum instaurandi omnia in Christo non exigua ex parte tuus iste labor attingit. Quod autem nuntias hunc a. te editum librum, tamquam prooemium habendum esse plurium voluminum, in quibus de beatissima Virgine Matre acturus es, pergratum Nobis nuntias; nec dubitamus tam bonis initiis reliqua fore consentanea. Atque ut appareat quam Nos industriae solertiaeque confidamus tuae, hoc ultro damus tibi, ut opus, quod polliceris, cum confeceris, nomini Nostro dedicatum in lucem proferas. Interim tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem, quae benevolentiam Nostram testetur divinamque benignitatem conciliet, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvn mensis augusti MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

II.

AD ILLUSTREM VIRUM GUSTAVUM THÉRY, CAUSIDICOM, OB QUINQUAGESIMUM MATRIMONII ANNIVERSARIUM.

Il Nous a été bien agréable d'apprendre que vous allez célébrer prochainement le cinquantième anniversaire de votre mariage avec Madame Marie Deicourt, votre très digne épouse, et que, par une protection visible de la Providence, cet heureux événement se produit pour la quatrième fois sans interruption dans votre patriarcale famille.

En cette mémorable circostance d'une vie si noblement et si glorieusement dépensée au service de l'Église et de la patrie, à la défense de leurs intérêts les plus sacrés, que vous n'avez cessé de promouvoir par la maîtrise de votre talent et la sûreté de votre doctrine, entièrement conforme aux enseignement du Saint-Siège, Nous avons à cœur de nous unir à votre joie, à la joie de votre famille et de vos nombreux amis, et de vous exprimer nos sentiments de bienveillance et d'estime.

Comme gage des faveurs divines, Nous vous accordons de tout cœur, ainsi qu'à votre très digne épouse, la bénédiction apostolique.

Rome, le 10 septembre 1912.

PIUS PP. X.

III

AD R. P. D, FRANCISCUM CICERI, EPISCOPUM PAPIÉ NS EM, OB SYNODUM DIOECESANAM AB EODEM HABITAM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Antequam dioecesanam synodum convocares, per litteras manu Nostra scriptas animum tuum confirmavimus humilesque preces Nostras de rei eventu ultro libenterque poiliciti sumus. Ex eo igitur testimonio propensae voluntatis Nostrae coniicito quanta cum animi voluptate epistulam acceperimus, a synodali coetu cui praeeras, ad Nos nuperrime datam. Quam cum perlegeremus, intelleximus te optimum consilium feliciter ad effectum deduxisse, et dioecesis tuae clerum, ut sacrorum administros Ecclesiaeque filios decet, perfecte Nobiscum sentire, huiusque apostolicae Sedis esse observantissimum. Quod mirandum non est, cum sit cognitum ad Pastoris formam educi sacerdotum animos. At gratulamur tamen tibi, venerabilis frater, cupimusque ut cum istis laboris tui sociis et consortibus gratulationes Nostras communices.

Quod autem nuntiabatis, sanctum vobis fore, in conventu foederatarum e dioecesi societatum qui synodum consecuturus esset, iis omnibus obtemperare quae ad hunc diem de *populari actione,* quam vocant, apostolica Sedes decrevit, id Nobis, cum valde placuit, tum uberrimorum fructuum auspicium continere visum est. Quemadmodum enim, qui *disciplinam* abiiciunt, *vacua est spes illorum, et labores sine fructu, et inutilia opera eorum,* sic, qui modestissime parent, eos Deus ad maxima quaeque adiuvat roboratque virtute sua. Huius profecto efficientiam, quam Ecclesia eo maiorem experta est quo vehementius in eam invidiae flamma identidem exarsit, velit Deus copiosius hodie proferre, cum plus egemus. Qua in spe et exspectatione iure vos estis, eruntque omnes qui animo recolant, ut vos facitis, Ecclesiam, sexdecim ante saecula, libertatis pacisque munera tunc divinitus esse adeptam, cum eam ethnici imperatores insectatione ac caedibus prope deletam putarent. Catholico autem nomini prosperiorem rerum cursum non obscure portendit, quemadmodum recte scribitis, ardor ille animorum in augustissimum Eucharistiae sacramentum, qui ubique gentium excitatur, et, sollemnis conventus causa qui Vindobonae habetur, mirifice hisce diebus conflagrat; fieri enim non potest, quin communem pietatem, eandemque tam fervidam, largiore Deus in Ecclesiam supernorum

munerum effusione rependat. Quorum participes vos efficiat apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo, paternae benevolentiae testem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn mensis septembris, anno MCMXII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

IV.

AD R. P. D. IOANNEM CUTHBERTUM HEDLEY, NEOPORTENSIUM EPISCOPUM, QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS ANNO FELICITER RECURRENTE, GRATULATIONIS ERGO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Te propediem celebraturam annum sacerdotii quinquagesimum et sanctae laetitiae socios non Benedictinos tantum habiturum sodales, sed et omnes Angliae Antistites ac prope universos Angliae catholicos, iucunde Nos scito accepisse. Tanta enim voluntatum significatio haud dubie ostendit in excelso loco sitam esse laudem tuam, eamque ita omnes percellere, ut omnium egregium sit de te, de tua vita, virtute iudicium. Rectum quidem iudicium; cum, et rebus et perpolitae orationis elegantia praeclara, edita a te scripta recte noverimus, cumque probe compertum habeamus quo monasticae perfectionis studio, qua consilii gravitate, qua pastorali florueris ac floreas sollicitudine. Quare non absimili Nos opinione paternaque affecti caritate, tuum, venerabilis frater, omniumque tecum laetantium gaudium libenter communicamus ac de mutuo studio gratulamur utrisque. Benevolae caritatis Nostrae testimonium addat, volumus etiam calix sacrificalis, quem libet ad te dono mittere una cum apostolica benedictione, quam caelestium auspicem donorum tibi, venerabilis frater, dioecesis tuae clero populoque peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn septembris MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

L

CONCEDITUR INDULGENTIA PLENARIA IN HONOREM BEATAE MARIAE VIRGINIS IMMACULATAE, PRIMO SABBATO CUIUSLIBET MENSIS LUCRANDA.

(Ex audientia Sanctissimi, die 13 iunii 1912).

Sanctissimus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. X, ad augendam fidelium devotionem erga gloriosissimam Dei Matrem Immaculatam, et ad fovendum pium reparationis desiderium, quo fideles ipsi cupiunt quandam exhibere satisfactionem pro execrabilibus blasphemiis quibus Nomen augustissimum et excelsae praerogativae eiusdem beatae Virginis a scelestis hominibus impetuntur, ultro concedere dignatus est, ut universi qui primo quolibet sabbato cuiusvis mensis, confessi ac sacra Synaxi refecti, peculiaria devotionis exercitia in honorem beatae Virginis Immaculatae in spiritu reparationis ut supra, peregerint, et ad mentem summi Pontificis oraverint, Indulgentiam plenariam, defunctis quoque applicabilem, lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. g< S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O*

IL

DECRETUM

CIRCA INDULGENTIAS FESTIS BEATORUM ADNEXAS.

Supremae sacrae Congregationi S. Officii sequentia proposita sunt dubia, quae versantur circa indulgentias in festis Beatorum concessas, quando haec transferuntur, nimirum:

I. An, translato in perpetuum festo alicuius Beati quod externa solemnitate non gaudet, transferatur quoque indulgentia concessa ecclesiis Ordinis regularis in casu tantum quo huiusmodi indulgentia concessa sit intuitu Beati eiusque expresso nomine, an etiam in casu quo non fuerit concessa intuitu Beati, id est non eius expresso nomine, sed tantum affixa diei qua eius festum celebratur?

IL Et quatenus affirmative ad primam partem: Num translatio locum habere debeat, tam si festum pro universo Ordine, quam si pro aliqua tantum regulari provincia vel singulari conventu peragatur?

III. Num translatio indulgentiae locum habeat, si reposito in aliam diem fixe festo Beatorum, eorum solemnitas externa in antiquo die, ut ante officii repositionem perpetuam, affixa perseveret in populo?

IV. An quando festum Beatorum ordinis S. Francisci celebratur a variis familiis franciscalibus, non tamen eodem die sed diverso, Tertiarii saeculares lucrari valeant indulgentiam eidem festo adnexam, die quo festum illud celebratur ab ea familia cui ipsi subsunt, etiam si in proprio indulgentiarum summario alio die adquirenda designetur?

V. An Tertiarii, si eorum sodalitas erecta est in ecclesiis fran•ciscanis quae festa Beatorum impedita in aliam perpetuo die translatant! celebrant, in die tantum translationis indulgentiam plenariam consequi valeant?

VI. An Tertiarii, qui ecclesiam ubi sodalitas erecta sit non habere possunt, ideoque valent indulgentiam eiusmodi in qualibet ecclesia franciscali promereri, possint pluries eandem indulgentiam adquirere, si festa in diversis ecclesiis diverso die fixe recolantur?

Quibus dubiis mature perpensis, Emi Patres una mecum generales Inquisitores, feria IV, die 12 iunii 1912, dixerunt:

Ad I. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad II. Servetur Decretum S. C. Indulgentiarum, *Ianuen.,* 12 ianuarii 1878.

Ad III. Negative, iuxta Decretum S. C. Indulgentiarum, *Urbis et Orbis*, 9 augusti 1852.

Ad IV. Poterunt Tertiarii, pro lubito, eam lucrari die in summario designato, vel die quo festum recolitur ab ea familia cui ipsi subsunt: ita tamen, ut semel tantum a singulis indulgentia adquirí possit.

Ad V. Provisum in praecedenti.

Ad VI. Negative.

Et feria V, die 13 iisdem mense et anno, Ssmus D. N. D. Pius divina providentia Pp. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, supra relatas resolutiones Emorum Patrum benigne approbare dignatus est.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. © S.

f Donatus, Archiep. Seieucien., *Ads. S. O*

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I.

QUOAD COMMUNIONEM INFIRMARUM IN MONASTERIIS CLAUSURAE PAPALIS.

Edito a S. G. Concilii, die 20 decembris 1905, Decreto *Sacra Tridentina Synodus*, quo inter alia praescribitur ut *Communio frequens et quotidiana praesertim in religiosis Institutis cuiusvis generis promoveatur*, earum consulendum quoque erat sorti infirmarum quae intra septa monasteriorum clausurae Papalis decumbunt; quum ipsa clausura, prout determinatur in iure canonico vigenti, aliquod in praxi videretur parere incommodum ad frequentiorem earum aegrotantium Communionem, praesertim ex eo quod *regulariter* nonnisi confessarius et in eius defectu capellanus, et, si sacerdos sit regularis, a socio comitatus, monasterii claustra ingredi valeat ad Sacramenta infirmis ministranda.

Quare Emi ac Rmi Patres Cardinales S. C. de Religiosis, occasione arrepta quorumdam dubiorum quae ad rem proposita fuerant, die 30 augusti 1912, in plenario coetu ad Vaticanum habito, quoad Communionem infirmis deferendam in monasteriis clausurae Papalis, sequentia decernere existimarunt, nempe: In defectu confessarii vel capellani tertius sacerdos, etiam regularis, licet sine socio, legitime vocatus de licentia episcopi, qui pro hac licentia nomine ipsius episcopi concedenda etiam abbatissam seu superiorissam habitualiter designare poterit, sacram Communionem infirmis valeat deferre Religiosis, quae ad ecclesiae crates descendere nequeunt. Oportet autem ut quatuor religiosae maturae aetatis, si fieri possit, ab ingressu in clausuram usque ad egressum, sacerdotem comitentur, qui sacram pyxidem aliquas consecratas particulas continentem deferre, sacram Communionem administrare, reverti ad ecclesiam, eamdemque sacram pyxidem reponere debet, servatis rubricis a Rituali Romano pro Communione infirmorum statutis.

Et hanc Emorum Patrum sententiam et resolutionem Ssmus Dominus noster Pius Papa Decimus, ad relationem subscripti Secretarii, die 1 septembris' 1912 ratam habere et confirmare dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. *"

Datum Romae ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 1 septembris 1912.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

II.

DUBIUM QUOAD INDULTA ABSTINENTIAE ET IEIUNII RELATE AD RELIGIOSOS.

Rmus D. Antonius Fiat, Superior generalis Congregationis Missionis et Filiarum a Caritate, a S. C. de Religiosis sequentis dubii solutionem expostulavit, nimirum:

Utrum in indultis apostolicis, quibus mitigationes vel dispensationes conceduntur ab abstinentia et ieiunio in regionibus intra et extra Europam, praesertim in America Latina, comprehendantur Familiae religiosae ibi degentes.

Emi autem ac Rmi Patres Cardinales sacrae eiusdem Congrega-

tionis, in aedibus Vaticanis adunati die 30 augusti 1912, re maturo examine perpensa, responderunt:

i. Affirmative quoad abstinentiam et ieiunium a lege Ecclesiae generali praescripta^ nisi ab indulto excludantur religiosi.

II. Negative quoad abstinentiam et ieiunium a propriis Regulis et Constitutionibus statuta, nisi in indulto expresse de hac dispensatione mentio habeatur. Non servantes igitur huiusmodi abstinentiam et ieiunium, transgrediuntur quidem Regulam et Constitutionem, non autem legem Ecclesiae ; ideoque culpam tantum et poenam incurrunt a Constitutionibus vel Regulis statutam.

III. Quoad vero Religiosos in America Latina degentes, standum novissimo Indulto per Secretariam Status concesso, die 1 ianuarii an. 1910.

Quas Emorum DD. Cardinalium responsiones Ssmus Dominus noster Pius Papa X, ad relationem infrascripti Secretarii, die 1 septembris 1912 adprobare et confirmare dignatus est.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis. die 1 septembris 1912.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

III.

DUBIUM QUOAD RELIGIOSOS VOTORUM SOLEMNIUM DEGENTES AD TEMPUS EXTRA CLAUSTRA.

Quaesitum est ab hac sacra Congregatione negotiis religiosorum Sodalium praeposita, utrum Religiosus, habitu regulari dimisso, extra claustra ad tempus degens indulto apostolico, cum facultate ab episcopo obtenta celebrandi Missam et alia opera sacerdotis propria peragendi, subsit eidem Ordinario, ita ut episcopus habeat in eum iurisdictionem et auctoritativam et dominativam potestatem, quamvis in Rescripto desit consueta formula: Ordinario loci subsit in vim quoque solemnis obedientiae voti.

Emi autem ac Rmi Patres Cardinales sacrae eiusdem Congregationis, in plenariis Comitiis ad Vaticanum adunatis die 30 augusti 1912, praehabito duorum ex officio Consultorum voto, et re mature perpensa, responderunt :

Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo.

Sanctitas porro Sua, ad relationem infrascripti Secretarii, die 1 septembris 1912 responsionem Emorum Patrum adprobare et confirmare dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 1 septembris 1912.

Fr. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. « S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

19 augusti 1912. — *Episcopus Bockhamptonensis in Australia,* R. D. Ioseph Shiel.

— *Episcopus titularis Elaeenae et Vicarius apostolicus Kiam-si orientalis in Sinis,* R. D. Ioannes Ludovicus Clerc-Renaud, e Congregatione Missionum.

21 augusti. — *Episcopus titularis Tanagrensis et Vicarius apostolicus novi vicariatus Marianensis et Garolinensis,* R. P. Salvator a Wieden, in saeculo Petrus Walleser, presbyter Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum.

SACRA ROMANA ROTA

COLONIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HOSPELT-BERNARDTH).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 10 iunii 1912, BR. PP. DD. Iosephus Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* « Colonien. - Nullitatis matrimonii », *inter instantem pro appellatione adversus sententiam Rotalem diei 27 augusti 1910,* Antonium Hospelt, *repraesentatum per legitimum procuratorem Cristophorum Astorri advocatum, et* Ludo vi eam Bernardth, *interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam.*

Antonius Hospelt, catholicus, filius divitis mercatoris in urbe Coloniensi, natus die 23 octobris 1882, cum viginti annos ingressus, seu anno 1892, servitium militare voluntarium expleret in urbe Argentoratensi, vulgo Strasburgo, turpem relationem cum quadam muliere evangelicae sectae addicta contraxit, cui nomen erat Ludovica Bernardth. Haec omnibus artibus incautum iuvenem, conscia eius divitiarum, sibi devincire studuit, non exclusa etiam sponsalitia fide sese in uxorem ducendi.

Re ad patrem Antonii delata, hic omnem lapidem movit ut filium ab exosa consuetudine, quam timebat matrimonio sanciri posse, deterreat, comminata etiam exhaeredationis poena, quam recentes germanicae leges parentibus permittunt contra filios malos, si ad sanam frugem non rediret. Verum patris tentamina in irritum cessere, ob auctum de die in diem amoris aestum, quo Antonius illaqueatus evaserat. Perfunctus militari servitio et diversus per aliquot dies apud suos parentes in urbem Coloniensem, exinde Antonius urbem Basileam commeavit apud Ludovicam, ibique 14 dies remansit. Durante hac brevi commoratione tum quidam Honauer mulieris propinquus tum quidam Stubinger eiusdem amicus suis consiliis et instigationibus auctores extitere, ut Antonius, iam die 26 octobris 1903 maior effectus, et Ludovica impeditas nuptias celebratum pergerent in Londinensem urbem ad patris obstacula vitanda et mulierem a vexationibus eiusdem liberandam.

Res a sententia cessit; quandoquidem Ludovica et Antonius die 2 novembris 1903, Londinum pervenerunt et, cum omnia ad nuptias parata essent, ope cuiusdam Tunk die 4 eiusdem mensis matrimonium coram officiali civili initum est. Peracta matrimonii celebratione, neoconiuges in urbem vulgo Carlsruhe profecti sunt, ibique maritali vita instaurata, usque ad aestatem insequentis anni 1904 insimul cohabitationem produxerunt.

Hoc matrimonium, ut facile praevideri poterat, infaustos sortitum est exitus; brevi enim inter coniuges iurgia et discordiae exoriri coeperunt, quae ita progressae sunt ut consortium coniugale fere impossibile redditum fuerit.

Quocirca Antonius primo, sub finem mensis iunii anni 1904, querelam contra Ludovicam instituit apud locale tribunal civitatis Carlsruhe pro obtinendo divortio ab uxore, cui tamen actioni mense novembri subsequenti nuncium misit. Mense iunio sequentis anni 1905, vir querelam iteravit, et idem tribunal sub die 14 iulii 1906 divortium admisit ex culpa viri seu actoris, reiecta huius querela et admissa actione reconventionali uxoris. Ab hac sententia Antonius appellavit ad tribunal secundae instantiae, quod die 20 maii 1908 divortii admissionem ex utriusque culpa decrevit.

Obtenta divortii sententia, Antonius novas cupiens inire nuptias cum catholica puella Maria Asbach, cui amore devinctus erat usque a primis annis et quem affectum non interceperat etiam durante matrimoniali consuetudine cum Ludovica, actionem nullitatis ex defectu consensus instituit apud curiam Coloniensem contra matrimonium Londini contractum, et curia Coloniensis, praevia processus instructione aliisque de iure praemittendis, per sententiam diei 22 aprilis 1909 in actoris vota concessit, qui dein, adhuc iudicio pendente, lege ecclesiastica contempta, Mariae Asbach civiliter nupsit.

Ab hac sententia Sacramenti vindex Coloniensis directe ad H. S. Tribunal appellationem interposuit et die 27 augusti 1910, causa disceptata sub consueta rogandi formula *An constet de nullitate matri-? monii in casu,* responsum prodiit Antonio adversum, nempe *Negative.* Peracta ab eius patrono ad secundum turnum provocatione et novo suppletivo processu instructo, causa iterum in disceptationem redit sub sequenti dubio: *An sententia Rotalis diei 27 augusti 1910 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Ad ius quod attinet. - Rmi Patres sequentia considerarunt. In locis in quibus caput *Tametsi* Concilii Trid. non est publicatum, ut in Anglia,

in Saxonia," in civitate Argentinensi et aliis regionibus quas enumerare soient canonistae, vel ad quas extensum est privilegium Benedictinae declarationis quoad matrimonia mixta, validitas matrimonii regitur iure decretalium et attenditur inter partes consensus, dummodo aliud canonicum non obstet impedimentum, iuxta illud: « Consensus facit matri- « monium et non concubitus »: et dummodo contrahentes intentionem habeant verum matrimonium contrahendi seu consensus praestitus fuerit maritalis. Christus enim Dominus naturalem contractum matrimonii «levavit ad dignitatem sacramenti et pro christianis sacramentum et contractus sunt unum et idem et inter se inscindibilia. Posita autem hac doctrina matrimonia civilia celebrata in locis non Tridentinis coram officiali civili sunt vera matrimonia, dummodo contrahentes non habeant intentionem perficiendi meram civilem caeremoniam.

Ad rem Wernz *(Ius matr.,* p. 326) : « Contrahentes sponsi sive catho- •« liei sive acatholici baptizati, qui lege Tridentina non sunt adstricti in « mere civili matrimonii celebratione, etsi illicitum, tamen validum ineunt « matrimonium, dummodo intentionem habeant verum contrahendi -« matrimonium neque aliud obstet canonicum impedimentum: at si « civilem tantum velint performare caeremoniam, quam ex ipsorum « intentione sequatur in ecclesia coram ministro cultus verus contra- ctus matrimonialis, religiose celebrandus, omni valore caret matrim o- « nium civile. Quare his locis matrimonia civilia nequaquam valida sunt « propter formam legemque civilem servatam, neque absolute et simpli- « citer, sed cum clausula: " Dummodo constet de mutuo eorum con- -« sensu „ i. e. coniugum, ad tramites antiqui iuris Decretalium » cfr. €ard. Gasparri, *De matr.,* tom. 2, ed. 1904, n. 1526.

Iam vero contrahentes Hospelt et Bernardth lege Tridentina non «erant adstricti ratione loci in quo celebratum est matrimonium, nempe Londini, quia inibi sicuti in Anglia et Scotia ea lex non est recepta, sed neque tenebantur ratione loci in quo prius commorati sunt sponsi antequam Londinum pergerent. Sane in themate est sermo de matrimonio mixto, at Antonius, utpote civis Coloniensis, privilegio exemptionis «quoad matrimonia mixta utebatur ex declaratione Pii VIII, diei 25 martii 1830, ad archiepiscopum Coloniensem et episcopos Treviren., Paderbonen. et Monasterien. « Nunc autem per nostras has litteras volumus « et mandamus ut matrimonia mixta quae post hac (a die 25 martii 1830) -« in vestris dioecesibus contrahi contingat non servata forma Tridentina, « si eisdem nullum aliud obstet canonicum impedimentum, pro ratis « ac veris coniugiis habeantur, prout nos auctoritate nostra apostolica « matrimonia eadem vera et rata fore declaramus et decernimus ».

Eodem privilegio fruebatur com pars Ludovica evangelicae sectae addicta, ut bene ostendit appellata sententia, ac Antonius Hospelt. Unde inutiliter hoc matrimonium impeteretur ex vitio clandestinitatis, et Antonii defensor hanc provinciam relinquere coactus est.

Secundo Rmi Patres adverterunt pro huiusmodi matrimoniis, initis non servata forma Tridentina, militare praesumptionem circa eorum validitatem, dummodo constet de matrimoniali consensu inter coniuges: « Si contrahentes - ait Lemkuhl, *Theol, mor.*, II, n. 692, 3 - aut alteruter « eorum matrimonium ecclesiasticum a civili distingui norunt, atque in « civili matrimonio merum civilem actum exercere intendunt (quod non « possunt non intendere si ipsis, licet falso, persuasum est se verum « matrimonium inire non posse), matrimonium validum non contrahunt. « Si autem solum dubitantes vel etiam putantes se non posse contra- « nere, volunt tamen ambo, quantum possunt, verum matrimonium « inire, matrimonium valet ». Et proprius ad rem haec tradit Aichner, *Compenä. Iur. Eccl.,* ad 10, pag. 692, nota 32: «Disputatum est an « matrimonia mixta civiliter contracta valida sint in regionibus in quibus « non viget impedimentum clandestinitatis. Vera responsio est ipsa esse « valida in dictis locis, nisi constet contrahentes intendere voluisse per « contractionem coram magistratu civili solummodo caeremoniam civi- « lem peragere, et postea coram parocho proprio matrimonium eccle- « siasticum perficere. Nam, hoc probato, nullum esset matrimonium « civile. Ergo praesumptio stat pro valore, sed haec non est praesumptio « iuris et de iure, quae probationem contrariam excludat, sed mera « praesumptio iuris quae eam admittit ». Haec doctrina respondet declarationibus S. Officii, dierum 2 decembris 1866, 6 septembris 1876 et 2 iulii 1892, in quorum postrema ad archiepiscopum Coloniensem edicitur: « Praesumptionem stare non pro nullitate, imo vero pro vali- « ditate utrorumque matrimoniorum (idest mixtorum), sive civiliter sive «coram ministro-acatholico clandestine contractorum, quae ibidem a « iure Tridentino eximuntur ». Nec alia est etiam doctrina huius S. Tribunalis in una *Argentinen. Nullitatis Matr.* coram Heiner; inibi haec traduntur: « Quare in omni casu praesumi potest vel debet protestantium « matrimonia, coram magistratu civili contracta, esse valida, nisi aliud « impedimenta rn dirimens obstet. Idem in genere dicendum est relate « ad Germaniam de matrimonio mixto contracto in locis non Tridentinis, « sive decretum *Tametsi* de facto, propter omissionem publicationis, vim « legis non habuerit, sive quoad matrimonia acatholica et mixta per « extensionem declarationis Benedictinae a Sede apostolica derogatum «fuerit. Quia in hisce locis quivis consensus matrimonium efficit, prae-

«sumendum est etiam partem catholicam quae ecclesiastici matrimonii « celebrationem negligat, saltem coram magistratu civili verum matrimo- « nium inire intendisse. Verum si quis affirmat matrimonium suum civili- « ter contractum nihilominus esse invalidum, haec assertio probari debet ».

Tertio, Rmi PP. adnotarunt, cum in dictis matrimoniis ex allegatis iuribus praesumptio militet pro validitate, coniugum confessionem, et a fortiori unius tantum, etiamsi iuratam, non sufficere ad vinculi dissolutionem declarandam, nedum quia reiicitur ex instruct. Austriaca quoad causas matrimoniales art. 148, sed etiam quia non admittitur iuxta supra citatam declarationem S. Officii an. 1866 (Cfr. Vering., *Arc7tiv.,Y*, 41, p. 294), quae ita se habet: « A suprema S. C. S. Officii examinatum « est quod die 7 iunii huius anni proposuisti dubium super validitate « matrimonii an. 1863 Bonnae initi a Titio et Sempronia. Ambigi non « potest matrimonia mixta in ista tua dioecesi non servata forma Gon- « cilii Tridentini, ideoque civiliter tantum contracta, ut tu ipse probe « advertís, vi Brevis Pii VIII diei 25 martii 1830, esse valida. Nihilo- « minus in dubio a te exposito agitur de casu particulari, qui, inspe- « ctis omnibus adiunctis, expendi debet, et agitur de causa matrimo- « niali quae iuxta acta formaliter assumpta diiudicari debet. Hinc «Emi Patres Gardinales una mecum Inquisitores existimarunt tum virum « tum mulierem ad formale examen revocare, ut iurisiurandi sancti- « tate deponant utrum absque praesentia parochi verum se matrimo- « nium inire reputaverint an non; et quatenus id non reputassent, affir- « mationem suam, quo melius poterunt, enitantur probare ». Ergo pro declaratione nullitatis matrimonii civiliter initi non sufficit affirmatio coniugum se reputasse non inire verum matrimonium, sed hoc debet concludenter probari.

In facto. - Post hoc Rmi Patres ad factum expendendum gressum facientes, praemisso quod in casu quaestio est de matrimonio mixto et quod neuter ex contrahentibus ex alias animadversis adstringebatur lege Tridentina, retinuerunt non satis esse probatum, sive ex deductis in primo processu sive in suppletivo, Antonium in celebratione Londini facta matrimonii tantum intendisse civilem caeremoniam et non potius verum matrimonium, proindeque adhuc manente praesumptione pro valore initi connubii, concluserunt pro confirmatione appellatae sententiae.

Re quidem vera tota quaestio in praesens ad hoc reducitur, nempe ad investigationem utrum in controverso matrimonio adstiterit verus consensus maritalis, vel contrahentes potius tantum intenderint caeremoniam civilem et non verum matrimonium inire.

Profecto contrahentes erant de iure habiles; at Antonius excipit se ignorasse matrimonium civile Londini contractum potuisse valere etiam coram Ecclesia: « Facendo il matrimonio civile con la Bernadth, io non «avevo affatto cognizione del fatto che il matrimonio semplicemente « civile, anche senza celebrazione ecclesiastica, fosse valido anche avanti «la Chiesa ».

Sed haec ignorantia vel iuris error de sé non est sufficiens ad excludendum consensum in verum matrimonium ex sequenti ratione, quam tradit Sánchez *(De matr.,* lib. 2, diss. 33) : « Quia si haereticus « credat baptismum esse rem irrisoriam nihilque valere, vere baptizat « si vere intendit facere quod potest et intendit Ecclesia, ut fatentur « omnes, et ita cum errore valoris baptismi est compossibilis consensus; « ergo similiter in nostro casu, quamvis hi errent credentes non valere « matrimonium, possunt habere legitimum consensum, eumque habent si «intendant facere quod possunt et intendit Ecclesia »; et inferius auctor addit coniugibus hunc consensum impugnantibus in foro externo non credi. « Observandum est in foro externo his non adhiberi fidem si nega- « rent se consensisse, secus in foro conscientiae ». Unde in themate Antonius deberet positive demonstrare se limitasse intentionem seu consensum ad meram caeremoniam civilem vel prosecutionem concubinatus, quod non valet perficere.

Idem etiam tradit Carriere *(De Matr.,* p. 329 et seqq.): « Vel ille qui « se impedimento ligatum existimabat, ita animum habebat idea impedi- « menti detentum, adeoque sibi persuasemi se actu nubere non posse, ut « ne ad illud quidem volendum cogitare t et solummodo concubinatum « quaereret, et tunc irritum est matrimonium, quia evidens est non « adesse consensum necessarium. Vel sive ex ignorantia sive ex inad- « vertentia voluit revera et intendit matrimonium contrahere, ita ut cen- « seri possit illud voluisse quantum in se erat, et tunc valet matrimo- « nium, quia voluntas contrahendi est voluntas praedominans vel « alligatur conditioni de praesenti, quae, cum existat, statim voluntas « sortitur suum effectum ».

Age vero, si attendantur tum depositiones contrahentium, tum facta quae praecesserunt vel comitata vel subsecuta sunt impugnatum matrimonium, adeo scatet de maritali praestito consensu ut praesumptio dici possit conversa in veritatem. Interim ad controversiae claritatem sedulo distinguenda venit causa contractus in specie ab eius obiecto. Causa est motivum impellens ad contrahendum, obiectum est mutua corporum traditio ad prolem procreandam, seu consortium omnis vitae, uti aiebant Romani, et hic contractus est mere consensualis; unde illud axioma: « matri-

« monium facit consensus, non concubitus», quod viguit iure Decretalium, et post caput *Tametsi* in locis non tridentinis usque ad novissimum decretum *Ne temere.* Ratio impellens in casu ex parte Antonii fuit praecipue timor, ne eum pater exhaeredaret iuxta leges civiles germánicas recentes, dantes hanc facultatem parentibus in filios discolos; ex parte mulieris liberatio a molestiis vexationis qua premebatur a patre eiusdem Antonii, vel etiam, si Iubeat, aucupatio divitiarum quibus florebat Antonius, sed hoc nil commune habet cum quaestione consensus seu eius obiecto.

Hisce declaratis Rmi Patres existentiam maritalis consensus primo firmari arguerunt ex depositione coniugum in iudicio formiter emissa. Ex toto contextu depositionis Ludovicae id constat et tantum satis sit sequentia allegare verba: « Io naturalmente l'ho ritenuto come un vero « matrimonio, per mezzo del quale noi ci dovevamo appartenere per « sempre come marito e moglie. Nel tempo stesso sono convinta che « Antonio Hospelt diede l'istessa importanza all'atto civile come gli « diedi io. Nel giorno del matrimonio egli mi disse: " Ecco, moglietta, « adesso siamo uniti per la morte, adesso nulla ci può più separare „ »; Quis negare poterit ex hisce verbis non apparere de consensu vere maritali praestito ab uxore? Ad hoc addendum quod ipsa, in suis litteris ad Antonium scriptis in mense antecedente matrimonium, eum vocat non semel maritum.

De eodem maritali consensu constat similiter ex Antonii depositione: « La Lucia Bernardth - ipse ait - si ritenne in base al matrimonio « fatto a Londra come mia vera moglie, come anche io mi ritenni per « suo vero e legale marito. Non si è parlato mai tra noi di matrimonio « ecclesiastico: la Bernadth non aveva religione affatto ». Si itaque Antonius sese retinuit non solum ut legalem sed etiam uti verum maritum, profecto dicendum est ipsum non intendisse exclusive caeremoniam civilem sed etiam verum consensum in matrimonium praestitisse; Neque id enervatur, ut alias notatum est, ex facto quod ipse de matrimonio ecclesiastico non cogitavit, vel quod ignorabat matrimonium esse posse validum quamvis non celebratum coram Ecclesia, sed tantum coram civili magistratu, nam haec inadvertentia vel ignorantia rei naturam destruere vel immutare non valet, ut ait Card. D'Annibale, *Sum. Theol.,* V, 3, n. 488, in nota n. 45, ed. ul.: « Non obstat opinio quae apud illos (Orientales « graeci ritus) iamdiu invaluit matrimonia celebrata sine parocho et « duobus testibus nullius momenti esse, quia falsa nostra existimatio « rei veritatem non mutat, quo iure utimur, quin imo exinde iure « inferri potest praestito consensui nullam limitationem fuisse apposi- « tam ». Nec item dici potest Antonium intendisse unionem solubilem

iuxta legem civilem in dando consensu. Nam a iudice interrogatus: « Ha « lei riflettuto prima del matrimonio e si è reso conto che cosa sarebbe « stato più tardi di lei e se lei sarebbe stato sempre con Luisa Ber- « nardth? », ipse respondit: « lo non vi ho riflettuto: io ero terribile « mente innamorato di lei, e la volevo proteggere dalle insidie di mio «padre». Idem dicendum est de dubiis in eo exortis, circa intentionem ex parte Ludovicae: « Quantunque io non ritenessi per vere le espres- « sioni dette dalla Bernardth, pur mi vennero forti dubbi sulla inten- « zione onesta della medesima ». Sed ipse erat amoris aestu obcoecatus, et exorta proinde dubia animum eius mutare non valuerunt. Nec demum argui licet in Antonio contraria intentio perpetuitati initi matrimonii cum Ludovica, ex facto quod ipse post initum civile matrimonium voluit ducere Mariam Asbach, quam iam ab adolescentia amabat.

Haec enim cum ista muliere relatio, qualiscumque fuerit, nonnisi Antonii levitatem et inconstantiam designat, quae animi levitas et inconstantia etiam maior deprehenditur, si attendatur Antonium post celebratum matrimonium cum aliis quoque mulieribus conversatum fuisse.

Item Rmi Patres retinuerunt Antonium nullimode iuvari posse in instituta actione a novis testium depositionibus vel declarationibus. Quod enim eius mater dicit: « Ebbi sempre la convinzione che la rela- « zione di mio figlio con la Bernadth, non fosse un matrimonio valido »;' hoc tantum eius opinionem exprimit. Idem dicendum de depositionibus parochorum Kremer, Steinberg et Ditges stantium pro nullitate controversi matrimonii, vel referendum hanc opinionis praevalentiam in catholicis Germaniae quoad matrimonia civiliter inita in locis non tridentinis absque ecclesiastica forma: proindeque haec destruere non valent exceptiones factas in appellata sententia contra depositiones testium in primo processu.

Idem senserunt de nova depositione facta a teste advocato Wirt ad minuendam credibilitatem reae conventae Ludovicae non satis suffragante, circa quoddam privatum colloquium quod ipse habuerat cum Ludovica die subsequente, nempe die 15 decembris anni 1908, eius examini coram iudice delegato in civitate Carlsruhe. « In questo colloquio « ella mi raccontò fra l'altro di avere deposto neu" interrogatorio, che « dopo il matrimonio civile a Londra, essa partì con l'Hospelt alla volta « di Carlsruhe, con l'intenzione di fare le pratiche per il matrimonio « religioso, secondo le prescrizioni della Chiesa cattolica. Ella ritenne « questa deposizione come dannosa per l'Hospelt (quam circumstantiam « Antonius in iudicio denegavit). Nello stesso tempo disse che era stata « consigliata a presentare lettere, il cui contenuto sarebbe stato pari-

«menti dannoso per lui. Dichiarò inoltre di essere pronta a non pre-« sentare al processo le lettere e così deporre a vantaggio di lui, se fosse « stata corrispondentemente soddisfatta. Disse poi di voler andare dal « signor Cardinale, se non venisse finanziariamente soddisfatta ». Hae siquidem litterae a Bernardth fuerunt exhibitae, ut testis refert in prima depositione, et non apparet ullam fuisse datam compensationem ; neque Bernardth de hac circumstantia in iudicio fuit interrogata. Quare Rmis Patribus allata testis relatio non tanti ponderis visa fuit ut evertere possit depositiones iudiciales Ludovicae, quae utpote stantes pro valore matrimonii fruuntur iuris favore iuxta art. 149 citatae instructionis Austriacae.

Eumdem calculum Rmi Patres putaverunt esse adiiciendum argumento defensoris et deducto sive ex secreta relatione, ut ut iurata, morum investigatoris Adrian circa inhonesta facta vel dolos Ludovicae ad illaqueandos libidine viros, vel literis secretis Heineman a patre Antonii rogati ad mores mulieris et vitam investigandam et exosum matrimonium impediendum. Hae quidem turpitudines revelant malum animum Ludovicae, sed in causa matrimoniali obstare nequeunt quominus ipsa ut rea conventa audiatur et eius depositiones recipiantur, quoadusque ipsa de mendacio non convincatur. Neque obtendi valet ipsam verum maritalem consensum praestare nequivisse, tum quia erat pluribus viris iam desponsata, tum quia pertinebat ad sectam evangelicam quae matrimonii solubilitatem admittit. Verum hoc ultimum idest erronea persuasio Evangelicorum circa matrimonii solubilitatem eorum matrimonia irritare non valet, quia ipsi intendunt celebrare matrimonium iuxta voluntatem Christi, qui illud indissolubile instituit, et generalis persuasio absorpta manet a praedicta intentione (cfr. Benedict. XIV, *De synod, dioec.*, lib. 13, c. 21 et Gury cum notis Ballerini v. 2, pag. 723 in nota). Unicus casus, iuxta decisionem S. Officii diei 2 dec. 1680, est si huiusmodi intentio foedandi vel solvendi matrimonium sit in pactum deducta vel cum ea conditione contractum.

Ad alterum seu primum difficultatis punctum responderi potest, quod duo in casu sedulo distinguenda sunt, nempe voluntas ineundi matrimonium et voluntas, initi matrimonii obligationes non servandi. Si de hoc secundo quaeratur et expendantur sequentia verba Ludovicae ante tempus ineundi matrimonium prolata, de quibus deponit Antonius et quae refert testis Adrian, « Ora l'ho preso proprio nella rete, potrei « poi fare divorzio e ricevere una somma e poi sarei capace di sposare « l'antico amante », certe de prava eius intentione ambigi non posse videtur. Sed cum haec intentio in pactum non fuerit deducta, ex ea

argui non potest nullitas matrimonii sed tantum perversa voluntas obligationes eius pessumdandi. Sed aliud dicendum de primo seu de firma eius voluntate matrimonium celebrandi; praeterquam enim datus maritalis consensus invicte probatur ex eius iudiciali confessione, is etiam eruitur ex facto quod Ludovica impulit Antonium ad iter arripiendum in Londinum, ut inibi copia adesset optatas nuptias contrahendi, item deducitur ex eius literis. Ita in una epistola ad dominum Heinemann, dum Ludovica se conqueritur de impedimento ab Antonii patre obiecto ad matrimonium et sese purgat ab accusatione sibi facta de turpi relatione cum eodem Heinemann, haec ait: « Heri vesperis cum ipso An-« tonio locuta sum. Dixit se id nullomodo credere posse, id quod certe « mihi iam magno solatio est. Scis enim quantopere eum amem et « quantopere mihi terrori esset, si mihi fidem non haberet », scilicet ob antecedentia inita sponsalia.

Ulterius Rmi Patres firmitatem impetiti coniugii coniecerunt ex iis quae illud praecesserunt, comitata et subsecuta sunt. Sane inter Ludovicam et Antonium sponsalia extiterant, quibus ipse Heinemann interfuerat, et quorum fidem Antonii pater abrumpere conatur et ope plurimorum amicorum utitur ad invisum matrimonium eludendum. Stante hac oppositione amor Antonii erga Ludovicam potiusquam defervescere augescit: «Noi vogliamo lavorare e sposare, poiché seguitare così a « vivere con te non posso più, e tu, buona, mi basti; piuttosto poveri e « felici che ricchi e dipendenti », ex epistola Antonii ad Ludovicam die 3 novembris 1903, et inibi etiam: « In faccia a tutto il mondo voglio « essere solo il tuo marituccio legitimo ».

Antonius, Ludovica suadente, ut finem consequeretur celebratione nuptiarum optatarum et ad patris iram effugiendam, cum eadem convolat in Londinum ibique ex interpositis obicibus paternis retardatum peragit matrimonium, indeque inter coniuges instituitur vita maritalis, quae durat usque ad aestatem anni 1904. Iam vero ex praemissis factis quis credet sponsos voluisse tantum civilem caeremoniam perficere, et non potius verum matrimonium, quod in Germania inire non potuerunt extante patris Antonii oppositione? Utique Antonius de matrimonio ecclesiastico non cogitavit; sed hoc, ut superius expensum est, non impedit quominus tali celebratione ipse voluerit complere obligationem quam per inita sponsalia susceperat, et hoc sat est ad constabiliendum quod datus "consensus, quamvis illicitus, ex utraque parte fuerit vere maritalis, proindeque, iure naturali et Decretalium inspecto, matrimonium consistit, cum contrahentes capite *Tametsi* Concilii Tridentini non tenerentur.

Quibus omnibus in facto et in iure perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus *non constare de nullitate matrimonii in casu;* seu ad propositum dubium respondemus: *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam,* - statuentes praeterea actorem teneri ad omnes iudicii expensas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut executioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. 25, *De Reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae die 10 iunii 1912.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani,
Antonius Perathoner.

S. Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM CURIAE ROMANAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

27 Settembre 1912. — Protettore dell'Istituto delle Suore della santa Famiglia di Reimet (Bruxelles), l'Emo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte.

Camerieri Segreti Soprannumerari!

5 Agosto 1912. — Mons. Evangelista Pereira Barros, dell'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.

17 Agosto — Mons. Anselmo Poock, della diocesi di Salford (Inghilterra).

20 Agosto. — Mons. Giovanni Pietro Martin, della diocesi di Pinerolo.

27 Agosto. — Mons. Sigismondo Pawlowscki, Parroco a Kolomyia, della diocesi di Leopoli.

Camerieri d'onore in abito paonazzo:

27 Agosto 1912. — Mons. Giulio Boccali, della diocesi di Perugia.

28 Agosto — Mons. Porfirio de Souza Martins, Cancelliere vescovile della diocesi di S. Carlo del Pinhal,

9 Settembre. — Mons. Gaetano Pierini, della diocesi di Cortona.

— Mons. Pellegrino Fini, della medesima diocesi.

19 Settembre. — Mons Luigi Ferrari, della diocesi di Vicenza.

Camerieri d'onore extra Urbem:

8 Agosto 1912. — Mons. Luigi Mulas, della diocesi di Ogliastra (Sardegna).

27 Agosto. — Mons. Adolfo Faeh, della diocesi di S. Gallo (Svizzera).

Cappellano d'onore extra Urbem:

16 Agosto 1912. — Mons. Pietro Kragic, della diocesi di Sebenico.

NECROLOGIO.

25 Settembre 1912. — Mons. Enea Mac Farlane, Vescovo di Dunkeld.

Annus IV. - Vol. IV. Die 15 Octobris 1912. Num. 19.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

INDULGENTIAE PARTIALES CONCEDUNTUR FIDELIBUS REIPUBLICAE MEXICANAE, IACULATORIAS PRECES IN HONOREM GUADALUPENSIS VIRGINIS RECITANTIBUS.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Cura sit Nobis nihil antiquius quam ut christianus populus crebris precationibus Deum eiusque virginem Matrem honoret, ac divinam sibi misericordiam conciliet ; ita pro cunctae Mexicanae ditionis fidelibus qui, ut infra, oraverint, caelestes Ecclesiae thesauros libenti quidem animo reseramus. Quare, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi, atque auditis etiam venerabilibus fratribus Nostris sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, omnibus ac singulis utriusque sexus in tota Republica Mexicana degentibus fidelibus, qui corde saltem contrito unam vel alteram ex sequentibus iaculatoriis precibus sive vulgari sive quolibet alio idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitaverint, quotiens id egerint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes etiam, animabus christifidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse, misericorditer in Domino concedimus et largimur. Preces haec erunt: « Virgen de Guadalupe, Reina de México, salvadnos ». - « Santa Maria de Guadalupe,

Esperanza nuestra, salva á nuestra patria ». In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die **VII** septembris MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro Dno CARD. MERRY DEL VAL, a Secretis Status.

N. Canali, *Substitutus.*

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

DECRETUM.

CONCEDITUR ORATIONEM « OBSECRO ETC. » RECITANTIBUS, REMISSIO DEFECTUUM ET CULPARUM QUAS IN SACROSANCTAE MISSAE SACRIFICIO LITANDO CONTRAXERINT.

Quod iam superiori tempore a plurimis spectatae pietatis sacerdotibus actum apud apostolicam Sedem reperitur, nunc iterum innovatum est, ut nimirum supplices exhibeantur preces, ad obtinendam in favorem recitantium, post Missae Sacrificium celebratum, vulgatam devotissimam orationem *Obsecro te, cinicissime Domine* etc., remissionem defectuum et culparum in eo litando ex humana fragilitate contradarum : quemadmodum a s. m. Leone Pp. X pro recitantibus orationem *Sacrosanctae* etc. post divinas Laudes indultum est. Has preces, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii die 29 augusti 191$ impertita, humiliter porrectas Ssmus D. N. Pius div. prov. Pp. X peramanter excepit, et concedere dignatus est ut sacerdotes omnes, praefatam orationem post oblatum divinum Mysterium recitantes, optatam, ut supra, remissionem, rite dispositi, ac, nisi impediantur, genuflexi, consequi valeant; simulque declaravit, Indulgentiam trium annorum, a s. m. Pio Pp. IX, die 11 decembris 1846, praedictae orationi adnexam, in suo robore permanere. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. ©.S.

f D. Archiep. Seleucien., *Adsessor S. O.*

ORATIO.

Obsecro te, (mitissime Domine iesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar: vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter: aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum: mors tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exsultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

10 aprilis 1912. — Metropolitanae ecclesiae Torontinae praefecit Revmum D. Nilum Me Neil, hactenus archiepiscopum Vancouveriensem.

6 maii. — Cathedrali ecclesiae Cuernavacensi sac. Emmanuelem Fulcheri, archidioecesis Mexicanae, ibique canonicum ecclesiae metropolitanae et rectorem seminarii dioecesani.

15 maii. — Cathedrali ecclesiae Antigonicensi sac. Iacobum Morrison, dioecesis Carolinopolitanae, parochum ecclesiae vulgo *Vemon River.*

8 iulii. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Palmyrensi Revmum D. Antonium Sardi, hactenus episcopum Anagninum.

31 iulii. — Metropolitanae ecclesiae Vancouveriensi Rmum D. Timotheum Casey, hactenus episcopum S. Ioannis in America.

1 augusti. — Metropolitanae ecclesiae Portalegrensi in Brasilia Rmum D. Ioannem Becker, hactenus episcopum Florianopolitanum.

2 augusti. — Cathedrali ecclesiae S. Ioannis in America sac. Eduardum Le Blanc, parochum S. Bernardi in archidioecesi Halifaxiensi.

o *augusti.* — Titulari ecclesiae episcopali Delcensi sac. Henricum Haehling de Lanzenauer, decanum capituli cathedralis Paderbornensis quem constituit Auxiliarem Revmi D. Iosephi Schulte, Episcopi Paderbornensis.

10 augusti 1912. — Metropolitanae ecclesiae Hydruntinae Rmum Iosephum Ridolfi, hactenus archiepiscopum titularem Apamensem.

12 augusti. — Cathedrali ecclesiae Cenomanensi sac. Raymundum de la Porte, dioecesis Versaliensis, parochum decanum ecclesiae B. M. V. in urbe Versaliensi.

26 augusti. — Titulari ecclesiae episcopali Uranopolitanae sac. Dominicum Carrerot, Ordinis Praedicatorum, et superiorem conventus loci vulgo *Gonceiçâo do Araguaya* in Brasilia.

27 augusti. — Cathedralibus ecclesiis Pennensi et Atriensi sac. Carolum Pensa, presbyterum oblatum S. Caroli in Mediolanensi archidioecesi.

28 augusti. — Archiepiscopali ecclesiae Spoletanae sac. Petrum Pacifici, Congregationis Somaschae.

— Cathedrali ecclesiae Balneoregiensi sac. Aemilium Poletti, dioecesis Comensis, ibidem parochum loci vulgo *Menaggio.*

14 septembris. — Titulari ecclesiae episcopali Himeriensi Revmum D. Ioachim Iosephum Vieira, hactenus episcopum Fortalexiensem.

16 septembris. — Cathedrali ecclesiae Fortalexiensi in Brasilia Rmum D. Emmanuelem da Silva Gomes, hactenus episcopum titularem Mopsuestanum.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PRO NEGOTIIS RITUS ORIENTALIS.

NOMINATIONES EPISCOPORUM.

Brevibus apostolicis nominati sunt:

14 septembris 1912. — *Archiepiscopus Babylonensis Syrorum,* Rev. D. Moyses Dallai.

— *Episcopus Jazirensis Syrorum,* R. D. Michael Malche.

— *Episcopus titularis Danabensis et Auxiliaris Patriarchatus Syri,* R. D. Dominicus-Abdalahad Tappuni.

— *Episcopus titularis Arethusius,* R. D. Moyses Sarkis, chorepiscopus ritus Syri.

SAGRA CONGREGATIO
PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DE PENSIONIBUS IN LUSITANIA E PUBLICO AERARIO CLERO ASSIGNATIS.

Ex audientia Ssmi die 12 octobris 1912.

Cum quaestio sanctae Sedi proposita sit de pensionibus in Lusitania e publico aerario vi iniquae legis *de Separatione* clero assignatis, beatissimus Pater, exquisita prius sententia peculiaris coetus Patrum Cardinalium e S. Congregatione pro Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis, referente me infrascripto eiusdem S. Congregationis Pro-Secretario, declarandum esse iussit: praedictam legem, iam Litteris encyclicis « Iamdudum » diei xxiv maii anni proxime elapsi sollemniter damnatam, ab omnibus esse reiiciendam; item improbandum esse recens Reipublicae decretum diei x iulii huius anni, quod episcoporum auctoritatem laedit, curionesque, qui pensiones accipiant, in sacro ipso munere perfungendo» ab oboedientia erga legitimos praepositos suos avertere ac iurisdictioni civilis potestatis iniuste subiicere nititur; sacri ordinis viros, qui eisdem pensionibus a Gubernio oblatis mira constantia magnoque animo renuntiarunt, summis laudibus decorandos; eorum vero qui, egestate forte impulsi, ad quam iniqua lege misere redacti sunt, ad vitam sustentandam illas acceperint, cum hoc tamen apud fideles Lusitanos, ob singulares temporis, loci ac personarum conditiones, multum habeat offensionis, officium esse ut scandalum amoveant, qua de re stent mandatis episcopi.

Et ita Sanctitas Sua publicari et servari mandavit, contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Pro-Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

LUGDUNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ROGNJN-SAILLET).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 28 iunii 1912, RR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa «* Lugdunen. - Nullitatis matrimonii *», instante pro appellatione Defensore vinculi Lugdunensis dioecesis, inter* Felicem Rognin, *repraesentatum per legitimum procuratorem adv. Henricum Benvignati et* Iuliani Saillet, *interveniente et disceptante in causa Defensore vinculi ex officio, sequentem tulerunt* defitivam sententiam.

Felix Rognin, dum Lugduni stipendia militaria merebat, erga filiam venusiani cauponarii, Iuliam Saillet, puellam sexdecim annorum, amore captus est, eamque a matre in uxorem petiit. Cum connubium propositum optimam spem afferre videretur futurae felicitatis filiae, libenter annuit mater atque Iuliae, quae alium iuvenem amabat, persuasit ut matrimonio cum Felice consentiret. Sponsalibus initis mense augusti, die 2 octobris anno 1900 matrimonium rite coram Ecclesia celebratum est. In maritali consortio dissensiones non defuere, partim ex egestate sponsorum exortae, partim ex mutua eorumdem culpa. Tandem post septem annos coniugii, vitae consuetudo inter ipsos omnino abrupta est, et civile, ut aiunt, divortium a laico magistratu decretum est. Mulier cum alio viro civiliter se coniunxit, et Felix Rognin, ut sibi libertatem recuperaret, iudicem ecclesiasticum adiit, ut declarationem nullitatis sui matrimonii cum Iulia Saillet peteret ex capite vis et metus, cum sibi persuasum esset Iuliam non libere, sed ex metu a matre incusso, nuptias cum ipso iniisse. Curia Lugdunensis sententiam pro matrimonii nullitate in primo gradu tulit, et appellante vinculi Defensore ad normam Constitutionis Benedictinae *Dei Miseratione,* eadem causa nobis hodie proponitur sub consueto dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

In iure. - Ex celebri capite *Cum locum, M, De sponsalibus* in libro 4° Decretalium, nec non ex capitibus 15 et 28 eiusdem tituli, deducunt Doctores per metum gravem, iniuste a causa libera incussum ad

extorquendum consensum matrimonialem, matrimonium, saltem iure ecclesiastico, dirimi. Sufficit quod metus relative gravis sit, seu quod talis sit pro metum patiente, qui credit, non vana quadam aestimatione sed serio, malum grave sibi imminere cui difficulter omnino occurrere potest.

Potest etiam matrimonium irritare metus reverentialis, seu « futuri « mali existimatio, quod ab his metuimus in quorum potestate sumus » (D'Annibale, vol. 1, n. 138, not. 16), quotiescumque nimirum dici potest metum reverentialem patientem imperio coactum patris, domini, etc., matrimonium contraxisse (D'Annibale, vol. 1, n. 138, not. 16; Sánchez, *De matr.,* lib. 4, disp. 6, n. 7, 11, 12, 13, 14; Reiffenstuel, III, tit. 31, num. 115; Coscius, *De sep. thori,* lib. 3, cap. 4. n. 67). Haec doctrina cohaeret cum illa quae passim ab Auctoribus traditur, metum nempe reverentialem non obstare validitati consensus, quippe qui de sua natura tantummodo levis est et bonis substantialibus matrimonii non opponitur. Invitus enim non facit, qui ideo facit ut morem alterius gerat (D'Annibale 1. c). Nec inexperta puella, quae, fidens amori, experientiae et prudenti iudicio patris, nec non desiderio ac proposito eiusdem felicitati suae prospiciendi, malit sponso ab illo delecto, etsi aliquantulum sibi inviso, adhaerere, quam alium virum sibi eligere, dicenda est gravem coactionem subiisse. Imo tenentur filii petere parentum consilium, licet idem sequi non obligentur. Ait Sánchez, lib. 4, disp. 23, n. 12 in fine: « Ad 3 die tantum probare, esse valde honestum sequi parentum « consensum, et esse praeceptum petere (eorum) consilium ». Parentes vero consilia data urgere possunt, etiam modica coactione adhibita, ut idem auctor docet, lib 4, disp 22, n. 5: « ... potest enim pater increpa- « tione paterna cogere filium ad certum matrimonium. Sic tenet Gof- « fredus ... ubi haec ait, non potest pater absolute cogere, sed modica « coactione, scilicet, increpatione paterna. Idem docent, etc ».

Ideoque, ut metus reverentialis dicatur gravis, generatim requirunt Auctores ut sit qualificatus, seu ut habeat aliquid adiunctum, verbera, nimirum, aut minas, aut preces instantes et importunas.

In casu rariori metus reverentialis gravis esse potest sine tali adiuncto, quando nempe indignatio diuturna parentum apprehenditur a metum patiente tanquam malum grave, quod aliter evitare nequit nisi consentiendo matrimonio ab iisdem imposito. Ut vero probetur in foro externo, eiusmodi debet esse circumstantiarum complexus, ut explicari nequeat nisi per absolutam coactionem (V. Gasparri, vol. 2, num. 942, ed. 1904; Wernz, n. 264, ed. 1911 ; D'Annibale, 1. c. ; Sánchez, lib. 4, disp. 6, n. 14, 15).

in aestimandis huiusmodi circumstantiis, ex quibus innotescere potest utrum pars metum passa putaverit sibi imminere malum grave difficulter evitandum, ratio habenda est sexus eiusdem, indolis, educationis; indolis quoque et morum inferentis metum, atque amborum ad invicem relationum, ut monet instructio S. Officii diei 20 iunii 1883, n. 35, 36.

In facto. - De indole imperiosa matris sponsae, et de indole filiae submissa et timida, deponunt plures testes, uterque sponsus nempe, Octavia Glènat, eiusque soros Eudoxia, quae matrem Iu-liae vero semel vel bis tantum viderunt, et Andreas Delhomme, qui ultimus ait: « Pen- « dant un an environ j'ai vu souvent madame Saillet au moins deux ou « trois fois par mois. Elle m'a paru extrêmement autoritaire ; tout pliait « devant elle.

« C'était un tempérament sanguin, violent. Son mari, comme ses « deux filles, marchaient à son commandement, sans réplique ».

De modis coactionis a matre adhibitis unus tantum datur immediatus testis praeter actricem: duo sunt testes de auditu, qui deponunt ex scientia quam habuerunt tempore non suspecto, sorores Glènat; quae proinde confirmare possunt ea quae ab ipsa sponsa attestantur, sed ex sese probationem concludentem non efficiunt. Alii testes, Actor nempe, Remigius Vaillant, Xaverius Constantin, et Aloisia Dion, nonnisi post matrimonium et dissensiones exortas, ac proinde tempore suspecto, a sponsa acceperunt id quod de coactione ipsius deponunt.

Magni ponderis est confessio coniugis in favorem vinculi matrimonialis facta, si aliunde constet eum ab illo vinculo liberari velle; magisque augetur vis testimonii ipsius, si tamquam subiectum metus de praetenso impedimento vis et metus deponat, cum natura huiusmodi impedimenti in actu apprehensionis metum patientis consistat, et consequenti illius actu voluntario, quos, cum circumstantiis eorumdem et effectibus, nemo melius scire potest quam ille qui hos actus elicuerit, vel elicuisse dicitur. Adhuc crescit vis probandi huiusmodi confessionis coniugis, si, praeter illum, nullus vel unicus tantum testis ex propria scientia de metu incusso deponat, et alii omnes id dumtaxat referant quod a metum passo didicerunt. Haec omnia elementa iuridicae probationis habentur in testimonio iurato sponsae, tuliae Saillet, in casu. Praeter illam testis unicus immediatus de metu a matre incusso est Andreas Delhomme ; alii testes, ut supra relatum est, a Iulia habuerunt, sive ante sive post matrimonium, id quod de metu deponunt. Iulia ipsa a vinculo coniugali vult liberari; imo, rotunde asserit, propriam opi-

nionem de factis exprimens, se coactionem passam fuisse: « J'ai agi « sous l'empire de la crainte. Mon consentement à l'église cornine à la «mairie n'à pas été donné spontanément ». Verum, tota eius depositio clare ostendit metum, si qui adfuerit, non fuisse gravem nec iniustum, cum importunitas ex parte matris non excesserit limites coactionis modicae, quae parentibus a iure permittitur.

Imprimis notandum est, genericam affirmationem sponsae et plurium testium in casu de existentia coactionis ex parte matris, quin facta particularia vel circumstantias metus in specie adducant, non probare metum, ut docet Goscius, pluribus suffultus decisionibus S. Rotae. Ita *De sep. thori,* lib. 1, cap. 8, n. 61 et seq.: « Metus tamen pro annul« lando matrimonio non probatur per testes non concludentes de cir« cumstantiis minarum, Rota, dec. 334, n. 9, par. 12 et dec. 172, num. 7, « par. 15 et dec. 490, n. 2 et seqq. par. 18, tom. 2, rec; deponere namque « debent de metu, et circa metum, de quo in specie agitur, alias « nihil relevant. Rot. dec. 154, num. 3, part. 14, rec. Prout non relevant « ubi non deponunt de persuasionibus et minis, quae illatae fuerint « ab eo qui illas exsequi solet, Rota, d. dec. 154, n. 4, par. 14, rec. ».

Iulia recise negat adfuisse sive minas sive verbera: « Elle n'a « pas usé de menaces ni de voies de fait ».

Mater instabat pro matrimonio contrahendo, sed praecipue, imo non aliter quam per argumenta quibus in propatulo ponerentur beneficia ex illo habenda: « Elle a agi sur moi surtout par raisonnement. « Elle me prenait à part et me montrait les avantages qu'il y a pour « une femme d'être mariée à un militaire ». Ipse actor reapse ignarus fuit ullius coactionis propriae dictae: « Je devinais, ait, que la mère «exerçait une forte influence sur sa fille et la poussait vers moi; « mais je n'appris qu'après le mariage toute la pression qu'elle avait « exercée ».

Porro, Iulia nullam resistentiam opposuit matris voluntati expressae, nec dici potest eam illi renunciasse ex eo quod omnem oppositionem in irritum cedere putabat. Ait enim: « Mais si j'avais dit nettement « que je n'en voulais pas, je ne crois pas qu'elle m'eût contraint par « violence à épouser M. Rognin ».

Si ex indignatione matris malum sibi imminere putabat quod vitare voluerit, prae manibus remedium habebat, uti optime sciebat Iulia, per recursum ad patrem, cui Felix Rognin ingrata persona erat: « Mon père, ait, ne tenait pas à M. Rognin, qui ne lui était pas sym« pathique ». Iulia autem recursum ad patrem non habuit, quia nullum malum sibi timendum videbat, ut satis innuit in eius depositione :

« Si j'avais eu alors l'expérience que j'ai acquise, je n'aurais pas hésité « à dire non à ma mère, et à prier mon père de s'opposer à ce mariage ».

Aversio ipsius erga virum non eiusmodi erat ex qua praesumptio exsurgit consensus in matrimonio coacti : « Pour moi, je ne le détestais « pas, mais je n'avais pas pour lui de véritable sympathie ». Si frigidam se monstravit in occursu sponsi, hoc, aliquando saltem, tribuendum est timori Iuliae ne patri causam offensionis praeberet; narrat enim se signa laetitiae cohibuisse in reditu sponsi, ne patrem contristaretur: « Mon « fiancé fut absent quelques semaines pour une période de manœuvres « pendant les fiançailles. Quand il rentra, je fus réservée avec lui. J'aurais « craint, en me montrant empressée, de faire de la peine à mon père ».

Non ad matris indignationem declinandam, sed quia spes sibi arridebat proprios lares constituendi, Iulia ad matrimonium accessit, ut ipsa declarat: « Je me suis mariée pour me faire une situation ». Et in celebratione matrimonii de coactione quavis adhibita ne cogitavit quidem: « Je me suis laissée marier comme un enfant obéit, sans empres« sèment, sans réflexion, et comme automatiquement... J'ai dit, oui, « machinalement; je ne pensais plus à ma mère, mais, j'ai prononcé le « mot qu'il fallait prononcer ».

Tristitia ipsius et lacrimae die ipso matrimonii ex dolore proveniebant, tamquam ex causa partiali saltem, ob separationem a familia proxime eventuram: « J'ai pleuré le soir quand ma mère m'a prit à «part, autant à cause de la séparation de la famille, que parce que je «n'avais point d'attrait pour mon mari ». Et actor ipse testatur: « Made« moiselle Saillet a pleuré tout le long du jour, surtout à l'église... Je « pensais que c'était l'émotion qui gagne beaucoup de jeunes filles ce «jour-là».

Haud omnino tamen demissum animum habebat, cum in coetu nuptiali hospites cantu delectare potuerit. Ait testis Octavia Glènat: « Elie se fit même beaucoup prier pour chanter. Elle chantait bien « cependant ».

De tempore post matrimonium testatur: « Je ne témoignais pas « beaucoup d'empressement à mon mari, mais je remplis néanmoins « avec simplicité les devoirs du mariage ». Septem annos perduravit cohabitatio inter sponsos, quae finem accepit ex causis quae in praetenso metu non fundabantur. Ait enim Iulia: « La cause de nos dis« sentiments était toujours la même, la gène du ménage. Je ne dispo« sais que de 90 francs par mois pour parer à toutes les dépenses; « c'était chose impossible. Mon mari ne pouvait comprendre cette impos« sibilile ».

Habita ratione, itaque, confessionis Iuliae, dicendum est minas de quibus loquitur testis Andreas Delhomme haud serio fuisse prolatas a matre. Ipse ait: « Je Fai entendue dire à mademoiselle Julie: "Si tu ne « prends pas M. Rognin, je te déshériterai, et te ferai enfermer dans une « maison où l'on enferme les jeunes filles qui ne veulent pas obéir". Elle «.ajrépeté ces menaces plusieurs fois devant moi dans l'intimité ». Non aderat hic testis colloquiis privatis inter matrem et filiam, in quibus filia iam a matris rationibus persuasa erat se meliorem partem eligere nubendo Felici Rognin: ideoque verba matris, materialiter minas continentia, aliam significationem Andreae videbantur praeseferre, aliam Iuliae, quae ex ipsis nullum malum [sibi imminere putabat. Ipse actor ait: « Je ne pense pas que madame Saillet eût pu aller jusqu'à faire « enfermer sa fille si elle me refusait, mais elle aurait pu la priver d'af- « faires de toilette, qui tiennent beaucoup au cœur des jeunes filles ». Privatio vero luxus cuiusdam in vestitu, data praesertim conditione inferiori familiae sponsae, haud malum grave aestimari potest.

Et exagérasse dicenda est Iulia, dum sororibus Glènat de minis exhaereditationis loquebatur, si istae quidem [accurate referant quod audierant, cum, sub fide iuramenti deponens, easdem 'adfuisse omnino neget. Si accurate referant, dicimus, quia hae duae testes non conveniunt in testando de eo quod simul audierant a sponsa. Octavia ait: « Mlle Saillet me dit, ma sœur présente, que sa mère la déshériterait si « elle persistait à vouloir épouser celui qu'elle aimait ». Eudoxia vero dicit: « Mlle Saillet nous avoua un jour, à ma sœur et à moi... qu'elle « (mater) la menaçait de la déshériter si elle le (M. Rognin) refusait ». Acceptatio vero domini Rognin, et recusatio alterius iuvenis, domini Drevet, sunt duo valde diversa; et optimam habuit rationem arcendi hunc iuvenem, ut declarat Andreas Delhomme: « Peut-être connaissait- « elle quelque tare dans la famille Drevet. Ce jeune homme, en effet, « a perdu la tête, deux ou trois ans après, et il est mort dans un asile « d'aliénés ».

Egebat filia matris consilio in re tam magni momenti; ut ipsa ait: « Je n'étais guère capable, étant donné mon âge et mon inexpérience, « de me déterminer spontanément ». Ex actis vero nullatenus probatum est matrem in consilio praestando et matrimonio urgendo excessisse limites, qui parenti unice felicitati filiae prospicienti a iure permittuntur.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et defi-

niti ve sententiamus, proposito dubio respondentes *Negative,* seu: *Non constare de nullitate matrimonii in casu.* Expensas autem iudiciales ab actore sustinendas esse decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostrani definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 28 iunii 1912.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD R. D. LENERT, PAROCHUM AD SANCTI NICOLAI DE CHARDONNET, PARISIIS, QUI DUO CONFERENTIARUM VOLUMINA BEATISSIMO PATRI TAMQUAM FILIALE VENERATIONIS OBSEQUIUM EXHIBUIT.

Monsieur le Curé,

Le Souverain Pontife a accueilli avec une particulière bienveillance l'hommage que vous Lui avez fait des deux volumes, dans lesquels vous avez résumé vos conférences dominicales sur les erreurs contemporaines. Sa Sainteté vous félicite d'avoir popularisé les enseignements du Saint-Siège sur ces matières si actuelles et si importantes, en commentant dans un style clair et concis le Syllabus de S. S. Pie IX et l'Encyclique *Pascendi Dominici gregis.*

Le Saint-Père vous accorde de tout cœur, à cette occasion, la bénédiction apostolique pour vous et pour vos paroissiens.

Agréez, Monsieur le Curé, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 14 septembre 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

II.

AD R. P. D. MEUNIER, EBROICENSIUM EPISCOPUM, CONGRESSUM DIOECESANUM IN URBE PONT-AUDEMER HABITURUM.

Monseigneur,

Le Saint-Père le Pape Pie X a appris avec une haute satisfaction votre intention de tenir un Congrès diocésain à Pont-Audemer, du 6 au 9 octobre prochain.

Sa Sainteté fait des vœux pour que le clergé et les fidèles de votre diocèse, rivalisant de zèle et d'ardeur, viennent nombreux recevoir vos conseils et votre direction, afin de s'appliquer plus généreusement encore au développemment de vos œuvres catholiques, déjà florissantes. Le Saint-Père vous félicite de travailler ainsi à assurer l'organisation des associations de Jeunesse, d'orienter et de fortifier leur action apostolique, dans la soumission complète et filiale à la hiérarchie.

Ce qui peut servir à rendre la vie paroissiale plus profonde et plus active, est, en tous points, digne d'examen et d'étude.

Le Saint-Père est particulièrement très heureux de l'extension prise dans votre diocèse par l'œuvre admirable des catéchistes volontaires, dans laquelle le ministère du prêtre trouve une aide si puissante pour faire entrer dans l'esprit des enfants les notions religieuses, flambeau et règle de toute la vie.

Comme gage de succès pour le prochain Congrès, le Souverain Pontife vous envoie, Monseigneur, la bénédiction apostolique, ainsi qu'au clergé et aux fidèles qui prendront part aux séances.

Veuillez agréer, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 20 septembre 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

Iii.

AD R. P. D. MEUNIER, EPISCOPUM EBROICENSEM, OCCASIONE CONGRESSUS EUCHARISTICI IN CIVITATE LOUVIERS PROXIME HABENDI.

Monseigneur,

Il a été bien agréable au Saint-Père d'avoir eu connaissance du Congrès eucharistique que Votre Grandeur se propose de réunir à Louviers, du 19 au 22 octobre prochain. Nul objet ne peut être plus élevé *ei* plus important, puisqu'il s'agit de glorifier et de promouvoir la dévotion au saint Sacrement, la Communion fréquente et la Communion des petits enfants. Ce sont les grands moyens surnaturels qui trasforment si efficacement les¡foyers, les paroisses, les diocèses tout entiers, et auxquels le ministère pastoral doit de plus en plus faire appel. Ardemment désireux que tous y mettent une sainte émulation, le Saint-Père envoie la bénédiction apostolique, comme gage de toutes les faveurs célestes, à l'évêque, au clergé et à tous les fidèles, membres du Congrès.

Je vous prie d'agréer, Monseigneur, la nouvelle assurance de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Rome, le 20 septembre 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato dì nominare :

***11** Ottobre **1912.** —* Mons. Ludovico Schüller, *Prefetto dell'Amministrazione economica del Vicariato di Roma.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

16 Settembre 1912. — Mons. Neamatallah Garame, Corepiscopo, Rettore del pontificio Collegio Maronita di Roma.

Prelati Domestici di S. S.:

16 Settembre 1912. — Il Rev. Basilio Nadab, Vicario generale della diocesi patriarcale di Alessandria.

17 Settembre. — Il Rev. Canonico Emidio Lumini, Vicario generale delia diocesi di Prato.

— Il Rev. Ezechia Galvâo da Fontonra, Canonico arciprete della Chiesa metropolitana di S. Paolo nel Brasile.

28 Settembre. — Il Rev. Giovanni J. Tierney, della diocesi di Wilmington.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

9 Ottobre 1912. — A Sua Altezza Serenissima il Principe Alfredo di Montenuovo, primo Gran Maestro della Corte di Sua Maestà Imperiale e Reale Apostolica a Vienna.

— A Sua Eccellenza il Conte Eugenio Czernin von und zu Cmidenitz, Ciambellano della medesima Maestà Sua I. e R. A.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

9 Ottobre 1912. — A S. E. il conte Edoardo Choloniewski Myszka, primo Gran Maestro delle cerimonie di corte a Vienna.

— A Sua Altezza Serenissima il Principe Luigi Schönburg-Hartenstein, Presidente effettivo del Comitato organizzatore del Congresso Eucaristico di Vienna.

— A S. E. Massimiliano nobile Hussarek de Heinlein, Ministro del Culto e della Pubblica Istruzione per l'Austria.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 Ottobre 1912. — Al Sig. Dott. Giuseppe Neumayer, Borgomastro della città di Vienna.

— Al Sig. Carlo nobile de Brzesowsky, Direttore Generale della Polizia nella predetta città.

La Commenda dell'Ordine Piano con Placca:

9 Ottobre 1912. — Al Sig. Dott. Giuseppe Porzer, primo Viceborgomastro •di Vienna.

— Al Sig. Barone Massimiliano Vittinghoff-Schell, organizzatore del Congresso Eucaristico di Vienna.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 Ottobre 1912. — Al Sig. Dott. Giovanni Kriege, Direttore Ministeriale al Ministero degli affari Esteri a Berlino.

9 Ottobre. — Al Sig. Principe Eduardo von und zu Liechtenstein.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 Settembre 1912. — Al Sig. Gaetano Roi, della diocesi di Vicenza.

3 Ottobre. — Al Sig. Prof, architetto Edoardo Collamarmi, dell'archidiocesi di Bologna.

— Al Sig. ingegnere Luigi Reggiani, della stessa archidiocesi.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

14 Settembre 1912. — Al Sig. Armando Coppin, di Boulogne-sur-Mer, nella diocesi di Arras.

16 Settembre. — Al Sig. Ludovico Bernard-Flipo, dell'archidiocesi di Cambrai.

— Al Sig. Giulio Joire-Wattinne, della stessa archidiocesi.

— Al Sig. Stefano Bevilacqua, della diocesi di Acquapendente.

18 Settembre. — Al Sig. Giuseppe Frey, di New York.

2 Ottobre. — Al Sig. Giacomo Dumi, di Giamaica.

Il Cavalierato dell' Ordirne di S. Silvestro Papa :

17 Settembre 1912. — Al Sig. Giovanni Battista Barbieri, di Ostiano nella diocesi di Mantova.

5 Ottobre. — Al Sig. Rodolfo Gyselinx de Saint-Omer, della diocesi *di* Namur.

Annus IV. - Vol. IV. Oie 15 Novembris 1912. Num. 20.

ACTA APOSTOLÏGAE^EDÎ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

EPISTOLA ENCYCLICA.

AD V. E. GEORGIUM KOPP S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM
EPISCOPUM VRATISLAVIENSEM
CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS GERMANIAE
DE CONSOCIATIONIBUS OPIFICUM CATHOLICIS ET MISTIS.

PIUS PP. X

DILECTE FILI NOSTER ET VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Singulari quadam caritate "benevolentiae erga Germaniae catholicos, qui, huic apostolicae Sedi summa fide atque obsequio devincti, generose ac fortiter contendere pro Ecclesia consueverunt," impulsi sumus, venerabiles fratres, omne studium curamque convertere ad eam excutiendam controversiam, quae inter eos est, de consociationibus opificum : de qua quidem controversia iam pluries Nos proximis annis cum plerique vestrum tum prudentes et graves viri utriusque partis edocuerant. Atque eo studiosius incubuimus ad rem, quia pro apostolici officii conscientia intelligimus sacrosanctum Nostrum esse munus eniti et efficere, ut doctrinam catholicam hi Nobis dilecti filii sinceram et integram servent, nec ullo pacto sinere, ut ipsa eorum Eides periclitetur. Nisi enim mature excitentur ad vigilandum, patet periculum eis esse, ne paullatim et quasi imprudenter in vago quodam nec definito genere christianae religionis acquiescant, quae *interconfessionalis* dici solet, et cum inani commu-

nitatis christianae commendatione diffunditur, cum tamen manifesto nihil ea sit praedicationi Iesu Christi magis contrarium. Accedit quod, cum maxime Nobis in optatis sit catholicorum fovere et firmare concordiam, amoveri quaslibet volumus causas dissensionum, quae, bonorum vires distrahendo, non possunt, nisi adversariis Religionis, prodesse : quin etiam cupimus optamusque, ut cum ipsis civibus a professione catholica alienis nostri eam pacem colant, sine qua nec disciplina societatis humanae nec prosperitas civitatis queat consistere. — Quamvis autem,, ut diximus, statum huius causae haberemus cognitum, tamen placuit, antequam eam diiudicaremus, uniuscuiusque vestrum, venerabiles fratres, exquirere sententiam: vosque rogantibus Nobis ea quidem diligentia ac sollicitudine singuli respondistis quae gravitati quaestionis erat consentanea.

Itaque primo loco edicimus catholicorum omnium officium esse et quidem in consuetudine vitae tum privata tum communi et publica sancte inviolateque servandum, tenere firmiter profiterique non -timide christianae veritatis principia, Ecclesiae catholicae magisterio tradita, ea praesertim quae Decessor Noster sapientissime in Encyclicis Litteris *Rerum novarum* exposuit;, quaeque maxime et episcopos Borussiae, qui anno MCM Fuldam convenerant, in suis consultis secutos esse scimus, et vosmet ipsos, rescribentes Nobis quid de hac quaestione sentiretis, summatim complexos esse videmus.

Videlicet quidquid homo christianus agat, etiam in ordine rerum terrenarum, non ei licere bona negligere quae sunt supra, naturam, immo oportere, ad summum bonum, tamquam ad ultimum finem, ex christianae sapientiae praescriptis, omnia dirigat : omnes autem actiones eius, quatenus bonae aut malae sunt in genere morum, id est cum iure naturali et divino congruunt aut discrepant, iudicio et iurisdictioni Ecclesiae subesse. — Quicumque vel singuli vel consociati christiano glorientur nomine, non eos debere, si officii sui meminerint, inimicitias simultatesque alere inter ordines civium, sed pacem caritatemque mutuam. — Causam socialem controversiasque ei causae

subiectas de ratione spatioque operae, de modo salarii, de voluntaria cessatione opificum, non mere oeconomicae esse naturae, proptereaque eiusmodi, quae componi, posthabita Ecclesiae auctoritate, possint, « quum contra verissimum sit eam (quae-<(stionem socialem) moralem in primis et religiosam esse, ob ((eamque rem ex lege morum potissimum et religionis iudicio ((dirimendam » [1]

Iam, quod ad societates operariorum attinet, quamquam iis propositum est commoda huius vitae comparare sociis, tamen maxime probandae, aptissimaeque omnium ad veram solidamque sociorum utilitatem illae sunt habendae, quae praecipue religionis catholicae fundamento constitutae sunt et Ecclesiam aperte sequuntur ducem : id quod pluries Nosmet ipsi, ut ex diversis gentibus occasio oblata est, declaravimus. Ex quo illud consequitur, ut consociationes huiusmodi, confessionis, ut aiunt, catholicae, in regionibus catholicorum certe ac praeterea in aliis omnibus, ubicumque per eas variis sociorum necessitatibus consuli posse videatur, institui atque omni ope adiuvari oporteat. Neque vero, - si de iis consociationibus agitur, quae causam religionis et morum directe aut oblique contingant - res foret quae probari ullo modo posset, in iis ipsis regionibus, quas modo memoravimus, fovere et propagare velle consociationes mistas, id est, quae ex catholicis et acatholicis conflentur. Etenim, ut alia omittámus, in magnis sane periculis ob societates huius gèneris versantur aut certe versari possunt nostrorum et integritas Fidei et iusta obtemperatio legibus praeceptisque Ecclesiae catholicae : quorum quidem periculorum etiam in pluribus e vestris de hac quaestione responsis, venerabiles fratres, apertam significationem legimus.

Nos igitur mere catholicas, quotquot sunt in Germania, consociationes opificum perlibenter omni ornamus laude, cupimusque bene evenire quidquid nituntur in commodum multitudinis operariae, laetioraque semper eis optamus incrementa. Verumtamen, hoc cum dicimus, non negamus fas esse catho-

[1] Epist. Encycl. *Graves de communi.*

licis - ut meliorem opifici fortunam, aequiorem mercedis et laboris conditionem quaerant, aut alia quavis honestae utilitatis causa - communiter cum acatholicis, cautione adhibita, laborare pro communi bono. Sed eius rei gratia, malumus catholicas societates et acatholicas iungi inter se foedere per illud opportunum inventum, quod *Cartel* dicitur.

Hic autem, venerabiles fratres, non pauci a Nobis petitis, ut Syndicatus christianos qui appellantur, uti hodie in vestris dioecesibus constituti sunt, per Nos vobis tolerare liceat, propterea quod et numerum opificum longe maiorem, quam consociationes mere catholicae, complectuntur, et magna, si id non liceret, essent incommoda secutura. Cui Nos petitioni, respicientes peculiarem rei catholicae rationem in Germania, putamus concedendum, declaramusque tolerari posse, et permitti catholicis, ut eas quoque societates mistas, quae in vestris sunt dioecesibus, participent, quoad ex novis rerum adiunctis non desinat huiusmodi tolerantia aut opportuna esse aut iusta; ita tamen, si cautiones adhibeantur idoneae ad declinanda pericula, quae in eius generis consociationibus inesse diximus. Quarum cautionum haec praecipua sunt capita. — Primum omnium, curandum est, ut qui opifices catholici horum Syndicatuum participes sunt, iidem catholicis operariorum societatibus, quae *Arbeitervereine* appellatione notantur, sint adscripti. Quod si ob hanc causam debeant alicuius rei, praecipue pecuniae, iacturam facere, pro certo habemus, eos, ut sunt incolumitatis fidei suae studiosi, non invite facturos. Etenim feliciter usu venit, ut hae consociationes catholicae, adnitente clero cuius ductu vigiliaque gubernantur, plurimum valeant ad sinceritatem fidei, ad integritatem morum tuendam in sociis, atque ad alendos eorum religiosos spiritus multiplici exercitatione pietatis. Quare qui consociationibus hisce moderantur, non est dubium, quin, gnari temporum, velint, praesertim de iustitiae et caritatis officiis, ea praecepta et praescripta tradere operariis, quae his necessarium aut utile sit probe novisse, ut in Syndicatibus recte possint et secundum doctrinae catholicae principia versari.

Praeterea, Syndicatus iidem - ut sint tales, quibus catholici dare nomen possint - necesse est ab omni se contineant vel ratione vel re quae cum doctrinis mandatisque Ecclesiae legitimaeve potestatis sacrae non conveniat: itemque ne quid minus probandum ex hoc capite aut scripta aut dicta aut facta eorum praebeant. Quare Sacrorum Antistites officii ducant sanctissimi, observare sedulo, quem ad modum hae societates se gerant, et vigilare, ne catholici homines ex earum communione aliquid detrimenti capiant. Ipsi autem catholici Syndicatibus adscripti ne umquam siverint, ut Syndicatus, etiam qua tales, in curandis terrenis sociorum rebus ea profiteantur aut faciant, quae quocumque modo contraria sint praeceptis, supremo Ecclesiae magisterio traditis, iisque praesertim, quae supra revocavimus. Et hanc ob causam quoties de rebus attingentibus mores, id est de iustitia " aut caritate, quaestiones exsistent, attentissime vigilabunt episcopi, ne fideles catholicam morum disciplinam negligant, neve ab ea transversum unguem discedant.

Equidem certum habemus, venerabiles fratres, fore ut quae hic a Nobis praescripta sunt, ea vos religiose inviolateque servanda curetis, Nosque diligenter et assidue de re tanti momenti certiores faciatis. Quoniam vero hanc Nobis assumpsimus causam, eiusque iudicium, consultis episcopis, Nostrum debet esse, praecipimus bonis quotcumque numerantur in catholicis, ut eadem de re iam nunc omni inter se disputatione abstineant; qui quidem, iuvat confidere futurum, ut, fraternae servientes caritati, pleneque obsequentes auctoritati Nostrae suorumque Pastorum, integre et ex animo efficiant quae iubemus. Quod si qua inter eos rerum difficultas oriatur, quo modo dissolvenda ea sit, habent in promptu: adeant episcopos suos consultum, hique rem ad apostolicam hanc Sedem défèrent, a qua diiudicabitur. Quod reliquum est - et ex iis quae diximus, facile colligitur - quemadmodum ex una parte nemini fas esset accusare de suspecta Fide eoque impugnare nomine qui, constantes in defendendis doctrinis iuribusque Ecclesiae, tamen recto consilio

volunt de Syndicatibus mistis esse, et sunt, ubi pro locorum rationibus potestati sacrae visum est Syndicatus huiusmodi, certis adhibitis cautionibus, esse permittere: item, altera ex parte valde improbandum foret inimice insectari consociationes mere catholicas - quod genus contra omni est ope adiuvandum ac provehendum - atque adhiberi velle et quasi imponere *interconfessionale,* quod aiunt, genus, idque per speciem quoque exigendi ad unam eamdemque formam omnes, quotquot sunt in singulis dioecesibus, catholicorum societates.

Interea, dum pro Germania catholica, ut magnos habeat in re et religiosa et civili progressus, vota facimus, ea ut feliciter eveniant, singularem Dei omnipotentis opem et Virginis Matris Dei, quae ipsa regina pacis est, patrocinium genti dilectae imploramus : atque auspicem divinorum munerum et eamdem praecipue benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, vestroque clero et populo amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxiv mensis septembris MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

EPISTOLAE.

I.

AD REVMUM P. PACIFICUM A SEJANO, ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPULATORUM MINISTRUM GENERALEM: DE URBANO S. LAURENTII BRUNDUSINI COLLEGIO.

Dilecte fili, religiose vir, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod accepimus propediem fore, ut Urbanum Laurentii Brundusini Collegium dedicetur, vehementer Nobis gratum accidit: laudamusque providentiam curamque tuam, dilecte fili, qui alumnis optimae spei ex omni religiosa familia quam moderaris, ad exquisitiorem disciplinam erudiendis hanc domum aperueris. Velle sacram iuventutem doctrinae laude florere, saluberrimum sane consilium est, planeque his temporibus congruens. Nam hodie maxime, cum, ob eruditionem late propagatam, virtus ipsa quae non sit satis polita studiis contemnitur, si quidem clerus adulescens ad divinum exercendum ministerium, bene a doctrina instructus, accesserit^ non modo dignitatem sacerdotii tuebitur aptius,

sed, quod maius est, in sacris ipsis muneribus multo versabitur utilius. Atque hoc de clericis Ordinum religiosorum etiam, non de iis dumtaxat qui in medio aestu *saeculi* vivunt, est dicendum. Est igitur, cur tibi, dilecte fili, gratulemur ob institutum huiusmodi, quod et Fratrum Capulatorum familiae, et populo christiano valde potest evenire frugiferum. Eveniet autem sine dubitatione ulla, si hac lege sancte dirigatur, ut propria Franciscanae disciplinae natura atque ratio in omni ipsius temperatione spiret. Quare uberem doctrinae eiusque sanae et incorruptam copiam percipiant alumni; at simul, quia, vacua virtutum solidarum pondere, *scientia inflat,* idcirco humilitatis et obedientiae, paupertatis et paenitentiae spiritum penitus imbibant: haec enim sunt tamquam animi lineamenta Francisci beatissimi, cui nulla fuit sublimior philosophia quam *scire Iesum et hunc crucifixum.* Eo vel magis quod propter eam praecipue causam Collegium est conditum, ut sacerdotes sacris missionibus idoneos efferat: quae causa homines requirit iis abunde ornatos virtutibus, quas memoravimus. Ceterum de his rebus omnibus videmus in Collegii *Statutis* optime esse cautum. Itaque ut illa rite observentur praescripta et cupimus et volumus: atque auspicem divinorum munerum, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, et doctoribus discipulisque Instituti Laurentiani amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv mensis octobris MCMXI, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

II.

AD D. DOCTOREM M. WfNAUDS AQUISGRANENSIS CONVENTUS CATHOLICORUM E GERMANIA PRIMUM PRAESIDEM, VALDE PROBAT RERUM CAPITA DE QUIBUS IN CONVENTU ACTURI SUNT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum annuos Catholicorum Germaniae celebres conventus faciamus plurimi ut qui nomini Germanico ad religiosam civilemque rem maxime sint utiles et salutares, pergratum Nobis accidit quod nuntiasti, vos proxime conventuros Aquisgranum, in urbem vetustate venerabilem, rerumque gestarum monumentis illustrem, qua quidem vos nullam opportuniorem ad coëundum hoc anno eligere potuistis. Ibi enim tonare etiamnunc in concionibus videtur magnus ille catholicae Fidei iurisque propugnator et vindex, qui religione, integritate et prudentia, actuosaque virtute optimo cuique eluxit in exemplum, Ludovicus Windthörst, cuius immortalia in

se promerita grate pieque commemorans Germania catholica natalem eius centesimum mox, ut decet, celebrabit. Nec vobis in hac re ad confirmandum, ad fovendum deesse poterat archiepiscopus vester, dilectus filius Noster, Cardinalis Antonius Fischer, quem diligentissimum pastoralis officii eumdemque Nostri et apostolicae Sedis perstudiosum plurimis iam experimentis probe cognovimus. Iamvero capita rerum de quibus in proximo conventu actum iri scribis, maximi sane momenti sunt ac ponderis. Etenim sacrarum expeditionum ad exteros eiusmodi est opus, quod pluribus apud bonos commendari non debeat: quisquis intelligit quanti sit verae fidei lumine illustrari, si quem christianae caritatis igniculum sentiat, profecto tot miseris fratribus qui in tenebris iacent et in umbra mortis, pro facultate succurret. Nec minus probari catholicis omnibus debet quod habetis propositum rursus affirmateque testandi non passuros vos esse, ut Religionis doctrina qua, tamquam fundamento, omnis recta disciplina institutoque nititur, quaeque perniciosis horum temporum motibus praecipue obsistit, e scholis publicis exulet. Neque enim Nos latet quanta in hoc genere sit adversariorum pertinacia. Praeterea placet 'vehementer, quod studetis validius usque repugnare iis qui, cum summum bonum in fruendis huius vitae suavitatibus ponant, neque confidant se posse socialem, ut aiunt, quaestionem aliter dirimere quam si hunc societatis humanae statum in re morali, politica, oeconomica, subverterint, multitudinem rudem praecipue et incautam ad se alliciunt ut, contemptum Religionis et despicientiam Dei, quem ipsum contendunt nullum esse, animis instillantes, ad suscipiendum in superiores ordines immortale odium atque ad imperium cuiusvis potestatis legitimae detrectandum sensim perducant. Horum in laqueos ne incidant opifices praesertim, qui magis quam caeteri periculis patent, scimus Catholicos Germanos iam diu elaborare cum laude. Vos igitur, progredientes alacres in incepto, pergite operariam plebem ad religiosum socialemque profectum adjuvare, eiusque legitimis rationibus, salva iustitia et caritate, consulere. In quo haec vobis sancta semper erit lex, ut mandatis consiliisque episcoporum vestrorum fideliter obsequamini, operam vestram exigentes ad ea praescripta quae decessores Nostri et Nosmetipsi hac in causa edidimus. De vestra vero erga apostolicam Sedem pietate ac fide, Nobis nunquam dubium fuit; sed tamen quod tu, dilecte fili, summum Nobis obsequium studiumque professus, addis in tuis litteris, Germanis Catholicis esse imprimis curae ut Romanus Pontifex, qui nunc nec tolerabili et precaria conditione utitur, meliore utatur, eiusque potissime in tuto sit liberum ab omni aliena potestate arbitrium, id Nos magnopere consolatur. Interea nihil

Nobis est optatius quam ut ex omnibus ordinibus civium, e sodalitiis nostrorum toto Imperio diffusis frequentissimi ad istum conventum confluant; caritas in vestris disputationibus dominetur, quemadmodum fraterna inter vos et Fidei et patriae necessitudo postulat; et, quod caput est, talia sint consulta vestra, quae istius populi temporibus magno usui esse possint. Divinorum autem munerum auspex et paternae Nostrae benevolentiae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, iis qui tecum conventui curando praesunt, atque universis qui convenient, amatissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xii iulii MCMXII, Pontificatus Nostri anno nono.

PIUS PP. X.

III.

AD R. P. D. IOANNEM VINCENTIUM TASSO, EPISCOPUM AUGUSTANUM: DE SYNODO DIOECESANA AB IPSO HABITA.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ofticiosissimis litteris admodum delectati sumus, quas, una cum clero tecum in dioecesanam Synodum congregato, nuperrime, prius quam coetum dimitieres, ad Nos dedisti. Ea enim nuntiabas, quibus animus Noster, medias inter has rerum acerbitates, merito recrearetur: alterum, quod veteres synodales constitutiones ita temperavistis, ut eas horum temporum condicioni et disciplinae accomodaveritis; in quo recte cautum a vobis est, ne quid ex iis neglegeretis quae in christiani populi utilitatem videmur opportune ad hunc diem decrevisse ; alterum, quod, Anselmo duce, sanctissimo illo doctissimoque viro quem urbs vestra Ecclesiae peperit, magisterio et auctoritati apostolicae Sedis tantum vos tribuere ostenditis, quantum filios studiosissimos decet. Utrumque cum tibi, venerabilis frater, tum sacerdotibus qui in Synodum cöiverunt, ex animo gratulamur; spem vero certam fovemus, futurum, ut iis ad effectum perductis quae prudenter cleliberastis, christianarum virtutum laudes neque in tuis clericis neque in reliquis e populo desiderentur. Qua in re ut optatis respondeat exitus, apostolica efficiat benedictio, quam tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo, paternae benevolentiae Nostrae testem, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx mensis augusti an. MCMXII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

IV.

AD RR. PP. DD. CAROLUM CASTELLI, ARCHIEPISCOPUM FIRMANUM, CAMILLUM MORESCHINI, ARCHIEPISCOPUM CAMERINENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS REGIONIS PICENAE INFERIORIS: DE ANNUO EORUM COETU PROXIME HABITO.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — E litteris quas die septimo et decimo huius mensis ad Nos dedistis, libentissime accepimus vestro vos more in Lauretanam urbem coëuntes, ut ea communi consilio decerneretis quae essent ecclesiis vestris aptius profutura, initium rei per amplissimam observantiae erga Nos vestrae significationem facere voluisse. Hoc equidem humanitatis pietatisque officium amavimus, eo vel magis quod profitebamini, religiose vos praescriptionibus esse obsecuturos quas de Italiae Seminariis nuperrime per sacram Congregationem Consistorialem promulgari iussimus. Profecto Sacrorum alumnos, ut habetis compertum, in oculis ferimus, et omnia ad hunc diem experti esse ac tentasse videmur, ut, quos vitam in proximorum salutem sancte traducere aliquando oporteat, iis nihil desit ad legitimum cultum et animi et ingenii. Vestrum igitur est, ita eos pie vivendi disciplina ac rectis doctrinis excolere, ut, quibus manus imposueris, in suo quisque munere egregie versentur, et morum integritate, religione, sapientia omnibus praeluceant. Qua in re opera erit vestra fructuosior, si a beatissima Virgine, cuius Almam Domum in regione vestra constitisse gloriamini, auxilium petere non cessabitis: quae enim Apostolis sanctis bona mater adfuit, eius opem in iuventute sacra optime instituenda non esse vobis defuturam pro certo habeatis. Caelestium interea munerum auspicem ac paternae benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxiv mensis septembris anno MCMXII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

V.

AD V. E. GEORGIUM KOPP, S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM, EPISCOPUM VRATISLAVIENSEM: DENA SACERDOTII, QUINA EPISCOPATUS LUSTRA FELICITER EXPLENTI GRATULATUR.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Magna cum animi voluptate nuntium accepimus, quinquagesimum sacerdotii itemque quintum et vicesimum episcopatus tui Vratislaviensis natalem a te propediem celebratum iri, concordi ac geminata cleri populique tui laetitia. Utrumque tibi eventum, dilecte fili Noster, ex animo gratulamur non una de causa: tum quod filiorum gaudia patrem decet habere communia, tum potissime quod tam diuturnum aetatis spatium ita in procuranda hominum salute et in re catholica provehenda consumpsisti, ut plurimum laudis atque utilitatis Ecclesiae pepereris. Cupimus igitur omnique Deum contentione precamur ut te incolumem quam diutissime tueatur; ita sane perges creditum tibi gregem, qua es industria sollertiaque, moderari, et de eo deque Ecclesia universa mereri optime. Bona tandem spe freti, futurum, ut haec singularis benevolentiae Nostrae significatio, qua volumus sollemnibus proxime habendis veluti cumulum afferre, pergrata tibi perque iucunda accidat, caelestium auspicem munerum, tibi dilecte fili Noster, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xi mensis octobris an. MCMXII, Pontificatus Nostri decimo. *

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO ADMINISTRATORIS APOSTOLICI.

Litteris sacrae Congregationis de Propaganda Fide, nominatus est:

12 octobris 1912. — *Administrator Apostolicus Transvaalensis,* R. P. Carolus Cox, ex Congregatione Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae.

S. CONGREGATIO RITUUM

I.

ROMANA ET ALIARUM.

DE ORATIONE DOMINICA ET ALIIS OFFICIO DEFUNCTORUM PRAEMITTENDIS.

Ex Decreto in una Plurium Dioecesium, diei 24 iulii vertentis anni, praescribitur rubrica inserenda in Officio Defunctorum, tam in Breviario quam in Rituali Romano, circa modum Matutinum concludendi et Laudes inchoandi, quoties Laudes a Matutino separantur. Hinc ob singularem casum sacrae Rituum Congregationi altera quaestio pro opportuna solutione proposita fuit: « An ante Vesperas Defunctorum « praemitti debeant *Pater* et *Ave;* et ante matutinum *Pater, Ave* et *Credo* ». Et sacra Rituum Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, respondendum censuit: « Affirmative, quoties Vesperae aut Matutinum Defun« ctorum separatim ab Officio divino recitentur ».

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 25 octobris 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. & S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II.

MONITUM.

Sigismunctus Ruschitzka, sacerdos degens in urbe Bavariae cui nomen Ursberg, iteratis proprio marte litteris ad Emos S. R. E. Cardinales, ad locorum Ordinarios et ad Superiores religiosorum Ordinum, evulgat « Missalia alia adprobata esse tantum pro Urbe, alia pro ceteris « dioecesibus; nec fas esse iis in Dioecesibus uti Missalibus pro Urbe «approbatis; extra Urbem vero reiicienda esse Missalia a Typographo « Pontificio et S. R. C. Friderico Pustet » - qui e contra annis 1884 et 1900 ex privilegio editionem typicam impressit cui ceterae omnes editiones essent conformes, quia Ruschitzka effingit adprobata fuisse tantum pro Urbe.

Praeterea prorsus ignorans quae S. C. temporis progressu statuerit, iniussus incongrua omnino suadere conatur, praesertim circa nomina Imperatorum, Regum, Praesidum, etc. inserenda in Canone Missae, in Litaniis Sanctorum et in S. Liturgia Feria VI in Parasceve et Sabbato Sancto. Cum a Superioribus monitus non acquieverit; S. R. C. certiores facit omnes ad quos pertinet distinctionem sacerdotis Ruschitzka qua Missalia pro Urbe secernuntur a Missalibus pro locis extra Urbem commentitiam esse et arbitrariam: cetera vero ab ipso inculcata nullius roboris esse ideoque nihili facienda; mandatque Superioribus eius, ut silentium ei imponentes in officio contineant; quod si obtemperare renuerit, rem ad hanc S. Congregationem deferant.

Die 14 novembris 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. G. Praefectus.*

L . © S .

f Petrus La Fontaine, "Episc. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

L

COLONIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ZIBBE-LAUBE).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 1 iulii 1912, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* « Colonien. - Nullitatis Matrimonii », *instante pro appellatione Defensore vinculi Colonien, dioecesis, inter* Alvinam Laube, *repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum, advocatum Angelum D'Alessandri, et* Amadeum Ziébe, *interveniente et disceptante in causa Defensore vinculi ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam:*

Alvina Laube, sectae evangelicae addicta, sexdecim annos nata, matrimonium iniit die 5 iulii 1893 cum Amadeo Ziebe, viro eiusdem religionis. Unio tamen, ex qua filius natus est, post annum quintum coniugii, tam infelix et infausta evasit ut anno 1900 Alvina virum dereliquerit, et anno 1906 a tribunali civili divortium in favorem mariti concessum fuerit. Postea Alvina cum viro quodam catholico, Goffredo Gerecht nomine, vitam communem instituit; cum eodem civiliter coniuncta est die 7 maii 1908, et instantibus parentibus catholici Goffredi ut matrimonium ecclesiasticum fieret, cum mulier vice-curato ecclesiae apud Dusseldorf dixerit se Annam Laube nuncupari et nubilem esse, potuit per fraudem coram Ecclesia secundum matrimonium cum Goffredo attentare. In sinum Ecclesiae recepta die 11 iulii 1908, a iudice ecclesiastico petiit ut primum matrimonium cum Amadeo Ziebe nullum declararetur ex capite vis et metus a parentibus illati, et praesertim a matre ipsius. Die 2 decembris 1909 curia Coloniensis sententiam pro matrimonii nullitate emisit. Appellante vero vinculi Defensore ad normam Constitutionis Benedictinae « Dei Miseratione », causa nobis iterum proponitur sub dubio consueto: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

In Iure. - Scitum est ex iure Decretalium, in capitibus 14, 15 et 28 *De Sponsalibus* praesertim declarato, per metum gravem a causa libera iniuste incussum ad extorquendum consensum matrimonialem, matrimo-

nium, saltem iure ecclesiastico, dirimi. Metus reverentialis, seu « futuri « mali existimatio quod ab iis metuimus in quorum potestatem sumus », ex sese levis est, sed gravis effici potest per aliquid adiunctum, minas nempe, verbera, preces importunas et instantes parentum; vel etiam, deficiente hoc adiuncto, si paterna indignatio apprehenditur a metum patiente tamquam diu duratura, ac proinde tamquam malum grave difficulter evitandum. Gravitas et iniustitia metus incussi probari debent in foro externo per facta specifica, indicia, etc., quae certitudinem moralem gignere queunt.

***In** Facto.* - Si actrici credere velimus, nihil omnino deest in casu ad metum gravem constituendum, illumque iniustum, et ad extorquendum consensum matrimonialem incussum. Adsunt preces importunae et instantes ex parte matris, verbera, minae ; maxima aversio perseverans ex parte sponsae erga virum, resistentia ab eadem ostensa usque ad ipsum matrimonium : fuga arrepta die nuptiarum, tristitia magna mulieris, et tandem in vita coniugali, praesertim immediate post nuptias, reluctantia eiusdem contra unionem maritalem cum viro.

Depositio vero illius parum aut nihil valere dicenda est; primo, quia decernit Alex. III in cap. *Super eo,* 5, tit. 13, *de eo qui,* in lib. 4, X, confessionem coniugum post matrimonium non probare contra matrimonium. Ad rem scribit Wernz, n. 745, 1, ed. 1911: « Confessio vero, «quam coniuges in ipsa disquisitione iudiciali faciunt, aut ante illam « quidem fecerunt sed post matrimonii, quod accusant, celebrationem, « quatenus contra valorem matrimonii pugnat, omni vi probandi caret ».

Et Reiffenstuel, lib. % tit. 18, n. 30: «... non valet confessio contra « matrimonium eiusque valorem, ut c. *Super eo,* 5, *De eo qui cognovit.* « Idque ex eo quia causa matrimonii est favorabilis, c. *Directae,* 39, *«De Appellat.,* et cap. ult. *De Sent. et re iudicat.,* sicque confessioni contra « eius validitatem factae, repugnat favor iuris communis ». Certe hoc principium non eodem modo cuiusvis impedimenti probationi applicandum est, aliquando enim confessio coniugis, etiam post matrimonium facta, elementum necessarium probationis contra validitatem eiusdem constituit, ut asserit Sánchez respectu simulati consensus (lib. % disp. 45, n. 15). At semper verum remanet confessionem coniugis contra matrimonii validitatem post eiusdem celebrationem factam, non probare eius nullitatem, nisi ex alio fonte sufficienter constet talem confessionem veritatem continere.

Secundo. Veracitas actricis est suspecta, cum mentita fuerit vicecurato ecclesiae apud Düsseldorf in re gravi, sicque per fraudem obti-

nere potuit ut matrimonium secundum, impedimento dirimente ligaminis perseverante, coram Ecclesia celebraretur.

Declarat parochus Balten: «...si annunziarono al sig. cappellano « Schierche, a cui erano stati indirizzati per informazioni ; qui la Laube « si qualificò per Anna *Laube e nubile,* e evangelica. Essa al 'principio « mi dichiarò che aveva realmente creduto che essa fosse ancora nubile, « più tardi disse di aver fatto ciò per poter sposare in chiesa, e così « vivere in quiete e pace con la famiglia ».

Tertio. Omnia quae dicit actrix, a viro Amadeo Ziebe negantur in sua depositione, de qua inferius agemus.

Quarto. Nullimode confirmantur ab aliis testibus, sive ab ullo teste, ea quae narrat actrix. Quinque ab ea producti sunt testes; genitores ipsius, Ida Blümel, Carolina Schulz, et Paolina Fiebig, omnes absente vinculi Defensore interrogati. Iste defectus, quo invalidae redduntur eorum depositiones, per rescriptum summi Pontificis sanatus est. At nec auctoritas pontificia sanare potest defectus naturales depositionum, quibus omnis earumdem vis probandi tollitur. Is enim fuit modus parentes actricis interrogandi, eaeque circumstantiae, ut ex interrogatorio veritas erumpere non potuerit. Imprimis notandum est eos simul, non seorsim, interrogatos fuisse, et unum simul responsum quaestionibus dedisse, et eamdem depositionem subscripsisse, ita ut impossibile sit discernere quamnam partem mater, quae ut principalis causa coactionis ab actrice describitur, quamnam partem pater, in filia ad matrimonium cogenda habuerit. Deinde, depositiones eorum sunt omnino genericae; coactionem affirmant, et verbera, et preces instantes cum lacrymis, quin ullum factum specificum, vel circumstantias adducant. Iamvero, notum est in iure, prout ab auctoribus, et praesertim a S. Rota, passim docetur, minas, verbera, etc. non probari per affirmationem genericam sine relatis circumstantiis. Ita Coscius, *De sep. thori,* lib. 1, cap. 8, n. 61. « Metus «tamen pro annullando matrimonio non probatur per testes non concludentes de circumstantiis minarum ».

Rota, dec. 334, par. Il, n. 9, cor. Albergati dicit: « Secundus Valtrinus nihil aliud deponit, nisi quod viderit aliquando principem « Franciscum obiurgantem et compellentem in suo *gabinetto* D. ducem « Carolum, ut huiusmodi sponsalibus consensum praestaret ; qualitates vero et circumstantias minarum non assignat, nec specifice de « certo, ut testificatur ; ideoque haec generica impulsio resolvitur in « simplicem adhortationem et incitationem parentibus licitam, ut ex « Menoch. cons. 69, n. 41, ac alias animadversum fuit in praeterita « decisione ».

Rota, dec. 172, n. 6, 7, cor. Carpino, ait: « Nec metus probatus «fuit, ut debuisset, ab allegante 1, 2, C. de Transact. et *cum illius « circumstantiis, quas in his terminis exegit Rota* in dec. Mantic. 142, et « Buratt. dec. 628, *et alibi passim* ». Recte notat vinculi Defensor ex decisione rotali cor. Cantuccio an. 1750: « Testes debent testificari per « actus exteriores quos viderint. Unde cum nullam assignent rationem, « nec etiam referant aliqua signa vel actus exteriores, dicuntur iudi- « care, non autem testificari ».

Ita generice testati sunt parentes actricis, ut testes Biümel, Schulz et Fiebig, quae nihil de circumstantiis coactionis sciverunt, nihil ex propria scientia de praetenso metu cognoscere potuerunt, ipsam depositionem parentum, invitante parocho, subscripserint, quia, ut ipsi aiunt: « Interrogati non hanno da dir nulla di differente da quanto hanno già « deposto i genitori ». Eo magis nullius ponderis aestimandae sunt huiusmodi genericae affirmationes testium, quo facta de quibus loquitur actrix valde specifica sunt, suis circumstantiis vestita, sensu perceptibilia, quae pluribus sive directe sive indirecte nota esse poterant, nec proinde difficilis probationis erant.

Praeterea, responsiones aliquando interrogatoriis non satisfaciunt. Ita ad 6: « Come si comportò vostra figlia nel matrimonio civile? E nel « matrimonio religioso? Era ella da tempo preparata che doveva andare « all' ufficio di stato civile? Ovvero, glielo avete dichiarato inaspetta- « lamente che doveva ad ogni modo andare all'ufficio di stato civile? • « Come andò la festa di nozze? » Quibus quinque quaestionibus respondent Annae genitores: « Ella venne intimorita e costretta a far ciò ».

Aliis quaestionibus nullimode respondent. Depositio genitorurn actricis, igitur, ob supradictas rationes omni vi probandi destituitur.

Carolina Schulz et Paulina Fiebig tantummodo post matrimonium, ideoque tempore suspecto, de coactione a parentibus exercita generico quodam modo audierunt. Ida Blüm el paulo ante matrimonium ab actrice didicit eam obligatum fuisse a parentibus ad matrimonium contrahendum, nihil tamen de circumstantiis coactionis adhibitae deponere potest.

E contra, maritus actricis, Amadeus Ziebe, in toto negat ea quae ab actrice respectu matrimonii narrantur. Sine fide iuramenti testatus est, at ex actis non apparet eum récusasse iuramentum, quod omissum fuisse praesumitur ex incuria moderatoris actuum. De illo testatur iudex instructor: «Amadeo Ziebe fa l'impressione di uomo quieto, « semplice e sincero. La sua deposizione presenta, durante il suo corso, « il carattere della credibilità e della verità ». In casu, igitur, reiici

nequit eius depositio, quae, cum pro validitate matrimonii militet, ex favore iuris, vim probandi habet, quae confessioni alterius coniugis contra matrimonium denegatur. Scribit Wernz, num. 745, i, ed. 1911: « Denique confessio quae pro matrimonii validitate militat, vim pro« bandi in iis casibus habet in quibus coniugibus ius accusandi matri« monium privative reservatur. Alias praesumptionem tantum generat ».

Reiffenstuel, lib. % tit. 18, n. 31 : « Ceterum, si pro matrimonio « confessionem fieri contingat, tunc statur tali confessioni, cap. *% de « clandest. despons.* Dummodo nullum praeiudicium exinde pararetur « cuipiam, neque obstaret aliquod impedimentum. Disparitas inter hunc « et priorem casum desumitur ex favore animae et periculo peccati; « tale enim immineret, si ad solam partium confessionem dissolveretur « matrimonium, forsitan iam antea validum; non item ex eius contractu, « si aliud non obsistat ». Hostien, in Summa h. t. n. %

Nec infirmatur Amadei testimonium ex eo quod secundum matrimonium contraxit; quia et mulier cui opponitur similiter egit, et quidem cum fraude coram Ecclesia matrimonium attentavit; ipse vero, cum errore protestantico imbutus sit, bona fide putare potest se iure suo uti. Anna vero, viro catholico nubens, cuius familia semper instabat ut matrimonium legitime contraheretur, praesumitur impedimentum ligaminis non ignorasse.

En testimonium Amadei: « La nostra relazione prima dei matri« monio durò circa un anno intero. Alvina Laube non ha mai mostrato « riluttanza al matrimonio, e mai ha opposto resistenza. Nulla mi era « noto a riguardo delle violenze che i genitori di Alvina Laube esercita« vano per il nostro matrimonio. Alvina Laube non si è opposta nè « con me nè con mio padre di andare al matrimonio civile. Ella non « ha affatto cercato di sottrarsi al matrimonio, nè mi ha mai pro« posto di rinunciare al matrimonio. Il giorno del matrimonio passò « fra la più bella allegria ed il migliore umore. La sposa non si è « rifiutata dopo il matrimonio di accettare la vita matrimoniale con « me. Mia moglie non si è rifiutata sin dal principio, e soddisfece al « dovere coniugale per tutto il primo anno. Solamente nel 1898, allor« che ebbe conosciuto il sottufficiale Ugo Wasner, che aveva alloggiato « durante il periodo delle manovre presso la di lei madre e poi da « questa fu introdotto nella mia casa, mi rifiutò il suo amore e si ricusò « di unirsi più con me. La mia moglie abbandonò me ed il mio bambino « nell'anno 1901, e si rifiutò alle mie continue preghiere di ritornare ».

Post septem annos vitae coniugalis, in qua proles nata est, mulier virum deseruit. Longa haec cohabitatio cum prole suscepta confirmat

potius viri depositionem de consensu libere praestito quam mulieris assertiones de praetenso metu.

Quibus omnibus in iure et in facto mature perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes *Negative* seu: *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV. Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 1 iulii 1912.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

T. Tani, *Notarius.*

IL

GRATIANOPOLITANA

NULLITATIS MATRIMONII (REYNIER-DE CHALONGE).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae, anno nono, die 17 iulii 1912, RR. PP. DD. Franciscus Heiner, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de Turno, in causa* « Gratianopolitana. - Nullitatis matrimonii » *inter* Mariam Reynier, *repraesentatam per legitimum procuratorem Nazarenum Ferrata, Advocatum, et* Marcellum de Chalonge *interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Maria Reynier, 20 annos nata, cum consobrino Marcello De Chalonge, dispensatione super impedimento consanguinitatis praevie obtenta, matrimonium iniit die 2 octobris 1906, in ecclesia parochiali S. Aloisii in civitate Gratianopolitana. Vix tamen anno cum dimidio elapso, graves dissensiones Mariam inter et Marcellum ortae sunt, ex qua causa consortium vitae abruptum est, absque spe reconciliationis. Maria deinde adiit tribunal ecclesiasticum Gratianopolitanum, petiitque ab eo ut matri-

monium ex capite clandestinitatis declararetur nullum. Die vero 23 februarii 1912, prodiit sententia in favorem actricis pro nullitate matrimonii. Vinculi defensore appellante ex officio, causa ad H. S. T. deducta est sub dubio consueto: *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Agitur in causa de celeberrimo Decreto Trid. *Tametsi* (Sess. XXIV, c. I, *de ref. matr.),* quod tempore celebrationis nuptiarum in tota dioecesi Gratianopoli tana vigebat. Hinc tantummodo parochus proprius alterutrius sponsi competens erat ad valide assistendum nuptiis, sive per se sive per legitimum delegatum. De facto matrimonium Mariam inter et Marcellum contractum est in civitate Gratianopolitana, et quidem in ecclesia parochiali sancti Aloisii, coram parocho eiusdem ecclesiae, quia Maria tunc temporis putabat sese in ista parochia habere verum domicilium. Nunc vero Maria contendit hanc suam persuasionem non correspondisse veritati, hanc rationem adducens: ipsam tempore celebrationis nuptiarum fuisse aetate minorem, ipsiusque patrem Paulum, cuius domicilium participaverat, tunc temporis non amplius domiciliatum fuisse Gratianopoli, sed illam urbem iam iam definitive reliquisse, novumque domicilium in pago Bordy-Chakir in parochia « De la Manouba » archidioecesis Carthaginiensis, sibi acquisivisse.

Quoad quaestionem, quis parochus in casu fuerit competens ad assistendum matrimonio Mariam inter et Marcellum, imprimis omnino exclusa est parochia *Claix,* ubi pater actricis possidebat domum quandam, in qua, rusticationis causa, per aliquot menses commoratus est; ceteroquin ibi nuptiae non sunt celebratae, nullamque ad hoc delegationem parochus loci dedit. Sed et quaestio, an Paulus Reynier in Bordy-Chakir domicilium vel saltem quasi-domicilium habuerit tempore nuptiarum filiae, potest praetermitti. Etenim matrimonium de quo agitur ibi non est contractum, et tale domicilium in Bordy-Chakir, si esset revera a Paulo acquisitum, non eo ipso secumfert amissionem domicilii Gratianopoli, cum quis eodem tempore possit habere duo domicilia in diversis locis. Unica proinde quaestio est an pater actricis, qui simul cum suis fratribus sanationis causa villani in Bordy-Chakir emit ibique per menses hiemales commorari solebat, domicilium *Gratianopolitanum,* in qua urbe nuptiae celebratae sunt, pro semper reliquerit et perdiderit. Matrimonium in casu tunc tantum declarari potest nullum, si certo probari potest, Paulum, tempore celebrati matrimonii filiae minoris, revera *amisisse* domicilium in dicta urbe, ideoque parochum ecclesiae S. Aloisii non fuisse competentem ad assistendum matrimonio coram ipso contracto.

Ius quoad requisita absolute necessaria ad constituendum verum domicilium est notissimum. Duo sunt elementa constitutiva : *factum liabi-*

talionis et intentio seu animus perpetuo in illo loco manendi, nisi causa quaedam alio avocet. Item in iure indubium est, quod domicilium solummodo per easdem causas quibus acquiritur, amittatur, scilicet per actualem discessum e loco domicilii, et animum non redeundi: aliis verbis, domicilium amittitur si tum factum habitationis, tum intentio manendi cessant De quo celeberrima Instructio pastoralis Eystettensis (ed. V. p. 396) haec habet: « Quemadmodum autem domicilium non acquiritur, nisi animo « et facto, ita illud non amittitur nisi per utrumque, per ipsum nempe « discessum cum animo non redeundi... Igitur qui discessit cum animo « redeundi illudque servandi, illud non amittit ». Sed quoad hoc notant Doctores, quam doctrinam et fori praxis observat, quod, quando quis domicilium per habitationem cum intentione ibi perpetuo manendi acquisivit, hoc non censetur amissum, etsi ille per menses et annos a loco abierit, nisi *certe constet,* eum de facto abiisse cum indubia intentione pro semper locum habitationis relinquendi. Quare animus non redeundi non est praesumendus, sed certis et claris argumentis probandus. Iura enim quaesita, quae iuribus tertii non obstant, uti favorabilia censentur, et non amittuntur, nisi contrarium clare probetur. In tali casu sufficiunt etiam leves probationes, imo tenuia indicia, quod domicilium propter deficientem intentionem non sit amissum. Hinc sola domus vel immobilium possessio, quae per se sola non valent constituere seu inducere domicilium, in defectu aliarum probationum sufficiunt ad probandum animum *non dimittendi* pro semper domicilium acquisitum, donec certa argumenta contrarium evincant: ita unanimiter docent Doctores. Porro cum quis ibi domicilium censeatur habere ubi lares, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, haec translatio non censetur verificata, si quis ab uno loco in alium sive familiam sive rerum ac fortunaran! suarum summam non *vere* vel *totaliter* transtulerit. Quare et doctissimus episcopus Brixiensis Aichner *(Compendium Iuris eccl.,* p. 576) docet: « Ex eo quod quis alio se transtulerit ibique domicilium constituerit, « haud necessario sequitur dimissum fuisse ab ipso domicilium hactenus « possessum, quia discedens res ita potuit disponere ut habeat... duo « domicilia vera ».

Demum, uti recte dicit Defensor vinculi apud H. S. T. in suis animadversionibus ad causae praesentem, attenta domicilii notione eiusque elementis constitutivis, nihil impedit quominus ad servandum domicilium iam acquisitum, sufficiens habeatur intentio ex parte patrisfamilias servandi domicilium illud *pro familia sua.* Hinc iam citatus Aichner (docet i. c. p. 574): « Quamdiu hoc in loco (domicilii comparati) habi- « tationem sibi *vel* familiae suae destinatam retinet, absentia longior

« licet, per se sumpta non sufficit ad efficiendam domicilii veri transla- **te** tionem ».

Applicando haec principia iuris notissima ad casum de quo agitur, dicendum est, non esse plene probatum patrem actricis per acquisitionem domus atque habitationem salutis causa in pago Bordy-Chakir vere amisisse domicilium suum Gratianopolitanum. Quapropter parochus ecclesiae S. Aloisii censendus erat competens ad assistendum nuptiis filiae minoris Pauli Reynier, ita ut sit decernendum, impedimentum clandestinitatis haud obstare validitati matrimonii Mariam inter et Marcellum contracti. Id autem sequitur ex sequentibus factis, argumentis, indiciisque in actis processus contentis.

Paulus Reynier (natus Gratianopoli, et mortuus in Claix anno 1907) possidebat Gratianopoli fabricam quandam cum domo habitationis pro se suaque familia. Dominium huius fabricae domusque habitationis de iure et de facto erat apud Paulum usque ad mortem suam, licet, aliquibus annis ante mortem, partem fabricae fratribus concesserit, administrationis causa, dum proprietatem *domus* sibi soli reservavit.

Quocirca Paulus summam rerum ac fortunarum suarum alio non transtulit, sed eam retinuit in eodem loco, scil. Gratianopoli. Ipsa actrix ad rem testatur: « Toute la fortune de mon père était dans la maison « Reynier ».

Porro Paulus, post acquisitionem domus in Bordy-Chakir, non solum retinuit fabricam, etsi postea una cum fratribus, et domum habitationis cum omnibus immobilibus, sed etiam pars familiae suae remansit Gratianopoli, in eodem domicilio,*et pater tempore aestivo illuc, licet solummodo semper per breve tempus, redire solebat, ita ut praesumendum sit, eum non habuisse animum relinquendi pro semper hoc suum domicilium. Etsi probari posset - quod non esse factum infra dicetur - Paulum in Bordy-Chakir fortunarum centrum constituisse, tamen non consequeretur, domicilium Gratianopolitanum ideo esse exclusum et extinctum, cum ad summum dici posset, eum habuisse coaequale ius in utroque loco et hinc duplex domicilium. Circumstantiae autem accidentales, quod Paulus non valuerit negotia fabricae gerere in loco ipso neque omnes fructus perceperit, non mutant substantiam dominii: a Gratianopoli, uti centro summae rerum ac fortunarum suarum, solummodo corporaliter fuit separatus propter valetudinem adversam, et post recuperatam salutem semper redire potuisset, id quod ei certo in votis erat, quia iam amor patriae natiyae et officium patrisfamilias eum ad hoc impellere debuerunt.

Deinde finis, ex quo Paulus illam domum in Africa e mit, erat sola restitutio salutis sub coelo favorabili, tempore hiemali. Aegrotus igitur,

ex causa de sua natura *temporanea,* quae animum *perpetuo* relinquendi suum domicilium Gratianopolitanum non includit, habitationem in Bordy-Chakir elegit.

Audiatur ad rem Card. de Luca Disc. I, *de matr.,* n. 10, dicens: « Ideoque totus punctus causae consistebat in dicta inspectione, super « substantia scil. domicilii, et an istud contractum dici possit ad effectum « administrationis huius sacramenti, quod aliquam habuit peculiarem « qualitatem desiderantem domicilium vere ac legitime contractum, *adeo « ut non sufficiat illud accidentale seu occasionale,* quod pro aliorum « sacramentorum administratione sufficit etiam in viatoribus ac peregri- « nis vel in *iis qui gratia curationis,* seu recollectionis fructuum *aut pro « aëris beneficio in villa seu alio loco quamvis notabili tempore moram « trahant ».*

Ergo causa quae Paulum impulit ad alio divertendum ex urbe Gratianopolitana, de sua natura non erat perpetua, et hinc non poterat secumferre extinctionem domicilii acquisiti, sed e contrario praebet indicium gravissimum pro animo istud retinendi.

Ipsa sententia appellata, quae, ut concluderet pro domicilii Gratianopolitani amissione, examinavit spatia temporis quibus Paulus eiusque familia, durante periodo qua aëris benefìcio fruebatur sive in Bordy-Ghakir sive in Claix, Gratianopoli commoratus est, redarguii actricem et testes, quod in id intendissent ut tempora commorationis imminuerent. At insuper notandum est, effluere ex diariis a matre actricis conscriptis, quod annis immediate matrimonium praecedentibus, nempe annis 1904-1905, Paulus cum sua familia Gratianopoli commoratus est, *quatuor •circiter menses* anno 1904, et *tres fere menses* anno 1905. Has autem commorationes, utpote provenientes ex *causa accidentali et transitoria,* nempe ex Pauli eiusque filiorum infirmitate, sententia nullo in calculo habuit relate ad animum continuandi domicilium Gratianopolitanum. Licet igitur habitatio in Bordy-Cbakir ob Pauli adversam valetudinem non constituat pro iudice primae instantiae causam accidentalem et transitoriam, figurae domicilii expertem, tamen habitatio in domicilio certe acquisito ex eadem causa fuit iuxta eundem iudicem indubie transitoria et *inepta* ad animum ostendendum non deserendi domicilium ipsum, quamvis Augustus Reynier deposuerit: « Il (Paulus) se sentait aussi bien chez lui dans le « deux villas que dans son hôtel de Grenoble ». Ex praetensa accidentali commoratione Gratianopoli iudex non potuit concludere pro amissione domicili. Nam in iure est notissimum, absentiam a loco etsi per annos protractam nullam praesumptionem gignere pro amissione domicilii: a fortiori ergo nocere non possunt repetiti reditus in locum, licet

ex causa accidentali provenientes. Huiusmodi enim reditus, si revera transitoriam haberent commorandi causam, etsi non possent ostendere animum servandi domicilium, tamen nullo modo probare valerent, *quod animus domicilium servandi fuerit amissus,* prouti facit sententia. Optime ad rem animadvertit vinculi Defensor: « In themate non est probandum, « num Paulus tempore matrimonii filiae suae *conservaverit* Gratianopo- « litanum domicilium, cum hoc sit praesumendum, sive quia domicilium « semel acquisitum non intelligitur amissum donec contrarium probetur, « sive quia matrimonium est validum praesumendum : sed ex adverso « rigorose est constabiliendum, Paulum domicilium Gratianopoli facto et « animo *amisisse,* quod est omnino ab alio diversum ».

Si porro sententia appellata argumentat, quod commoratio Pauli in Ciaix nec figuram domicilii vel quasi-domicilii habuerit, quia commoratio ibidem non excesserit tempus trium vel quatuor mensium, et electa fuerit unice rusticationis causa, dum e contra locus Bordy-Chakir uti verum domicilium censendus sit, etiam haec argumentatio omnino vitiosa et falsa est. Nam testante medico *eadem causa* Paulum impellebat ad *utrobique* vivendum, nempe fruendi aëris benefìcio. Quare si in *uno* loco domicilium *non* acquisivit, *nec in altero,* quoniam in utroque casu rationes commorandi erant eaedem, quo in casu neque longiora minorave spatia commorationis constituunt differentiam essentialem.

Nec dicatur, Paulum possedisse in Bordy-Chakir villam vineasque, ideoque eum constituisse ibi fortunarum suarum centrum. Nam neque villa neque vineae constituebant patrimonium exclusivum Pauli, sed illa possidebat una cum fratribus Augusto et Henrico. Henricus enim deponit: « Ce n'est pas la maison Reynier qui est propriétaire en Tunisie. « Bordy-Chakir est une propriété de famille ». Iamvero ex eo quod bona illa pertinebant non ad *domum* Reynier, sed ad *familiam* Reynier, scil. ad fratres Reynier, sequitur Paulum non constituisse inibi familiam suam tamquam in centro fortunarum suarum.

Praetermitti potest probatio praetensi domicilii in Bordy-Chakir ex civilitate eum in finem a Paulo acquisita, ut ibi filios stipendia merentes secum haberet. Hanc nempe inscriptionem fuisse fictitiam demonstrat factum quod secretissime facta fuerit, ita ut praeter coniuges Reynier huiusque fratres nemo alius, ne ipsa actrix quidem, de ea notitiam habuerint. Ceterum iterum dicendum est, domicilium praetensum in Bordy-Chakir nullum habere influxum in causam. Etsi enim Paulus ibi domicilium habuisset, tamen ideo non excluderetur domicilium Gratianopolitanum, minime vero per acquisitionem novi domicilii probaretur amissio domicilii antea acquisiti.

In actis elementa desunt, ex quibus certe probari potest, Paulum habuisse intentionem pro semper valedicendi domicilio suo Gratianopoli acquisito: ex adverso multa habentur argumenta ex quibus animus domicilium Gratianopolitanum retinendi deduci potest. Depositiones autem testium, licet omnes sint iuratae, in re non sunt eiusdem valoris. Etsi nequeat dici, actricem *non* esse fide dignam, tamen eius depositiones, utpote in re propria factae, sunt nullius vel minimi tantum valoris. Parochus loci Glaix a iudice interrogatus, « Croyez-vous à la véracité de « Madame de Ghalonge, spécialement dans le réponses dont vous avez « entendu la lecture? », respondit: « Je n'y crois pas, parce que j'ai « l'impression qu'elle a répondu de façon à éviter le domicile de Gre- « noble ». Nec potest obiici, depositiones actricis esse factas sub iuramento, cum doceat Instr. Austr. § 169: « Iusiurandum a coniugibus « praestitum, aeque ac eorum confessio, probationem de impedimento « obtinente suppeditare aut supplere nequit ». Illi porro testes qui sunt officiales fabricae familiae Reynier, et saepe iisdem omnino verbis utuntur quoad domicilium Pauli, dum ex alia parte in non paucis adiunctis discrepant a depositionibus aliorum testium, non sunt immunes ab omni suspicione seu non sunt omni exceptione maiores. Idem dicendum videtur de ultimis depositionibus medici et fratrum actricis quoad intentionem Pauli relinquendi pro semper domicilium Gratianopolitanum, vel saltem rationabiliter dubitari potest de valore talium probationum relate ad decisionem iudicis.

Ex voluminosis actis processualibus sufficit allegare nonnullas depositiones, ex quibus directe vel indirecte concludi potest vel debet, Paulum non habuisse intentionem perpetuo relinquendi suum domicilium Gratianopolitanum. Actrix ipsa testatur, ne proclamationes quidem matrimonii esse factas in parochia Manuba, in cuius districtu situs est locus Bordy-Chakir, nec dispensationes a bannis esse datas ab archiepiscopo Carthaginensi. Interrogata enim a iudice, « Votre mariage a-t-il été « annoncé dans sa (du curé de la Manuba) paroisse? Ou du moins « a-t-il été demandé dispense des bans à l'archevêque de Carthage ? », respondit: « Non, mon mariage n'a pas été annoncé dans la paroisse. On « n'a pas non plus demandé de dispenses à l'archevêque de Carthage ». Interrogata porro, « Avait-il (pater actricis) là (in Bordy-Chakir) des inté- « rets, une exploitation à surveiller, ou bien y venait-il simplement « pour passer la belle saison et par raison de santé? », respondit: « Il y « a eu autrefois quelques signes, mais ce n'était pas à proprement « parler une exploitation. *Il y allait villégiaturer* ». Iamvero ex eo quod Paulus in Bordy-Chakir commoratus est solummodo rusticationis causa,.

sequitur eum ibi non habuisse domicilium neque deseruisse domicilium antehac habitum.

Pro non derelictione domicilii Gratianopolitani stat etiam possessio domus propriae, quae semper mansit parata pro Pauli suaeque familiae habitatione. Nam actrix ad interrogationem iudicis, « Pendant ce temps « (sc. post celebratas nuptias) où trouviez-vous alors à vous installer? », deponit: « A Grenoble, rue Marchal-Rode, dans la maison que mon père «avait fait construire en même temps que la fabrique. *Elle était toute « meublée* ». Constat Paulum non locasse domum suam Gratianopolitanam; nam actrix iudici interroganti, « N'a-t-on pas eu l'intention « de louer votre habitation rue Marchal-Rode ? », respondit : « Oui, « on a eu l'intention, mais mon père *ne Va pas fait* sur les instances « de mon oncle Auguste.... ». Causa autem ob quam Paulus domum non locavit, scilicet preces fratris sui, non valet tollere vim argumentationis, cum Paulus de facto proprietatem domus suae continuaverit. Cum animo Pauli retinendi domicilium possessum quadrat etiam confessio actricis: « Toute la fortune de mon père était dans la maison Reynier ». Summa proinde fortunarum patris erat Gratianopoli. Ideo quoque matrimonium civile sine ulla difficultate contractum est Gratianopoli. Actrix ipsa hoc testatur: interrogata enim a iudice, « Où le mariage « civil entre vous et Monsieur de Chalonge s'est-il célébré? », deposuit: « À la mairie de Grenoble »; et interrogata: « Avez-vous rencontré quel- « ques difficultés à le célébrer a Grenoble? », respondit: « Aucune. On ne « m'a rien demandé, touchant le domicile, parce qu'on croyait que le « domicile de la maison Reynier est rue Marchal-Rode ». Nisi autem Paulus de facto et de iure Gratianopoli suum domicilium habuisset, iuxta legem Gallicam, contractus matrimonialis civilis in hac urbe valide iniri non potuisset. Quod denique actrix cum universa familia Reynier Gratianopolim etiam post nuptias celebratas atque post mortem Pauli consideret uti domicilium suum, probat factum habitationis usque ad hanc diem; de quo testatur actrix ipsa: « Les deux premiers hivers nous « sommes allés en Tunisie, mais depuis... nous sommes restés à Gre- « noble ».

Ex depositionibus parochi ecclesiae S. Aloisii, in qua actricis nuptiae celebratae sunt, sufficit adnotare nonnullas. Quando Paulus erat graviter aegrotus, iacebat in domo sua, ubi parochus eum visitabat. Praeterea testatur idem parochus, quod putet se vidisse Mariam suscipientem sacramenta in ecclesia S. Aloisii, et quod haec ecclesia semper considerata fuerit tamquam ecclesia parochialis familiae Reynier; quare mater tractabat etiam cum eius parocho, quando eius filius suscepit primam

s. communionem, atque familia contribuit summam pecuniae annaiem pro cultu divino eiusdem ecclesiae. Accedit quod mater actricis de formalitatibus matrimonii a filia contrahendi directe agebat cum parocho ecclesiae S. Aloisii, quin ullum dubium oriretur de eius domicilio seu de competentia parochi.

Testante ipsa matre actricis, secundum opinionem publicam Paulus semper habuit suum domicilium Gratianopoli. Marcellus de Ghalonge autem, reus in causa, deponit Paulum Reynier cum sua familia in domo Gratianopolitana commoratum esse circa sex menses et domum fuisse complete exornatam ac instructam pro receptione hospitum. Quapropter ait: « Mon impression est que nous avons toujours considéré la famille « Reynier comme de Grenoble, et qu'elle se considérait elle-même comme « telle ». Et iterum: « J'ai toujours cru qu'on avait célébré le mariage à « « St-Louis, parce que c'était la paroisse », adiiciens se numquam aliquid audivisse de relinquendo domicilio Gratianopolitano.

Augustus Reynier, Pauli frater, deposuit fratrem suum Gratianopoli aedificasse fabricam et domum pro se suaque familia, eum post suum discessum in Africam sibi reservasse fructus fabricae, neque retraxisse suam sortem, sed post aegrotationem rediisse *saepissime* Gratianopolim : « Après sa maladie il venait très-souvent à Grenoble: ma belle- « sœur y venait plus souvent», interrogatus a iudice: « Avez-vous eu « quelques doutes sur la validité du mariage de Chalonge relativement « au domicile de la future? », respondit: « Aucun doute ».

Henricus Reynier, alter frater Pauli, iudici interroganti, « Mr. Paul « Reyner n'a-t-il pas continué à gérer les intérêts de la maison Reynier, « en surveillant l'exploitation agricole de Tunisie, quand sa santé l'obli- « gea à y passer l'hiver? », respondit: « Ce n'est pas la maison Reynier « qui est propriétaire en Tunisie; Bordy-Chakir est une propriété de « famille ». Iterum interrogatus: « L'hotel rue Maréchal-Rode, résidance « de Mr. Paul Reynier, à qui appartenait-il? », respondit: « L'hôtel lui « appartenait ».

Testis Ioanna Gillet de Chalonge, rei mater, arbitratur filium suum considerasse Mariam Reynier uti Gratianopolitanam, et ad interrogationem iudicis : « La maison de Grenoble donnait-elle l'impression que l'on « était vraiment *chez soi,* un centre de ses relations et de ses affaires », respondit absolute : « Oui ». Eadem testis profitetur se non habuisse minimum dubium de validitate matrimonii.

Plurimum valet depositio Francisci Berve, vicarii ecclesiae S. Aloisii, qui fecit inscriptiones in libris parochialibus. Is enim testatur se non habuisse ullum dubium quoad domicilium Gratianopolitanum familiae

Reynier, seseque stupefactum fuisse, quando audierit dominam De Cha longe contendere invaliditatem matrimonii.

Praetermissis aliis testibus, qui directe vel indirecte idem testantur, profertur adhuc testimonium Adalberti Chaperon, curati paroeciae Claix, ubi Paulus cum sua familia per aliquos menses aestivos commorabatur: « J'étais persuadé que Mr. Paul Reynier, étant le maître principale de « l'usine, avait forcément son domicile à Grenoble ».

Haec omnia igitur testimonia in hoc unum conveniunt, quod Paulus Reynier in terram Tunetanam se contulit de consilio medicorum propter adversam valetudinem, seu ex unica causa sese curandi, et quod nunquam habuit animum domicilium Gratianopoli acquisitum in perpetuum deserendi.

Tota fortuna domus Reynier nec traslata fuit in locum Bordy-Chakir, nec fuit cessa aliis; domus habitationis Gratianopoli, pro familia Reynier destinata, eadem suppellectili ornata mansit ac antea, et Paulo familiaeque suae pro tempore commorationis Gratianopoli semper hospitium praebebat. Etsi Paulus ob infirmitatem suam hunc locum suum nativum solummodo ad tempus incolere poterat, tamen habebat animum conservandi illam domum *pro familia sua,* id quod satis- demonstrat animum domicilium non pro semper dimittendi. Hoc probatur etiam ex eo quod habuit intentionem hanc domum donandi filio suo primogenito, sicuti et sententia appellata fatetur: « Qu'il (Paulus) laissât le « mobilier à l'hôtel de Grenoble, *cela* prouve qu'il le pouvait, étant riche, « et en vue des siens plus tard, non qu'il fût décidé à se réinstaller à « demeure ». Idem demonstrant persuasio familiae Reynier quod solus parochus S. Aloisii esset competens quoad assistentiam celebrationi nuptiarum, et dispensatio archiepiscopi ab impedimento consanguinitatis.

Nec valet obiicere quod familia Reynier ideo elegerit locum celebrationis nuptiarum Gratianopoli,, quia opifices fabricae habuerint intentionem offerendi die nuptiarum donum pretiosum, uti affirmant actrix et nonnulli alii testes.- Nam ex diariis matris actricis resultat quod, die 29 aprilis 1906 statuta fuit celebratio matrimonii Gratianopoli, dum propositum offerendi donum nonnisi mense augusto rescitum fuit. Celebratio proinde matrimonii Gratianopoli fabricae addictis praebuit *occasionem* donum *offerendi,* at doni oblatio nequaquam fuit causa ob quam nuptiae in dicto loco *celebratae* sunt.

Neque omittendum est argumentum desumptum ex eo quod Paulus expresse manifestavit voluntatem, ut corpus suum in sepulcro sibi suisque Gratianopoli extracto sepeliretur, et de facto omnia funeralia celebrata sunt in parochia S. Aloisii, in qua habitationis domus est sita.

Ex his aliisque causis omnino constat, Paulum nequaquam habuisse animum domicilium Gratianopolitanum pro semper dimittendi. Etsi autem haec res adhuc esset dubia, tamen non probatum est contrarium, nempe Paulum revera habuisse firmam intentionem relinquendi in perpetuum domicilium suum Gratianopoli acquisitum: quare praesumptio stat semper pro *conservatione* huius domicilii, ergo etiam pro *validitate* matrimonii.

Quibus omnibus perspectis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et sententiamus: *Non constare de matrimonii nullitate in casu,* seu ad propositum dubium *negative* respondemus, statuentes praeterea actricem teneri ad omnes expensas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes, procedant ad normam ss. Canonum et praesertim cap. 3. sess. XXV, *de Ref.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis extitura sunt.

Romae, die 17 iulii 1911.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Ioannes Prior
Aloisius Sincero.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA.

AD R. P. EZEGHIELBM E S. CORDE IESU, CARMELITARUM EXCALCEATORUM PRAEPOSITUM GENERALEM, QUI BEATISSIMO PATRI, DEVOTIONIS ERGO, VOLUMINA OPERUM SPIRITUALIUM S. IOANNIS A CRUCE, ITERUM EDITA, REVERENTER OBTULIT.

Rmo P. Generale,

Veramente graditi sono giunti al Santo Padre i volumi contenenti le opere spirituali di S. Giovanni della Croce e l'affettuoso indirizzo col quale la P. V. Gliene faceva devoto omaggio in nome dei suoi confratelli e sudditi. Sono libri pieni di celeste sapienza, di utili ammaestramenti per le anime desiderose di cristiana perfezione, ed Ella ha fatto opera di santo apostolato curandone con questa nuova edizione una più larga diffusione.

Nell'esprimerle pertanto, per mio mezzo, i sensi del grato Suo animo, l'augusto Pontefice invia a V. P. ed all'intiero Ordine l'apostolica benedizione, pegno delle celesti grazie che su tutti invoca abbondantissime.

Con sensi di ben sincera stima passo, dopo ciò, al piacere di raffermarmi

Di V. R.

Roma, li 20 ottobre 1912.

Affino nel Signore

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO.

AVVISO DI CONCORSO.

Si notifica ehe nella Segreteria della sacra Congregazione del Concilio avrà luogo il concorso all'ufficio di Scrittore. Tale concorso si terrà nell'aula della stessa Segreteria il giorno 16 del prossimo mese di dicembre alle ore 8 ½.

Tutti quelli che desiderassero prendervi parte dovranno non più tardi del 10 del medesimo mese di dicembre, presentare la domanda con i documenti relativi.

Roma, 9 novembre 1912.

0. Giorgi, *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

19 Ottobre 1912. — **L'Emo Sig. Cardinale Ludovico Billot,** *fra gli eminentissimi Porporati appartenenti alla S. Congregazione dei Riti.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico **ad instar participantium :**

12 Ottobre 1912. — **Il Rev. Dott. D. Nicola E. Navarro, Rettore del Seminario arcivescovile di Caracas.**

Prelati Domestici di S. S. :

U Ottobre 1912. — **Mons. Benedetto Rieg, Rettore del Seminario di Rottemburgo.**

28 Ottobre. — **Il Rev. D. Napoleone Giuseppe Roulleaux, della diocesi di Alexandria nella Luisiana.**

Con biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerarii di S. S. :

9 Ottobre 1912. — **Mons. Vincenzo Lopez Aveledo, dell'archidiocesi di Caracas.**

— **Mons. Edmondo Acuña, della medesima archidiocesi.**

9 Ottobre 1912. — Mons. Marco S. Godoy, della medesima archidiocesi.
19 Ottobre. — Mons. Antonio Trajer, della diocesi di S. Ippolito.

Cameriere d'onore di S. S. in abito paonazzo:

12 Ottobre 1912. — Mons. Giacomo Rossi, della diocesi di Bergamo.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 Ottobre 1912. — Al Sig. Giovanni Marjoribanks Egerton, domiciliato a Firenze.
21 Ottobre. — Al Sig. Conte Leone Gastone du Coëtlosquet, della diocesi di Nancy.
28 Ottobre. — Al Sig. Don Francesco de Silva y Fernandez de Henestrosa, Marchese di Zahara.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

28 Ottobre 1912. — Al Sig. Don Aurelio Gomez Gonzalez, Sindaco di Burgos.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

5 Settembre 1912. — Al Sig. Santos Unzué, dell'archidiocesi di Buenos-Aires.
16 Ottobre. — Al Sig. Barone Deodato de Laburgade de Belmont, della diocesi di Montauban.
24 Ottobre. — Al Sig. architetto Enrico Mellet, dell'archidiocesi di Rennes.
— Al Sig. architetto Arturo Regnault, della medesima archidiocesi.
28 Ottobre. — Al Sig. Felice Michel, Presidente delle Conferenze di di S. Vincenzo de'Paoli, nell'archidiocesi di Réims.
— Al Sig. Giulio Périnet, Presidente onorario del Tribunale di Reims.
— Al Sig. avv. Augusto Palle, della anzidetta archidiocesi.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

29 Ottobre 1912. — Al Sig. Pietro Andereggen, già Sergente maggiore della Guardia Svizzera.
— Al Sig. Augusto Imsand, Sergente maggiore della Guardia Svizzera.

NECROLOGIO.

29 Ottobre 1912. — Mons. Benedetto Murua y Lopez, Arciv. di Burgos.
3 Novembre. — Mons. Francesco Jarrin, Vescovo di Plasencia.
9 Novembre. — Mons. Francesco Baldassarre Vescovo di Imola.
14 Novembre. — L'Emo Sig. Card. Alfonso Capecelatro, Arciv. di Capua.

Annus IV. - Vol. IV. Die 2 Decembris 1912. Num. 21.

ACTA APOSTOLIGAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

SODALITAS A S. CATHARINA VIRG. MART., SUB PATROCINIO DÑAB NOSTRAE MATRIS BONORUM STUDIORUM PARISIIS CANONICE ERECTA, ARCHISODALITATIS TITULO ET PRIVILEGIIS DONATUR.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad mentes voluntatesque hominum illuminandas ac regendas divinitus vocati, Nostra plurimum interest ut litterarum studia in Deo potissimum innitantur ac Sanctorum Eius committantur patrocinio. Laeto igitur iucundoque accepimus animo opus a S. Catharina Alexandriae Virgine Martyre nuncupatum, ac postea nostrae Dominae Matri bonorum Studiorum concreditum, iam inde ab anno MDCCCXCI canonice in sacello catholici Normalis Instituti, ubi primum ortum et incrementum habuit, Parisiis conditum fuisse, atque eius finem esse divinam adprecari misericordiam ut in docendo fides denuo restituatur. Cum vero frugifera huiusmodi consociatio, quae iam ingenti numero complectitur sodales, in alias dioeceses non modo Galliae sed aliarum quoque regionum, etiam longinquarum, feliciter sit progressa, atque a fel. rec. Leone Papa XIII dec. Nostro et a Nobis ipsis peculiaribus indulgentiis et privilegiis locupletata; nunc preces tum a praesenti Operis Rectore una cum eius Consilio ac regimine Instituti supradicti, tum a plurimis S. R. E. Cardinalibus et Sacrorum Antistitibus Nobis adhibitas, ut eamdem Sodalitatem novis gratiis augere dignaremur, libenti quidem animo censuimus excipiendas. Quare hisce litteris apostolica auctoritate Nostra memoratum opus S. Catharinae Alexandriae sub patrocinio nostrae Dominae a bonis Studiis, in sacello catholici Normalis Instituti civitatis Parisiensis rite exsistens, in Archisodalitatem

cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus. Archisodalitatis autem sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus ac futuris, eadem apostolica auctoritate, perpetuo item concedimus ac largimur, ut ipsi alias quaslibet sodalitates eiusdem nominis atque instituti, ubique terrarum exsistentes, servatis tamen forma Constitutionis rec. me. Clementis Papae VIII dec. Nostri, quae incipit *Quaecumque a Sede apostolica*, aliisque apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, et cum illis .omnes ac singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, ipsi Sodalitati in Archisodalitatem a Nobis erectae a Sede apostolica concessas, et quae aliis impertiri queant, communicare licite possint ac valeant. Decernentes praesentes Nostras litteras firmas, validas, efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxx octobris MDCCCCXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
a Secretis Status.

L. S.

EPISTOLAE.

L

AD PETRUM CARD. RESPIGHI IN URBE VICARIUM RESCRIBENS, CATECHISMUM DOCTRINAE CHRISTIANAE SUO IUSSU NOVISSIME VULGATUM ADPROBAT AC IN TOTA PROVINCIA ECCLESIASTICA ROMANA TRADI PRAECIPIT.

Signor Cardinale,

Fin dai primordi del nostro Pontificato rivolgemmo la massima cura all'istruzione religiosa del popolo cristiano e in particolare dei fanciulli, persuasi che gran parte dei mali che affliggono la Chiesa provengono dall'ignoranza della sua dottrina e delle sue leggi. I nemici di essa le condannano bestemmiando ciò che ignorano, e molti de' suoi figli, mal conoscendole, vivono come se tali non fossero. Perciò insistemmo spesso sulla somma necessità dell'insegnamento catechistico, e

lo promovemmo da per tutto, secondo il nostro potere, sia con le Lettere Encicliche *Acerbo nimis* e con le disposizioni riguardanti i catechismi nelle parrocchie, sia con le approvazioni e con gli incoraggiamenti ai congressi catechistici e alle scuole di Religione, sia con l'introdurre qui in Roma il testo del Catechismo usato da tempo in alcune grandi provincie ecclesiastiche d'Italia.

Tuttavia col volgere degli anni, tanto a cagione delle nuove difficoltà insidiosamente frapposte a un qualsiasi insegnamento della dottrina cristiana nelle scuole, dove s'impartiva da secoli, quanto anche per la provvida anticipazione, da Noi voluta, della prima comunione dei fanciulli, e per altri motivi, essendoci stato espresso il desiderio di un Catechismo sufficiente, che fosse molto più breve e più adatto alle esigenze odierne, Noi acconsentimmo che si riducesse l'antico Catechismo in uno nuovo, molto ristretto, che noi stessi esaminammo e volemmo fosse pure esaminato da molti nostri confratelli Vescovi d'Italia, affinchè ci esprimessero il loro parere in generale, e indicassero in particolare, secondo la loro scienza ed esperienza, le modificazioni da introdurre.

Avuto da essi un favorevole apprezzamento quasi unanime, con non poche preziose osservazioni che ordinammo fossero tenute nel debito conto, Ci sembra di non dover ritardare più oltre una sostituzione di testo per vari motivi riconosciuta opportuna, fiduciosi che esso, con la benedizione del Signore, tornerà molto più comodo e altrettanto, se non più vantaggioso dell'antico, sia perchè il volume del libro e delle cose da apprendersi, assai diminuito, non disanimerà i giovanetti, già molto aggravati dai programmi scolastiche permetterà ai maestri e catechisti di farlo imparare per intero; sia perchè vi si trovano, nonostante la brevità, più spiegate e accentuate quelle verità che oggidì, con immenso danno delle anime e della società, sono più combattute, o fraintese, o dimenticate.

Anzi confidiamo che anche gli adulti, i quali vogliano, come talora dovrebbero per viver meglio e per educar la famiglia, ravvivare nell'animo le cognizioni fondamentali su cui poggia la vita spirituale e morale cristiana, siano per trovare utile in ciò e gradita questa breve somma, assai accurata anche nella forma, dove incontreranno esposte con molta semplicità le capitali verità divine e le più efficaci riflessioni cristiane.

Questo Catechismo, pertanto, e i Primi elementi che da esso, per comodità dei fanciulletti, abbiamo disposto si ricavino senza mutazione di parola, Noi, con l'autorità della presente, approviamo e prescriviamo alla diocesi e provincia ecclesiastica di Roma, vietando che d'ora innanzi

nell'insegnamento catechistico si segua altro testo. Quanto alle altre diocesi d'Italia, Ci basta esprimere il voto che il medesimo testo, da Noi e da molti Ordinari giudicato sufficiente, venga pure in esse adottato, anche perchè cessi la funesta confusione e il disagio che oggidì moltissimi provano nelle frequenti mutazioni di domicilio, trovando nelle nuove residenze formóle e testi notevolmente diversi che essi difficilmente imparano, mentre per desuetudine confondono e infine dimenticano anche quanto già sapevano. E peggio è per i fanciulli, perchè nulla è sì fatale alla buona riuscita d'un insegnamento quanto il proseguirlo con un testo diverso da quello a cui il giovanetto è già, più o meno, assuefatto.

E poiché per l'introduzione del testo presente qualche difficoltà potranno incontrare gli adulti, perchè si scosta dal precedente anche in talune formóle; così, a togliere gl'inconvenienti, ordiniamo che a tutte le messe principali festive, come pure in tutte le classi della dottrina cristiana, siano recitate in principio, ad alta voce, chiaramente, posatamente, le prime preghiere e le principali altre formóle. In tal maniera, dopo qualche tempo, senza sforzo, tutti le avranno imparate ; e s'introdurrà un'ottima e cara consuetudine di comune preghiera e d'istruzione, che da tempo è in vigore in molte diocesi italiane, con non poca edificazione e profitto.

Esortiamo vivamente nel Signore tutti i catechisti, ora che la brevità stessa del testo ne agevola il lavoro, a volere con tanto maggior cura spiegare e far penetrare nelle anime dei giovanetti la dottrina cristiana, quanto maggiore è oggidì il bisogno d'una soda istruzione religiosa, per il dilagare dell'empietà e dell'immoralità. Ricordino sempre che il frutto del Catechismo dipende quasi totalmente dal loro zelo e dalla loro intelligenza e maestria nel renderne l'insegnamento più lieve e gradito agli alunni.

Preghiamo Dio che, come oggi i nemici della Fede, ognora crescenti per numero e per potenza, con ogni mezzo vanno propagando l'errore, così sorgano numerosissime le anime volonterose a coadiuvare con grande zelo i parroci, i maestri e i genitori cristiani nell'insegnamento quanto necessario altrettanto nobile e fecondo del Catechismo.

Con questo augurio impartiamo di cuore a Lei, signor Cardinale, e a quanti avrà cooperatori in così santo ministero, l'apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 18 ottobre 1912.

PIUS PP. X.

II.

AD GEORGIUM CARD. KOPP, VRATISLAVIENSIUM EPISCOPUM, OB EPISTOLAM VENERATIONIS PLENAM AB EODEM UNA CUM CETERIS GERMANIAE EPISCOPIS FULDAE CONGREGATIS BEATISSIMO PATRI DATAM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex litteris, quas tu ceterique Germaniae episcopi ad Nos scripsistis antequam Fulda discederetis, praeter communis pietatis significationem, placuit etiam perspicue coniicere qua mente quoque animo acceperitis nuperrimam eamque ad vos ipsos datam epistolam encyclicam de opificum consociationibus. Religiose apud vos fovetote hanc, quam litterae vestrae declarant, paratissimam in obsequium voluntatem; et hoc in animos inducite vestros, nihil Deo gratius ac Nobis, Ecclesiae nihil utilius concordi episcoporum in sentiendo agendoque sollertia, quam par erga apostolicam hanc Sedem observantia firmaverit, adiuvent. — Gonstantiniana sollemnia, ad quae mens provolat vestra, valde velimus Catholicorum omnium in Ecclesiae libertatem ita studia excitent, ut in spem adducant cogitationem que meliorem.

Auspicem caelestium gratiarum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, episcopis, ac gregibus cuique creditis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv novembris MCMXII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

ALLOCUTIO

HABITA DIE XVIII NOVEMBRIS MCMXII AD SACERDOTES CONSOCIATIONI « L'UNIONE APOSTOLICA » ADDICTOS, QUINQUAGESIMO RECURRENTE ANNO AB EIUSDEM CONSOCIATIONIS INITIO.

Vi ringrazio, diletti confratelli, del delicato pensiero che vi ha condotti al Vaticano per celebrare qui con l'antico confratello il cinquantesimo anniversario della fondazione dell' *Unione Apostolica.* Vi ringrazio di tutto cuore, e prego il Signore che voglia ricompensarvi per questo atto di squisita carità. Mi congratulo poi con voi di esservi ascritti a questa unione, perchè con tale atto avete preso impegno di adempiere fedelmente tutti gli obblighi sacerdotali: obblighi che io ho procurato

eli riassumere nelf*Exhortatio ad clerum*, pubblicata in occasione del mio Giubileo sacerdotale, e colFadempimento dei quali potremo mantenerci fedeli alla vocazione alla quale ci ha chiamato il Signore: *vocavit vocatione sua sancta:* potremo cioè conseguire la santità necessaria per il sacerdozio a cui fummo chiamati. Se parlando dei semplici cristiani san Pietro li chiamava *gens sancta, genus electum, regale sacerdotium*, quanto più si dovrà questo dire di noi rappresentanti di Dio sulla terra e suoi ministri, *quos elegit Deus in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in caritate, quos non dixit servos sed amicos, pro Christo legatione fungentes, ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei?*

Per raggiungere pertanto questa santità vi raccomando di mantenervi sempre fedeli alla osservanza delle regole della vostra Unione, guardandovi bene dal dispensarvi in nessun giorno e per nessun motivo dagli obblighi che da esse vi sono imposti, cioè dàlia meditazione, dalla lettura spirituale, dall'esame, dalla visita al SS. Sacramento, perchè osservando quest'ordine, vi conserverete buoni e diverrete santi.

Distratti da tante altre occupazioni, è facile dimenticare le cose che conducono alla perfezione della vita sacerdotale; è facile illudersi e il credere che occupandosi della salute delle anime altrui, si lavori di proposito anche alla propria santificazione. Ma non v'induca in errore questa lusinga, perchè *nemo dat quod non habet;* e per santificare gli altri bisogna non trascurare alcuno dei mezzi proposti a santificare noi stessi.

Avete poi detto assai bene che caratteristica dei sacerdoti *dell'Unione Apostolica* e loro particolare divisa dev'essere, ed è di fatto, l'amore pel Papa, e anche questo contribuirà mirabilmente alla vostra santificazione. Per amarlo poi basta riflettere chi è il Papa.

Il Papa è il guardiano del dogma e della morale; è il depositario dei principi che formano onesta la famiglia, grandi le nazioni, sante le anime; è il consigliere dei principi e dei popoli; è il capo sotto del quale nessuno sentesi tiranneggiato, perchè rappresenta Dio stesso; è il padre per eccellenza che in sè riunisce tutto che vi può essere di amorevole, di tenero, di divino.

Sembra incredibile, ed è pur doloroso, che vi siano dei sacerdoti ai quali debbasi fare questa raccomandazione, ma siamo purtroppo ai nostri giorni in questa dura, infelice condizione di dover dire a dei sacerdoti: amate il Papa!

E come si deve amarlo il Papa? *Non verbo neque lingua, sed opere et veritate.* Quando si ama una persona si cerca di uniformarsi in tutto

ai suoi pensieri, di eseguirne i voleri, di interpretarne i desideri. E se nostro Signor Gesù Cristo diceva di sè: *si quis diligit me, sermonem meum servabit,* così per dimostrare il nostro amore al Papa è necessario ubbidirgli.

Perciò quando si ama il Papa, non si fanno discussioni intorno a quello che Egli dispone od esige, o fin dove debba giungere l'obbedienza, ed in quali cose si debba obbedire; quando si ama il Papa, non si dice che non ha parlato abbastanza chiaro, quasi che Egli fosse obbligato di ripetere all'orecchio d'ognuno quella volontà chiaramente espressa tante volte non solo a voce, ma con lettere ed altri pubblici documenti; non si mettono in dubbio i suoi ordini, adducendo il facile pretesto di chi non vuole ubbidire, che non è il Papa che comanda, ma quelli che lo circondano; non si limita il campo in cui Egli possa e debba esercitare la sua autorità; non si antepone alla autorità del Papa quella di altre persone per quanto dotte che dissentano dal Papa, le quali se sono, dotte non sono sante, perchè chi è santo non può dissentire dal Papa.

È questo lo sfogo di un cuore addolorato, che con profonda amarezza faccio non per voi, diletti confratelli, ma con voi per deplorare la condotta di tanti preti, che non solo si permettono discutere e sindacare i voleri del Papa, ma non si vergognano di arrivare alle impudenti e sfacciate disubbidienze con tanto scandalo dei buoni e con tanta rovina delle anime.

Questo lamento non è provocato (lo ripeto) da voi, diletti confratelli, che, osservanti delle regole dell'Unione, professate solennemente il vostro ossequio, il vostro affetto, la vostra pietà verso il Papa. - Iddio vi mantenga in questi santi propositi e vi conforti della sua benedizione; quella benedizione che invoco sopra di voi, sui vostri confratelli, sulle vostre famiglie, sulle persone tutte a voi care e che avete in mente, perchè a tutti sia apportatrice di ogni consolazione.

AVVERTENZA.

A togliere l'equivoco che certi giornali vanno creando in mezzo al clero ed ai fedeli, si dichiara che la santa Sede non riconosce per conformi alle direttive pontificie ed alle norme della Lettera di Sua Santità all'Episcopato Lombardo, in data del I° Luglio 1911, i giornali seguenti: *L'Avvenire d'Italia, Il Momento, Il Corriere d'Italia, Il Corriere di Sicilia, L'Italia,* ed altri dello stesso genere, checché ne sia delle intenzioni di alcune egregie persone che li dirigono ed aiutano.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

ACTA CONSISTORII

PROUT EDITA SUNT IPSA CONSISTORII DIE

Roma, 2 dicembre 1912.

La Santità di Nostro Signore Papa Pio X ha tenuto questa mattina pubblico Concistoro nel Palazzo apostolico Vaticano, per dare il Cappello Cardinalizio agli Emi e Rmi signori Cardinali Cos y MACHO, VICO, BAUER, ALMARÁZ Y SANTOS e NAGL creati e pubblicati nel Concistoro segreto del 27 Novembre 1911.

A tale oggetto i prefati Emi e Rmi signori Cardinali, circa le ore 10 antimeridiane, si sono recati alla **Cappella** Sistina, ove dai Cappellani Cantori Pontifici si eseguivano i soliti mottetti, ed ivi alla presenza degli Emi e Rñii signori Cardinali Capi d'Ordine, Cancelliere di S. R. Chiesa e Camerlengo del Sacro Collegio, hanno prestato il giuramento secondo le Costituzioni Apostoliche.

Intanto Sua Santità discesa colla Sua Nobile Corte nella Sala dei Paramenti, ove l'attendevano gii Emi e Rmi signori Cardinali, il Vice-Camerlengo di S. R. C, il Principe Assistente al Soglio, gli Arcivescovi e Vescovi, i vari Collegi della Prelatura Romana, gli officiali ed i Cubiculari insieme al Segretario della S. C. dei Riti, al Promotore della Fede, agli Avvocati Concistoriali ed agli altri soliti intervenire alle solenni Pontifìcie funzioni, ha assunto le sacre vesti, e dalla Sala Ducale, salita sulla sedia gestatoria tra i flabelli, preceduta e seguita dei suddetti Personaggi, si è portata all'Aula delle Beatificazioni ed ascesa sul Trono ha dato principio alla solenne cerimonia.

Mentre dagli Emi e Rmi signori Cardinali si prestava al S. Padre l'atto d'obbedienza, i Cappellani Cantori Pontifici intercalavano altri due mottetti di circostanza. Dopo di che i novelli Porporati introdotti nell'Aula dai signori Cardinali Diaconi, si sono presentati al Trono di Sua Santità, Cui hanno baciato il piede e la mano ricevendone l'amplesso. Abbracciati quindi dai loro Colleghi, si sono portati ad occupare i posti a loro competenti. Quindi i novelli Porporati, fatto ritorno al Trono

Pontificio, dalle mani di Sua Beatitudine hanno ricevuto colle solite formalità il Cappello Cardinalizio.

Durante questa Cerimonia l'Avvocato Concistoriale sig. Commendatore Odoardo Marchetti ha perorata la Causa di Beatificazione del Venerabile Giuseppe Cafasso, sacerdote secolare di Torino.

Dopo ciò Sua Santità, levatasi in piedi e benedetti dal Trono gli astanti, ne discese e, preceduta e seguita dal S. Collegio, insieme ai novelli Porporati, nonché dai menzionati Personaggi, in sedia gestatoria ha fatto ritorno alla Sala dei Paramenti, dalla quale, dopo deposte le sacre vesti, è risalita colla Sua Nobile Corte nei suoi appartamenti.

In seguito gli Emi signori Cardinali si sono recati processionalmente alla Cappella Sistina, preceduti dai Cappellani Cantori Pontifici, che cantavano l'inno Ambrosiano; finito il quale il signor Cardinal Sotto-Decano ha recitata l'orazione *super creatos Cardinales,* e nell'uscire dalla Cappella i novelli Porporati hanno ricevuto dai loro Colleghi un secondo amplesso.

Terminato il Concistoro pubblico, ha avuto luogo nell'Aula solita il Concistoro segreto, nel quale l'Emo e Rmo signor Card. Merry del Val, terminato l'officio di Camerlengo del Sacro Collegio, ha presentata la solita Borsa a Sua Beatitudine, che si è degnato passarla all'Emo e Rmo signor Card. Rinaldini. Quindi il Santo Padre, dopo chiusa la bocca, giusta il costume, agii Emi e Rmi signori Cardinali novelli, si è degnato di pubblicare Cardinale di S. Romana Chiesa, dell'Ordine dei Preti, Mons. CARLO DE HORNIG, Vescovo di Veszprimia.

Ha poi Sua Beatitudine proposte le seguenti Chiese:

Chiesa Metropolitana di Guadalajara, per il Revmo Mons. FRANCESCO OROZCO JIMÉNEZ, promosso dalla Sede cattedrale di Chiapas.

Chiesa Metropolitana di Lione, per il Rino Mons. ETTORE IRENEO SEVIN, promosso dalla Sede cattedrale di Ghâlons-sur-Marne.

Chiesa Metropolitana di Colonia, per il Rmo Mons. FELICE DE HARTMANN, promosso dalla Chiesa cattedrale di Münster.

Chiesa titolare Vescovile di Epifania, pel Rmo Mons. ARSENIO DEL CAMPO Y MONASTERIO, dell'Ordine Agostiniano, già Vescovo di Nuova Cáceres.

Chiesa titolare Vescovile di Echino, pel Rmo Mons. FRANCESCO SIMON Y RODENAS, dei Minori Cappuccini, traslato dalla Chiesa cattedrale di S. Marta in Colombia.

Chiesa titolare Vescovile di Imeria, pél Rmo Mons. GIOVANNI ANDREA MASERA, traslato dalla Chiesa cattedrale di Biella.

Chiesa Cattedrale di Faenza, pel Rino Mons. VINCENZO BACCHI, traslato dalla Chiesa titolare di Mindo.

Chiesa Cattedrale di Anagni, pel Rmo Mons. SILVIO GASPERINI, Priore della Cattedrale e Vicario capitolare di Spoleto, dottore in sacra teologia e Legge.

Chiesa Cattedrale di Biella, pel Rmo D. NATALE SERAFICO, Abate mitrato di Nostra Signora del Rimedio in Genova.

Chiesa Cattedrale di Tabasco, pel Rmo D. ANTONIO HERNÁNDEZ, canonico della Cattedrale di Chilapa e Vicario generale della stessa diocesi.

Chiesa titolare Vescovile di Comana, pel Rmo Mons. ADAMO SENOER, Vicario generale e canonico della Metropolitana in ßamberga e dottore in Diritto canonico.

Ha quindi Sua Santità annunziata la provvista delle seguenti Chiese, già fatta con Bolla o con Breve:

Chiesa titolare Arcivescovile di Anazarbo di Rito Latino, per il Reverendissimo Mons. CLAUDIO GIUSEPPE GONZALVES PONCE DE LEÁO, traslato dalla Sede Metropolitana di Portalegre nel Brasile.

Chiesa titolare Arcivescovile di Edessa, per il Rmo Mons. TOMMASO PIO BOGGIANI, promosso dalla Chiesa cattedrale di Adria.

Chiesa Metropolitana di Sens, per il Rmo Mons. GIOVANNI VITTORIO EMILIO CHESNELONG, promosso dalla Chiesa cattedrale di Valence.

Chiesa titolare Arcivescovile di Laodicea di Teodoriade, per il Rmo Monsignor RAFFAELE SCAPINELLI DI LÉGUIGNO, diocesano di Reggio Emilia, Segretario della S. Congregazione degli Affari ecclesiastici straordinari.

Chiesa titolare Arcivescovile di Melitene, per Mons. GIOVANNI BONZANO, diocesano di Vigevano, Rettore del Collegio Urbano di Propaganda Fide in Roma, dottore in Teologia e Diritto canonico e Consultore della S. Congregazione Concistoriale.

Chiesa titolare Arcivescovile di Trebisonda, per il Revmo Mons. GIUSEPPE C AMASSA, già Vescovo di Melfi e Rapolla.

Chiesa titolare Arcivescovile di Seleucia di Siria, per il Revmo Monsignor DOMENICO SERAFINI, traslato dalla Sede arcivescovile di Spoleto.

Chiesa titolare Arcivescovile di Cirro, per il Revmo Mons. LODOVICO SZMRECSÁNYI, promosso dalla chiesa titolare di Magido, deputato Coadiutore con futura successione dell'eminentissimo Cardinale Arcivescovo di Agria (ora succeduto).

Chiesa Metropolitana di Urbino, per il Rmo Mons. GIACOMO GHIO, diocesano di Genova, arciprete di Sori e Prelato Domestico di Sua Santità.

Chiesa Metropolitana di Genova, per il Rmo Mons. ANDREA CARÓN, promosso dalla Chiesa cattedrale di Ceneda.

Chiesa titolare Arcivescovile di Cher sona, per il Rev. D. DONALDO LUIGI MACKINTOSH, Vicario generale e preposto del Capitolo di Glasgow, deputato Coadiutore con futura successione dell'Arcivescovo di Glasgow.

Chiesa Metropolitana di Bamberga, per il Rev. D. GIOVANNI GIACOMO HAUCK, parroco di S. Elisabetta a Nürnberg e dottore in S. Teologia.

Chiesa titolare Arcivescovile di Palmira, per il Rino Mons. ANTONIO SARDI, promosso dalla Sede cattedrale di Anagni.

Chiesa Metropolitana di Toronto, per il Rmo Mons. NILO MAC NEIL, traslato dalla Sede arcivescovile di Vancouver.

Chiesa Metropolitana di Vancouver, per il Rmo Mons. TIMOTEO CASEY, promosso dalla Chiesa cattedrale di S. Giovanni nel Nuovo Brunswick.

Chiesa Metropolitana di Porto Alegre nel Brasile, per il Rino Monsignor GIOVANNI BECKER, promosso dalla Chiesa cattedrale di Florianopolis.

Chiesa Metropolitana di Otranto, per il Rmo Mons. GIUSEPPE RIDOLFI, traslato dalla Chiesa titolare arcivescovile di Apamea.

Chiesa Arcivescovile di Spoleto, per il Rev. P. PIETRO PACIFICI, vicario generale dei Somaschi e rettore del Collegio Gallio in Como.

Chiesa titolare Arcivescovile di Cirro, per il Rino Mons. GIOACCHINO GIUSEPPE VIEIRA, promosso dalla Sede cattedrale di Fortalezza o Cearà.

Chiesa Arcivescovile di Atene, per il Rev. P. LUDOVICO PETIT, dei Padri Assunzionisti.

Chiesa Arcivescovile di Antivari, per il Rev. D. NICOLÒ DOBRECIC, già alunno del Collegio Urbano, parroco di Cettigne.

Chiesa Metropolitana di Corfù, per il Rmo Mons. DOMENICO DARMANIN, promosso dalla diocesi di Sira.

Chiesa Metropolitana di Tokio, per il Rev. P. GIOVANNI PIETRO REY, delle Missioni estere di Parigi.

Chiesa Arcivescovile di Bagdad di rito Siro, per il Rev. D. MOSE DALLAL.

Chiesa titolare Arcivescovile di Amida, per il Rmo Mons. GIACOMO DUHIG, promosso dalla Chiesa cattedrale di Rockhampton, deputato Coadiutore con successione di Mons. Arcivescovo di Brisbane.

Chiesa titolare Arcivescovile di Farsalo, per il Rmo Mons. DANIELE MANNIX, preside del Collegio di Maynouth in Irlanda, deputato Coadiutore con diritto di successione dell'Arcivescovo di Melbourne.

Chiesa Cattedrale di Salaria, per il Rev. D. GIOVANNI dei Conti MIKES DE ZABOLA, della diocesi di Transilvania, ivi parroco e arcidiacono foraneo nella città di Székelyudvarhely.

Chiesa Cattedrale di Armenopoli o Szamos-JJjvár, di rito Greco Rumeno, per il Rino Mons. BASILIO HOSSU, trasferito dalla Sede vescovile di Lugos dello stesso rito.

Chiese Cattedrali unite di Recanati e Loreto, per il Riño Mons. ALFONSO ANDREOLI, traslato dalla sede di Montefeltro.

Chiesa Cattedrale di Loja nell'Equatore, per il Rev. D. CARLO MARIA DE LA TORRE, canonico teologo della Metropolitana di Quito, dottore in S. Teologia e in Diritto canonico.

Chiesa Cattedrale di S. Giovanni di Cuyo nella Repubblica Argentina, per il Rev. D. GIUSEPPE AMERICO ORZALI, parroco di S. Michele Arcangelo a Buenos-Aires.

Chiesa titolare Vescovile di Tebe, per il Rmo Mons. VINCENZO PISANI, già Vescovo di Anglona-Tursi.

Chiese Cattedrali unite di Melfi e Rapolla, per Mons. ALBERTO COSTA, di Borgo S. Donnino, ivi vicario generale, professore nel Seminario e canonico della Cattedrale, Cameriere segreto soprannumerario di Sua Santità e dottore in S. Teologia.

Chiesa titolare Vescovile di Terme, per il Rev. D. GIUSEPPE MÉTREAU, arciprete di S. Michele Arcangelo in Bordeaux, deputato Ausiliare di Mons. Arcivescovo di Tours.

Chiesa Cattedrale di Richmond, per il Rmo Mons. DIONISIO I. O' CONNEL, traslato dalla Chiesa vescovile titolare di Sebaste.

Chiesa Cattedrale di Cheyenne, per il Rev. D. PATRIZIO LUIGI MC GOVERN, della diocesi di Omaha, ivi rettore della chiesa cattedrale.

Chiesa Cattedrale di Guayaquil, per il Rmo Mons. GIOVANNI MARIA RIESA, traslato dalla Sede cattedrale di Porto Vecchio.

Chiesa titolare Vescovile di Sebaste, per Mons. ADOLFO DAVID, vicario generale di Montpellier, deputato Ausiliare dell' Emo Cardinal de Cabrières, Vescovo della stessa diocesi.

Chiesa Cattedrale di Pasto in Colombia, per il Rev. D. LEONIDA MEDINA^ canonico della Metropolitana di Bogota.

Chiesa Cattedrale di Des Moines negli Stati Uniti di America, per il Reverendo D. AGOSTINO DOWLING, rettore della Cattedrale di Providence.

Chiesa Cattedrale di Valence, per il Rev. D. EMANUELE MARIA GIUSEPPE MARTIN DI GIBERGUES, diocesano di Parigi, ivi Superiore dei Missionari diocesani, dottore in S. Teologia e in Diritto canonico.

Chiesa Cattedrale di Campeche nel Messico, per il Rev. D. VINCENZO CASTELLANOS, Segretario di Mons. Arcivescovo di Durango.

Chiesa titolare Vescovile di Arindela, per il Rmo Mons. GIUSEPPE ENRICO CONROY, Vicario generale di Ogdensburg e rettore della stessa Cattedrale, deputato Ausiliare del Vescovo della stessa diocesi.

Chiesa Cattedrale di Panama, per il R. P. GUGLIELMO ROJAS, Sacerdote della Missione, Amministratore apostolico della stessa diocesi.

Chiesa titolare Vescovile di Temno, per il Rev. D. MICHELE HIGGINS, diocesano di Tuam, ivi parroco a Cummer, dottore in S. Teologia, deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di Tuam

Chiesa titolare Vescovile di Martiropoli, per il Rev. D. VITTORE HORVÁTH, canonico della Metropolitana di Colocsa, dottore in sacra Teologia, deputato ausiliare dell'Arcivescovo di Colocsa.

Chiesa Cattedrale di Termoli, per il Rmo Mons, Rocco CALIANDRO, diocesano di Oria, ivi Vicario generale, e canonico teologo della Cattedrale, dottore in S. Teologia.

Chiesa Cattedrale di Patii, per il Rmo Mons. FERDINANDO FIANDACA, traslato dalla Chiesa cattedrale di Nicosia.

Chiesa Cattedrale di Montefeltro, per il Rev. D. RAFFAELE SANTT, Parroco di Pieve di Budrio presso Bologna, dottore in Filosofia, in S. Teologia e in Diritto canonico.

Chiesa Cattedrale di Mostar, per il Rev. P. LUIGI STEFANO MISIC, dell'Ordine dei Frati Minori dell'Unione Leoniana.

Chiesa titolare Vescovile di Lirba, per il Revmo Mons. ANTONIO PAPP, Protonotario apostolico, canonico della Cattedrale di Munkács, Vicario generale della stessa diocesi, deputato Coadiutore con successione di Mons. Vescovo di Munkács *Ruthenorum.* (Succeduto).

Chiesa Cattedrale di Cuernavaca, per il Rev. D. EMANUELE FULCHJERI, canonico della Metropolitana di Messico e rettore del Seminario.

Chiesa titolare Vescovile di Clazomene, per il Rev. D. PATRIZIO T. RYAN, Vicario generale di Pembroke, deputato Ausiliare dello stesso Vescovo di Pembroke.

Chiesa titolare Vescovile di Lamo, per il Rev. D. GIOVANNI Me ÍNTYRE, canonico teologo della Metropolitana di Birmingham, dottore in S. Teologia, deputato Ausiliare dello stesso Arcivescovo di Birmingham.

Chiesa titolare Vescovile di Azoto, per il Rmo Mons. GIOVANNI GIUSEPPE Me CORT, Vicario generale di Filadelfia, deputato Ausiliare dello stesso Arcivescovo di Filadelfia.

Chiesa titolare Vescovile di Filippopoli, per il Rev. D. GIORGIO GAUTHIER, canonico-parroco della Metropolitana di Montréal, dottore in diritto canonico, deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di Montréal.

Chiesa Cattedrale di Antigonish, per il Rmo Mons. GIACOMO MORRISON, Amministratore apostolico di Charlottetown e parroco di Vernon River.

Chiesa Cattedrale di S. Giovanni nel Nuovo Brunswick, per il Rev. D. EDOARDO LE BLANC, parroco di S. Bernardo in diocesi di Halifax.

Chiesa titolare Vescovile di Delco, per il Rev. D. ENRICO HAEHLING DE LANZENAUER, nato nella diocesi di Treviri, decano del Capitolo di Paderborna, deputato Ausiliare del Vescovo di Paderborna.

Chiesa Cattedrale di Le Mans, per il Rev. D. RAIMONDO DE LA PORTE, parroco decano di Notre-Dame in Versailles.

Chiesa titolare Vescovile di Uranopoli, per il Rev. P. DOMENICO CARREROT, dell'Ordine dei Predicatori, nominato Prelato ordinario di Conceicâo do Àraguaya nel Brasile.

Chiese Cattedrali imite di Penne ed Atri, pel il Rev. D. CARLO PENSA, rettore del Seminario di Arona.

Chiesa Cattedrale di Bagnorea, per il Rev. D. EMILIO POLETTI, arciprete eli Menaggio in diocesi di Como.

Chiesa Cattedrale di Fortalezza, per il Rmo Mons. EMANUELE DA SILVA GOMES, traslato dalla Chiesa titolare Vescovile di Mopsuestia.

Chiesa Vescovile titolare di TitopoU, per il Rev. D. EDOARDO GIUSEPPE HANNA, della diocesi di Rochester, ivi professore di domma nel Seminario, deputato Ausiliare dell'Arcivescovo di S. Francisco in California.

Chiesa titolare Vescovile di Metellopoli, per il Rmo Mons. GIACOMO CARROLL, traslato dalla Sede cattedrale di Nuova Segovia.

Chiesa Cattedrale di 8. Severo, per il Rmo Mons. GAETANO PIZZI, traslato dalla Sede cattedrale di Lacedonia.

Chiesa Cattedrale di Bressanone, per il Rmo Mons. FRANCESCO EGGER, traslato dalla Chiesa titolare di Laranda.

Chiesa Cattedrale di S. Pietro o Fort-de-France nella Martinica, per il Rev. D. GIUSEPPE MALLERET, della Congregazione dello Spirito Santo.

Chiesa Cattedrale di Guadalupa, per il Rev. P. LODOVICO PIETRO GENOUD, della Congregazione dello Spirito Santo.

Chiesa Cattedrale di Kandy, per il Rev. P. BEDA BEEKMEYER, della Congregazione dei Silvestrini.

Chiesa Cattedrale di Nagasaki, per il Rev. D. CLAUDIO GIOVANNI COMBAZ, del Seminario delle Missioni estere di Parigi.

Chiesa Cattedrale di Sira, per il Rev. D. ANTONIO MACRIONITI, canonico della diocesi di Smirne, già alunno del Collegio Urbano.

Chiesa Cattedrale di Rockhampton, per il Rev. GIUSEPPE SHIEL, della stessa diocesi.

Chiesa Cattedrale di Gezira di rito Siro, per il Rev. MICHELE MALGHE, dello stesso rito.

Chiesa titolare Vescovile di Agatopoli, per il Rev. P. CAMILLO CARRARA, dei Minori Cappuccini, deputato Vicario apostolico dell'Eritrea.

Chiesa titolare Vescovile di Botri, per il R. P. FRANCESCO AGUIRRE, dell'Ordine dei Frati Predicatori, deputato Vicario apostolico del Fo-kien.

Chiesa titolare Vescovile di Milasso, per il Rev. D. GIUSEPPE MARIA CARO RODRÍGUEZ, deputato Vicario apostolico di Tarapacá nel Chili.

Chiesa titolare Vescovile di Gordo, per il Rev. D. FERDINANDO TERRIEN, del Seminario delle Missioni estere di Lione, deputato Vicario apostolico della Costa di Benin.

Chiesa titolare Vescovile di Dibon, per il Rev. P. GIUSEPPE FELICE BLANC, della Società di Maria, deputato Vicario apostolico dell'Oceania Centrale.

Chiesa titolare Vescovile di Oleno, per il Rev. D. LUIGI SILVA LEZAETA, dell' Archidiocesi di Santiago, parroco di Copiapo, deputato Vicario apostolico di Antofogasta nel Chili.

Chiesa titolare Vescovile di Gargara, per il Rev. D. GIOVANNI BIERMANS, della Società di S. Giuseppe di Mill Hill, nominato Vicario apostolico del Nilo Superiore.

Chiesa titolare Vescovile di Curiibi, per il Rev. D. PAOLO DUMOND, della Missione, eletto Vicario apostolico del Nuovo Vicariato del Ce-Li marittimo.

Chiesa titolare Vescovile di Musti, per il Rev. P. GIOVANNI EFREM BERTREUX, della Società di Maria, deputato Vicario apostolico delle Isole Salomone meridionali.

Chiesa titolare Vescovile di Tipasa di Mauritania, per il Rev. D. ENRICO LÉONARD, dei Padri Bianchi, deputato Coadiutore con diritto di successione del Vicario apostolico dell'Unianembé nell'Africa Centrale.

Chiesa titolare Vescovile di Patara, per il Rev. D. NICETO BUDEA, rettore del Seminario di Leopoli, deputato Vescovo pei Ruteni del Canada.

Chiesa titolare Vescovile di Elea, per il Rev. D. GIOVANNI LUDOVICO CLERC-RENAUD, della Missione, eletto Vicario apostolico del Kiam-Si Orientale.

Chiesa titolare Vescovile di Tanagra, per il Rev. P. PIETRO SALVATORE WALLESER, dei Minori Cappuccini, eletto Vicario apostolico delle Isole Marianne e Caroline.

Chiesa titolare Vescovile di Aretusa di rito siro, per il Rev. D. MOSE SARKIS, nominato Vicario patriarcale delle diocesi Sire unite di Horns-Hama.

Chiesa titolare Vescovile di Dañaba, per il Rev. D. DOMENICO TAPPUNI, deputato Ausiliare di S. E. Mons. Ignazio Efrem II Rahmani, Patriarca Antiocheno dei Siri.

Chiesa Cattedrale di Sale, per il Rmo Mons. PATRIZIO PHELAN, Vicario generale di Melbourne.

In seguito Sua Santità ha aperto, secondo il consueto, la bocca ai novelli Porporati.

Quindi si è fatta a Sua Beatitudine la postulazione del sacro Pallio per le Chiese Metropolitane di *Sens, Urbino, Genova, Bamberga, Toronto, Vancouver, Portalegre nel Brasile, Otranto, Spoleto, Guadalajara, Lione, Colonia, Corfù, Atene, Antivari,* e *Tokio;* nonché di *Agria* per successione, e della Cattedrale di *Anagni* per privilegio.

Finalmente il Santo Padre ha posto l'anello Cardinalizio ai prefati Cardinali e ha assegnato :

All'Emo Cos y Macho, il titolo presbiterale di *S. Maria del Popolo ;*
All'Emo Vico, quello di *S. Callisto;*
All'Emo Baup:r, quello di *S. Girolamo degli Schiavoni;*
All'Emo Almaráz y Santos, quello di *S. Pietro in Montorio;*
All'Emo Nagl, quello di S. *Marco.*

Ritiratasi Sua Santità nei suoi appartamenti, ha ricevuto privatamente gli stessi Emi Porporati.

II.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Consistorialis Congregationis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

22 octobris 1912. — Titulari ecclesiae episcopali Titopolitanae praefecit Sac. Eduardum Iosephum Hanna, dioecesis Roffensis in America, ibidem professorem in seminario, quem constituit Auxiliarem Revmi D. Patritii Gulielmi Riordan, archiepiscopi Sancti Francisci in California.

26 octobris. — Titulari ecclesiae episcopali Metellopolitanae Rmum D. Iacobum Carroll, hactenus episcopum Novae Segobiae.

5 novembris. — Cathedrali ecclesiae Sancti Severi Rmum D. Caietanum Pizzi, hactenus episcopum Laquedoniensem.

6 novembris. — Cathedrali ecclesiae Brixinensi Rmum D. Franciscum Egger, hactenus episcopum titularem Larandensem.

8 novembris. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Cyrrensi Rmum D. Ioachim Iosephum Vieira, nuperrime nominatum episcopum titularem Imeriensem.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

12 novembris 1912. —• *Episcopus Saliensis in Australia,* R. D. Patritius Phelan, Vicarius generalis dioeceseos Melburnensis.

S. CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

DE IUDICIALI ORDINE SERVANDO IN CAUSIS SERVORUM DEI PROCEDENTIBUS PER VIAM CASUS EXCEPTI.

Cum in agendis causis Servorum Dei procedentibus per viam casus excepti vetus disciplina, recte sapienterque constituta, sensim immutata esset, et novus longeque facilior et expeditior ordo introductus; tum f. r. Leo PP. XII (Decret. 20 dec. 1826), tum b. m. Pius PP. IX (Decret. 10 decembr. 1868) generalium Decretorum tenorem ac veterem sacrae Congregationis praxim religiosius observari iubentes, obliteratum rigorem, ex parte saltem, in usum revocarunt.

Verum experientia compertum est, in causis huius generis non modo expedire, sed plane necesse esse, ut severitas maxime iudicialis ordinis sancte retineatur et integre : ex quo enim mitigatam formam is ordo suscepit, non satis, iudicio quidem probatorum virorum, illae adhibitae sunt cautiones, quas ad confirmationem cultus, beatificationi aequalem, ipsa rei gravitas monet adhiberi. Neque enim eodem habenda est loco simplex conservatio antiqui et immemorabilis cultus, cuius iudicium pleno iure ad Ordinarios pertinet, atque confirmatio, quae a Sede apostolica petitur : quaeque cum beatificationem exaequet, seu, ut mos fuit maioribus loqui, beatificatio sit aequipollens, Servum Dei, cuius cultus confirmatus fuerit, in insigniori quodam honoris gradu ante fidelium oculos constituit, qui supremo canonizationis honori proximus est.

Hisce rebus omnibus Ssmus D. N. Pius Papa X mature perpensis, •cum prudentissimis viris conlato consilio, huiusmodi causarum veterem disciplinam instaurandam censuit: nonnullis additis praescriptionibus ad eum finem, ut confirmatio cultus, quae vim beatificationis habeat, fundamentis semper nitatur idoneae firmitalis.

Itaque idem Ssmus Dominus nullum quidem detrimentum afferre intendit iuri Servorum Dei, quos f. r. Urbanus Papa VIII a suis Decretis •excepit.

Quatenus vero ipsorum Dei Servorum cultus confirmatio vel approbatio ab apostolica Sede petatur, haec statuit inviolate servanda:

1. In omnibus et singulis causis procedentibus per viam casus -excepti, abrogato penitus quovis alio iudiciali ordine,- ante omnia, more

solito, perquirantur diligenterque recognoscantur scripta Servi Dei: tum confecto ab Ordinario processu super fama sanctitatis vitae, virtutum (vel martyrii) et miraculorum, quo respondeatur quaestionibus: « An in loco sit constans et communis fama et persuasio de sancta Servi Dei in terris conversatione (vel de eius martyrio et martyrii causa), necnon de miraculis ad eius intercessionem patratis : an ibidem de praesenti vigeat ipsius S. D. cultus et quibus obsequiis S. D. honoretur »; eoque ad S. Congregationem transmisso et ad normam iuris aperto, proponatur in congregatione ordinaria dubium : *An signanda sit Commissio introductionis,* exquisito in scriptis voto trium consultorum, quorum sententiam S. Rituum Congregationis Secretarius in ipsa congregatione ordinaria referet.

Signata Commissione, expediantur litterae remissoriales ad viros ab ipsa S. C. electos, ut, ad tramitem iuris, processus apostolicus instruatur super casu excepto et sententia feratur. Processu vero ad sacram Congregationem transmisso et aperto, atque comparata a causae patrono positione cum animadversionibus promotoris S. Fidei et responsionibus ipsius patroni, in ordinaria congregatione proponatur dubium : *An confirmanda sit sententia iudicis delegati.*

. '. 2. Processus probare debet tum cultus initium, tum eius iugem continuationem usque ad sententiam delegati iudicis.

3. Documenta historica manu scripta, autographa tamen et impressa, cultus antiquitatem eiusque iugem continuationem comprobantia, transmittantur ad sacram Congregationem, ut a viris peritis examinentur : in casu vero quo ad S. C. transmitti nequeant, a peritis S. C. recognosci debent ubi asservantur.

4. Si sententia super casu excepto favorabilis fuerit et a Summo Pontifice adprobata, expediantur litterae remissoriales ad processum super virtutibus vel super martyrio eiusque causa, iuxta diversitatem causarum. Quo item ad S. C. transmisso et aperto, eiusque validitate adprobata, in tribus Congregationibus, nempe antepraeparatoria, praeparatoria et generali, proponatur dubium super virtutibus vel super martyrio eiusque causa, prout fit in causis procedentibus per viam non cultus.

5. Post editum Decretum, si Ssmo placuerit, de heroicitate virtutum vel de martyrio, et de cultu immemorabili, Servus Dei dicitur aequipollenter beatificatus, et tunc tantum locus fit Officio et Missae, quae concedi non possint nisi iis Servis Dei, qui beatificationis vel formalis vel aequipollentis, uti vocant, honore decorati sint.

6. Occasione confirmationis cultus, iis quorum interest, primo anno a confirmato cultu, inchoando a die editi Decreti, in ecclesia in qua

adservatur Servi Dei corpus, vel ipse Servus Dei peculiari veneratione colitur, triduana sacra solemniter celebrare liceat.

7. In progressu ad canonizationem omnia pertractentur, ut in causis Servorum Dei procedentibus per viam non cultus: requiruntur vero quatuor miracula post indultam venerationem patrata.

Atque ita Ssmus D. N. servandum censuit et decrevit, mihique infrascripto Secretario mandavit, ut praesens Decretum in tabulas S. R. Congregationis referrèm et in *Actis apostolicae Sedis* edi curarem, hac die 11 novembris 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secret.*

SACRA CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DECLARATIO

CIRCA QUOSDAM LIBELLOS IN HISPANIA EDITOS.

Ex audientia SSmi die 29 novembris 1912.

Cum a sacra Congregatione pro Negotiis ecclesiasticis extraordinariis quaesitum sit, utrum sententiae et conclusiones, quae in libellis « 4 Se puede, en conciencia, pertenecer al partido liberal-conservador? - v Cartas á un joven católico por el Magistral de Sevilla » et « ¿ Cuál «es el mal mayor y cuál el mal menor? por el Magistral de Sevilla », (Bilbao: Imp. y Ene. de la Editorial Vizcaína), aliisque id genus scriptis eiusdem auctoris exponuntur, plane congruant cum mente sanctae Sedis, beatissimus Pater, referente me infra scripto memoratae sacrae Congregationis Pro-Secretario, omnibus sedulo perpensis, responderi iussit: Negative, quin etiam eas in pluribus repugnare ut verbo ac litterae ita sensui documentorum sanctae Sedis, ac praesertim Normis, ipsius Sanctitatis Suae mandato, traditis in epistola Emi Cardinalis a Secretis Status ad Emum Cardinalem Archiepiscopum Toletanum diei XX aprilis superioris anni; quae quidem Normae in se plene ac perspi-

eue complectuntur doctrinas cum Pontificiis Litteris *Inter catholicos* diei XX februarii MDCCCCVI, tum ceteris sanctae Sedis hac de re Actis contentas, et ab omnibus catholicis Hispaniae religiose inviolateque servari debent.

Et ita Sanctitas Sua rescribi et publicari mandavit, contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Pro-Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

MASSILIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (CASTAG-NIER-MONIER).

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 10 augusti 1912, RR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa* « Massilien. - Nullitatis matrimonii », *inter* Iosephum Castagnier *appellantem, repraesentatum per procuratorem ex officio deputatum, adv. Hectorem De Angelis, et* Agnetem Monier, *contumacem, interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Iosephus Castagnier, die 19 decembris anni 1896, in ecclesia S. Canati in civitate Massiliensi, rite contraxit matrimonium, ex quo proles secundo anno connubii nata est. Pacifica tamen non fuit cohabitatio inter sponsos, et quarto anno post nuptias initas mulier a laico magistratu divortium petiit obtinuitque, cum ordinatione a iudice facta ut vir ipsi alimonia suppeditaret dum innupta manserit. Cum alio viro postea civiliter coniuncta est, et D. Castagnier, ut libertatem a vinculo sibi compararet, matrimonium suum cum Agnete Monier coram iudice ecclesiastico nullitatis accusavit, ex variis motivis, vi et metu, scilicet, defectu consensus, et defectu sacramenti ex parte mulieris. Curia Massiliensis sententiam protulit pro validitate matrimonii die 9 maii 1908. Interposita appellatione ab actore, quaestio nobis hodie proponitur sub dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

De unoquoque capite nullitatis ab actore producto nunc seorsim agendum est et primo de vi et metu.

1. Notum est ex iure Decretalium, in capitibus 14, 15 et 28, *de Sponsalibus* praesertim declarato, matrimonium ex metu initum, saltem iure ecclesiastico, dirimi. Metus iste vero, ut unanimiter docent auctores, debet esse gravis, iniustus et ad extorquendum consensum matrimonialem incussus.

Sufficit ut metus sit relative gravis, i. e. pro metum patiente, quod constare potest ex indole metum passi, aetate, sexu, educatione, etc.... ex resistentia ipsius, et mediis quae habuit vel secus occurrendi malo gravi ipsi imminenti, quin matrimonio consentiret; habita etiam ratione indolis et modi agendi metum incutientis, uti docet Instructio S. Officii diei 20 iunii 1883. Metus reverentialis, qui habetur quando metuens ab illo malum timet in cuius potestate est, ex natura sua est levis, sed gravis esse potest sive ob adiunctas minas, vel verbera, vel preces importunas et instantes; sive etiam, his deficientibus, ob patris, domini, etc., indignationem, quam metum patiens putat diuturnam fore, et tamquam malum grave apprehendi!, quod evitare nequit nisi matrimonio consentendo.

Nullum vestigium metus in casu habetur. Mater sponsae, a qua actor dicit metum incussum fuisse, approbavit matrimonium, quod spem pro filia felicem praeseferre videbatur. At propositum ipsum matrimonii contrahendi, non a matre provenit, sed directe ab actore Agneti communicatum est, et ab eadem, sine matris interventu, acceptatum. Propositum istud mulier ipsa provocavit signis fiduciae et incipientis amoris, quae viro exhibuit.

Testatur actor: «Mademoiselle m'ayant témoigné qu'elle avait des « peines de cœur à la suite d'une déception relativement à un mariage « qui n'avait pu se réaliser, je me suis laissé toucher par cette tristesse, « et j'ai commencé des pourparlers pour notre mariage, qu'elle a acceptés. « Aussi, dans les cérémonies du mariage, elle a donné son consente- « ment. Je dois ajouter cependant que, si j'ai fait les premières ouver- « tures, c'est que j'ai été réellement saisi par sa douleur et ses témoi- « gnages extérieures de confiance ». Domina Ludovica Gastagnier, uxor fratris Iosephi, testatur Agnetem ante matrimonium operam quoque dedisse ut grata et accepta evaderet parentibus futuri sponsi. « Made- « moiselle Inès - ait - pour se faire bien voir des parents de son futur, « se mit à accomplir extérieurement certains actes de piété, qui devaient « bien disposer en sa faveur. C'est ainsi qu'elle montait avec la famille « à N.-D. de la Garde », etc. Haec fiduciae signa viro ab Agnete ostensa,

nec non studium ipsius favorem viri parentum quaerendi, indicia sunt quod ipsa sponte ad matrimonium accedebat.

Generica quaedam assertio recurrit in testium depositionibus, quae opinionis subiectivae declaratio est potius quam facti narratio, Agnetem nempe sub influxu matris matrimonio consensisse ; hanc vero declarationem opinionis ita explicant ut gravis metus iniusta incussio excludatur.

Immo, ea erat indoles Agnetis Monier absoluta et independens, ut a matre contra propriam voluntatem moveri non posset. Ita pater actoris ait: « La femme (Agnes Monier) a un caractère acariâtre et indépen- « dant ». Paulus ßougat: « Elle était froide, indifférente, d'un caractère «difficile». Caelestina Bougat, sponsae soror, testatur: «Elle est très « autoritaire, et très méchante, vive, emportée. Le jour du mariage, son « mari ayant marché par mégarde sur sa robe blanche, elle le menaça « d'un couteau de table, geste qui montre bien la vivacité de son carac- « tère ». Ioanna Conte-Castagnier, actoris soror, quae in depositione sua iurata opinionem expresserat mulieris consensum vitiatum fuisse per coactionem a matre adhibitam, rationem huius opinionis affert, quae illam omnino infundatam esse ostendit: « Ce qui me fait parier ainsi, « c'est ce qui s'est passé plus tard. Ma belle-sœur mariée ayant vécu « plusieurs années avec son mari, son enfant encore vivant s'est tel- « lement laissée influencer par sa mère, qu'elle a poursuivi l'instance « en divorce ». Et ulterius interrogata a vinculi Defensore: « Vous dites « que l'influence de madame Monier mère sur sa fille, aurait pu fort bien « la décider au mariage. Mais a-t-il existé de fait une pression, dont « vous puissiez donner les preuves précises: menaces... reproches répétés « de n'être pas une bonne fille... de n'aimer pas ses parents? », respondit: « Je ne crois pas que Mademoiselle Inès eut été susceptible de céder «à de pareils reproches; mais comme elle était très coquette, qu'elle « aimait les fêtes, les bals et les plaisirs, sa mère lui a certainement « fait valoir qu'elle devrait renoncer à tout cela, si elle épouserait son « Grec sans fortune. Au contraire, mon frère gagnait de l'argent, était « très bon, paraissait très épris d'elle ; il lui fournirait de l'argent, ne « la contrarierait pas, et elle pourrait ainsi continuer la vie agréable « qu'elle avait menée jusqu'ici. C'est dans ce sens-là, que je crois à la « pression de madame Monier sur sa fille ». Suasiones autem huiusmodi, quibus beneficia a matrimonio derivanda explicantur, coactionem non redolent, sed potius consilia sunt, quae, si de veris beneficiis agitur, nedum licite, sed et laudabiliter a parentibus praestantur.

Ne verbum quidem in depositionibus testium habetur de minis, de verberibus, de precibus matris importunis, vel de eiusmodi indignatione

diuturna, quae tanquam malum grave difficulter evitandum filiae contra matrimonium reluctanti imminebat. Immo, fere omnes fatentur eam vere et libere consensisse. Ait EmmaDurbec: «Je ne crois pas que sa « mère l'ait forcée à ce mariage, mais qu'elle l'y a sûrement "engagée ». Pater actoris: « Je crois que mademoiselle Inès a donné aussi son eon- « sentement ». Ludovica Castagnier: « Je ne crois pas néanmoins, que « cette influence ait été telle qu'elle ait vicié le consentement de made- « moiselle Inès, au point qu'il ne soit pas valable. Elle a été influencée, « pressée par sa mère, mais elle s'est bien décidée d'elle-même à donner « un vrai consentement ». Soror sponsae, Caelestina Bougat deponit: « J'ajoute que l'influence exercée par ma mère sur ma sœur au moment « du mariage n'a pas été telle qu'elle ait enlevé sa liberté. C'est d'une « simple influence morale qu'il s'agit ici ».

Mulier conventa contumax est, sed in epistola iudici instructori missa declarationi nullitatis matrimonii se opponit. Cum manifeste ex odio erga virum a se derelictum sit scripta, nullius pretii habenda est; ceteroquin facta non exhibet quae sive pro sive contra matrimonium allegari possunt. Ea quae matrimonium subsecuta sunt confirmant depositiones testium de consensu libere praestito a muliere: consummatio matrimonii, scilicet, proles nata, cohabitatio per quadriennium. Causae denique separationis coniugum in praetenso metu non fundabantur, sed, ut testes ab actore producti referunt, in spe delusa mulieris, quae maiores viri divitias fore sibi finxerat quam reapse fuerunt. Ioseph Estienne testatur: « Monsieur Castagnier m'a dit que c'est sa femme qui n'a pas « voulu rester avec lui, ayant constaté que l'état de fortune de M. Casta- « gnier ne répondait pas à ses espérances ». Similiter Emma Durbec, pater actoris, Caelestina Bougat.

2. Post supra allata testimonia de vero consensu a muliere in nuptiis ineundis dato, fere inutile videtur de secundo capite accusationis matrimonii agere, de defectu nempe consensus interni. Certe matrimonium nullum est si desit consensus internus, ut patet ex ipsa natura contractus, qui consensu perficitur, ut docet Innocentius III, in cap. 26, *de sponsalibus. «* Quod - si res ita se habuerit, videlicet quod ille non « proposuit eam ducere in uxorem, nec umquam consensit in praedi- « ctam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari, cum nec « substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium « valeat inveniri; quoniam ex altera parte dolus solummodo adfuit, et « defuit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt foedus perficere « coniugale » (cfr. Coscius, *De sep. thori*, lib. I, cap. 8, n. 96 et seq. ;

Sánchez, lib. II, disp. 25, nn. 2 et 3). Simulatus consensus in matrimonio difficilis est probatu, nam, ut habet axioma, plus valet quod agitur quam quod simulate concipitur. Et impossibilis evadit, iuxta Sanchesium, si desit, ut in casu nostro, confessio coniugis qui simulate consensisse praetenditur. « Cetera impedimenta, ait, possunt alia via probari, cum «externa sint; dissensus autem, cum corde lateat, non potest alia via « probari, nisi per coniugum confessionem, licet coniecturae aliae pos- « sint adhiberi » (lib. II, disp. 45, n. 13).

Habita confessione simulantis consensum, ad simulationem probandam requiritur praeterea, ut constet de causa simulandi (Coscius, lib. I, cap. 8, n. 100; Rota, decis. 13, n. 6, part. 19, tom. 2); quae talis debet esse ut saltem in opinione simulantis componi nequeat cum vero consensu; et adiungi oportet coniecturas etiam leviores ad probationem complendam.

Ex actis non constat de causa simulandi, et desunt quoque coniecturae vero similes ad probandam simulationem. Causa quae praefertur, nempe quod mulier viri divitias veras vel existimatas unice appetiit, ut plures testes deponunt, optime componi potest cum vero consensu, ut saepe in matrimoniis evenit, et nihil est quod suadet eam aliter opinasse. Nam consensus matrimonialis non datur dependenter a causa propter quam matrimonium contrahitur, sed se habet concomitan ter ad illam (Wernz, n. 304, ed. 1911). Quae nupserit viro quia dives est, cum reapse dives- non sit, decipitur circa qualitatem contractui matrimoniali accidentalem, quae causam dedit contractui, sed in substantiam illius non est ingressa, et proinde matrimonii substantiam relinquit intactam.

3. Quoad tertium caput accusationis matrimonii, ex defectu sacramenti nimirum, notandum in iure est, intentionem contra bonum sacramenti, seu perpetuitatem matrimonii, in consensu praestando, matrimonium nullum reddere. Ait Sánchez, lib. 2, disp. 29, n. U, doctrinam communem exponens: « Si haberet animum, etiam corde retentum, adver- « sum bono sacramenti, quia scilicet intenderet non contrahere matri- « monium nisi ad tempus, non esset verum matrimonium; si tamen « haberet intentionem adversam aliis duobus matrimonii bonis, corde «solo retentam nec in pactum deductam, valeret utique;... Probatur « prima pars, quia de ratione matrimonii est, vinculum esse perpetuum; « ut constat ex eius definitione tradita hoc 2 lib., disp. 1, n. 1. Ergo qui « intendit matrimonium inire dissolubile et ad tempus, vere non intendit « matrimonium, cum intentio adversetur essentiae ».

Ea quae afferuntur ad probandam hanc intentionem contrariam bono sacramenti fuisse in mente Agnetis Monier tempore matrimonii celebrationis sunt sequentia; epistola a matre scripta sorori Agnetis ante matrimonium, in qua dicit: « Elle ferait tout ce qu'elle pourrait « pour l'y décider (ad matrimonium cum Ioseph Castagnier contrahen- « dum), et que, d'ailleurs, si elle pensait toujours au premier jeune « homme qu'elle avait fréquenté, le divorce n'était pas fait pour rien ». Testimonium actoris: « Dès les premiers jours du mariage ma femme « m'a témoigné presque journellement une grande aversion, me disant « même ces paroles textuelles: " Je te hais, je te déteste, et tu ne com- « " prends pas que je veux ma liberté, et que je ne t'ai épousé que pour « " divorcer et avoir une rente „. Ces paroles ont été suivies d'emporte- « ments, dans lesquels elle m'a giflé et maltraité ». Et Paulus Bougat: « Elle (Agnes) aurait dit un jour à ma femme ces paroles : - je ne puis « dire si c'est avant ou après le mariage. - " Ma mère m'a dit: *tu peux « " te marier, je te ferai divorcer le plus tôt possible „ ».*

Haec vero longe deficiunt a probatione plena intentionis contrariae bono sacramenti. Verba mulieris, ab actore relata, etiamsi fuissent ab alio attestata, in hac inquisitione de intentione mulieris ante matrimonium habita, flocci .facienda essent, quia in conflictu post matrimonium orto, ex impetu irae et animo virum iniuriandi prolata; in iis enim adiunctis, non praesumitur mulier ad veritatem attendere, sed unice ad irae passioni, etiam cum veritatis dispendio, indulgendum. Matris propositum in epistola ad sororem Agnetis panditum, animum ipsius, non filiae Agnetis, exhibet. Idem dici potest de depositione Pauli Bougat. Interrogata soror Agnetis quae epistolam praedictam recepit, « Savez- « vous si elle (Agnes) avait l'intention de divorcer aussitôt après le « mariage, en cherchant seulement à se faire attribuer une rente? », respondit: « J'ignore si ma sœur a été influencée par ma mère à ce « sujet. Je n'ai pas là-dessus les confidences de ma sœur ».

Porro, variae praesumptiones contrariae ex actis emergunt. Nullam enim in matrimonio contrahendo habuit mulier rationem dubitandi quominus in vita coniugali divitiis viri existimatis cum ipso frui posset. Causae separationis coniugum, ut supra diximus, fundatae sunt in mulieris delusione circa viri divitias, quam passa est post matrimonium. Denique, haud sponte, sed a matre persuasa, ut fere omnes testes, nemine contradicente, deponunt, Agnes Monier a tribunali civili divortium petiit. Haec omnia indicant eam propositum deserendi virum non habuisse ante matrimonium contractum.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes *Negative, seu: Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 10 augusti 1912.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Iosephus Mori.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

EPISTOLAE.

I.

AD R. P. D. B0UG0Ü1N, PETROCORICENSEM ET SARLATENSEM EPISCOPUM, OB FILIALIS OBSEQUII SPECIMEN, OCCASIONE TERTII CONGRESSUS DIOECESANI, BEATISSIMO PATRI PER LITTERAS EXHIBITUM.

Monseigneur,

LS Saint-Père Pie X a reçu avec plaisir la lettre que Votre Grandeur a eu à cœur de lui adresser dernièrement, avec la copie des principaux travaux du IIP Congrès diocésain des Œuvres catholiques que vous venez de tenir à Sarlat. Sa Sainteté se plaît avant tout à vous féliciter de l'heureux choix des questions agitées durant ces journées d'études, et dont l'idée dominante fut la « confessionnalité des œuvres ».

Et comme les œuvres catholiques sont telles, non seulement de nom, mais de fait, par l'esprit qui les anime, les doctrines qu'elles professent, la morale qu'elles pratiquent, il était souverainement opportun de rappeler en quoi consistent cet esprit, cette doctrine, cette morale.

C'est ce qu'a fait avec une vraie maîtrise, pour les œuvres sociales, l'illustre Président de l'Union des Caisses rurales et ouvrières françaises, M. Durand, dans un discours très dense, autant que très précis et très clair. On y voit une synthèse complète et lumineuse des enseignements pontificaux sur la question sociale: chacune de ses parties s'y appuie sur de solides principes de raison, non moins que sur l'autorité de l'Église; l'ajustement des parties dans le tout leur permet de s'éclairer mutuellement et de se prêter l'une à l'autre un saisissant relief, en même temps qu'elle leur fixe à chacune leur vraie mesure, en dehors des exagérations qu'ont pu y introduire en sens divers des tendances trop unilatérales. Le Saint-Père désire vivement que ce beau travail soit divulgué et vulgarisé : car II l'estime propre à exercer une très heureuse influence sur les études sociales parmi les Catholiques.

Après les œuvres sociales, les œuvres dites de « Jeunesse » vous ont aussi préoccupé à juste titre. Le but de ces œuvres est sans doute d'éviter que les jeunes gens désertent la religion, mais surtout d'obtenir qu'ils deviennent chrétiens, d'un christianisme vécu et conquérant: elles sont donc par essence surnaturelles, et surnaturels par conséquent doivent être les moyens dont le directeur y fait emploi.

Voilà ce qu'a établi nettement et opportunément un autre de vos conférenciers. Et après avoir ainsi combattu la sorte de neutralité confessionnelle qu'on laisse parfois se glisser dans les œuvres dites catholiques, où l'on semble se proposer d'embrasser le plus de monde possible avec le moins possible de conditions surnaturelles, il n'a pas eu de peine à établir les principes qui doivent régir l'emploi dans les Œuvres de Jeunesse de certains ressorts humains, tels que le *sport* et le *théâtre*, qui étaient l'objet direct de sa conférence.

Il a fort bien montré qu'il ne faut introduire ces ressorts que là où la poursuite du but surnaturel les exige, et alors avec le caractère d'accessoire qui leur convient, et dans la stricte mesure où ils peuvent être utiles; au surplus, avec prudence, à cause des inconvénients qui s'y rattachent d'ordinaire. Le Saint-Père fait des vœux pour que ces principes très conformes à la vérité et très sages soient appliqués dans toutes les Œuvres de Jeunesse.

Puissent les travaux de ce III[e] Congrès, Monseigneur, entrepris et élaborés dans un esprit de fidélité aux enseignements du Saint-Siège, être couronnés, moyennant l'intelligente coopération du clergé et des fidèles, de fruits pratiques et abondants pour la cause catholique dans votre diocèse.

Comme gage de ces heureux résultats et des faveurs divines,

Sa Sainteté renouvelle de tout cœur la bénédiction apostolique à Votre Grandeur, au clergé et aux fidèles confiés à sa sollicitude pastorale.

Je saisis avec empressement cette occasion pour vous réitérer, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments très dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 29 juillet 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

IL

AD R. D. CANONICUM E. JANVIER, PRO GRATIARUM ACTIONE DE X VOLUMINE CONFERENTIARUM IN ECCLESIA CATHEDRALI PARISIENSI HABITARUM BEATISSIMO PATRI REVERENTER OBLATO.

, Mon Révérend Père,

Après avoir agréé l'an passé l'hommage du IX[me] volume de vos Conférences de Notre-Dame de Paris, et vous avoir félicité de votre exposé si doctrinal de « l'objet » et des « actes » de la *foi*, le Souverain Pontife vous remercie de l'hommage que vous Lui faites de nouveau, cette année, de votre X[rae] volume, traitant de la *vertu de foi* et des *vices* qui lui sont contraires.

Sa Sainteté se réjouit de la haute maîtrise d'un enseignement donné avec vaillance à la lumière de l'Ange de l'École et des grands Scholastiques. Soit que vous étudiiez la vertu de foi, cette faculté surnaturelle, don gratuit de la Bonté incréée, qui élève l'intelligence au-dessus des choses terrestres et la fait adhérer à la Vérité infinie; soit que vous scrutiez la gravité des vices qui affaiblissent ou détruisent la foi; soit que vous décriviez le zèle miséricordieux de l'Église pour le salut des infidèles et son attitude à la fois douce et ferme à l'égard de ceux qui la trahissent, vous vous préoccupez de dissiper l'ignorance et les préjugés, en enseignant sans atténuation et amoindrissement la pure doctrine de la tradition catholique.

Le Saint-Père vous en manifeste Sa haute satisfaction, et souhaitant que votre apostolat soit de plus en plus fécond en fruits de salut, comme gage de Sa paternelle affection, Il vous accorde à vous-même et à vos auditeurs la bénédiction apostolique.

Je suis heureux, mon révérend Père, de vous exprimer en même temps mes remercîments personnels pour l'exemplaire que vous avez eu la gracieuseté de m'adresser, et je vous prie d'agréer, avec mes vœux sincères, l'expression de mes sentiments bien dévoués èn Notre-Seigneur.

Rome, le 19 novembre 1912.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ORDINARIA PARTICOLARE.

Il giorno 12 novembre 1912, nel palazzo apostolico Vaticano fu tenuta la Congregazione Ordinaria Particolare dei sacri Riti, nella quale furono sottoposte al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima, le seguenti Cause:

I° Intorno alla validità dei Processi apostòlici costruiti in sei diocesi sopra miracoli in specie che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Ven. Ludovica de Marillac, vedova Legras, Confondatrice delle Figlie della Carità.

2° Intorno alla validità dei Processi apostolici ed ordinarii, costruiti nella curia di Nocera dei Pagani per la Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Cesare Sportelli, sacerdote professo della Congregazione del Ssmo Redentore.

3° Intorno alla validità ed al rilievo del processo apostolico, costruito nella curia di Malta sopra la fama di santità in genere del Ven. Ignazio Falzon, Chierico secolare. ,

4° Finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Ven. Serva di Dio Maria Agnese Chiara Steiner, del sacro Costato di Gesù, Fondatrice delle Clarisse riformate nel Monastero di S. Giovanni Battista in Nocera.

CONGREGAZIONE ANTIPREPARATORIA.

Il giorno 19 novembre 1912, presso l'Emo e Rmo signor Cardinale Vincenzo Vannutelli, Ponente, fu tenuta la Congregazione Antipreparatoria dei sacri Riti, nella quale i Rmi Prelati Officiali e Consultori Teologi hanno discusso e dato il loro voto sopra due miracoli, attribuiti alla intercessione del Beato Teofilo da Corte, Sacerdote professo dei Frati Minori; i quali miracoli sono proposti per la sua canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

16 Novembre 1912. — **L'Emo Sig. Cardinale Diomede Falconio,** *Protettore dell'Istituto delle Suore del Terz' Ordine Regolare di S. Francesco, che hanno la casa madre in Allegany, N. Y., diocesi di Buffalo.*

25 Novembre. — Mons. Eugenio Pacelli, Pro-Segretario della sacra Congregazione degli affari ecclesiastici straordinari, *Consultore della sacra Congregazione del santo Uffizio.*

26 Novembre. — L'Eúio Sig. Cardinale Mariano Rampolla del Tindaro, *Bibliotecario di santa Bomana Chiesa.*

28 Novembre. — Mons. Giuseppe Pizzardo, *Minutante alla Segreteria di di Stato per la sezione degli affari ecclesiastici straordinari.*

— Mons. Enrico Gasparri, *Uditore di prima classe di Nunziatura, con destinazione alla Nunziatura apostolica del Brasile.*

— Mons. Emanuele de Sarzana, *Uditore di seconda classe di Nunziatura, con destinazione alla Nunziatura apostolica del Belgio.*

— Mons. Lorenzo Schioppa, *Segretario di prima classe di Nunziatura, con destinazione alla Nunziatura apostolica di Baviera.*

— Mons. Giuseppe Apap-Bologna, *Segretario di seconda classe di Nunziatura, con destinazione alla Nunziatura apostolica di Spagna.*

Con biglietti della Segreteria di Stato in data *2 Dicembre 1912* il Santo Padre si è degnato di assegnare le seguenti sacre Congregazioni ai nuovi Emi e Rmi signori Cardinali che nel Concistoro dello stesso giorno hanno ricevuto il Cappello cardinalizio:

Al Signor Cardinale Maria de Cos y Macho, Arcivescovo di Valladolid, le sacre Congregazioni dei *Sacramenti* e degli *Studi.*

Al Signor Cardinale Antonio Vico, le sacre Congregazioni" dei *Riti* e *Cerimoniale.*

Al Signor Cardinale Francesco Bauer, Arcivescovo di Olmütz, le sacre Congregazioni *dell'Indice* e *Cerimoniale.*

Al Signor Cardinale Enrico Almaráz y Santos, Arcivescovo di Siviglia, le sacre Congregazioni dei *Sacramenti* e dei *Religiosi.*

Al Signor Cardinale Francesco Nagl, Arcivescovo di Vienna, le sacre Congregazioni di *Propaganda Fide per gli affari di rito Orientale,* e degli *Studi.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotario apostolico ad instar participantium :

4 Novembre 1912. — Il Rev. Ernesto Neveux, Vicario generale della archidiocesi di Reims.

Prelati Domestici di S. S.:

4 Novembre 1912. — Il Rev. Teofilo Roucourt, dell'archidiocesi dì Malines.

— Il Rev. Paolo Lejeune, Arciprete-parroco neh'archidiocesi di Reims.

5 Novembre. —Il Rev. Matteo Brodie, Vicario generale della diocesi d Auckland nella Nuova Zelanda.

6 Novembre. — Il Rev. Giacomo F. Trainor,. Vicario generale dell'archidiocesi di Filadelfia.

8 Novembre. — Il Rev. Carlo Rabbia, Arciprete di Gavi, nelParehidiocesi di Genova.

Con biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare : *

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

25 Ottobre 1912. — Mons. Andrea Berzi, del Patriarcato Cotto.

— Mons. Basilio Moussa, Rettore del Seminario di Tatha.

— Mons. Francesco Bistauros, Vicario generale della diocesi di Ermopoli.

31 Ottobre. — Mons. Carlo Grossauer, della diocesi di Gratz.

13 Novembre. — Mons. Nicolò Frazioli, Pro-Vicario generale dell' archi diocesi di Sassari.

— Mons. Luigi Walcher, della diocesi di Linz.

21 Novembre. — Mons. Francesco Schumacher, della dioceci di Münster.

22 Novembre. — Mons. Giuseppe Grieser, della diocesi di Rottenburg.

Camerieri d'onore in abito paonazzo:

28 Ottobre 1912. — Mons. Antonio Pixa, della diocesi di Budweis.

30 Ottobre. — Mons. Alessandro Fibiger, della diocesi di Szathmar.

— Mons. Luigi Wolkenberg, della medesima diocesi.

31 Ottobre. — Mons. Emerico Sandula, della diocesi di Vacia.

Cameriere d'onore extra Urbem:

14 Novembre 1912. — Mons. Luigi Rabanser, della diocesi di Trento.

Cappellano Segreto d'onore:

20 Novembre 1912. — Mons. Bernardo Nienhaus, della diocesi di Münster.

Cappellano d'onore extra Urbem:

20 Novembre 1912. — Mons. Bernardo Consolati, della diocesi di Sanseverfno.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

30 Ottobre 1912. — Sig. conte Giovanni Tarnowski, della diocesi di Przemysl.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.

15 Novembre 1912. — Al Sig. Ferdinando Maria de Ibarra, della diocesi di Vittoria.

La Commenda con placca **dall***'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

6 Novembre 1912. — Al Sig. cav. Carlo Tobisch, dell'archidiocesi di Praga.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

14 Novembre 1912. —• Al Sig. barone comm. Ottone de la Vallette, domiciliato a Düsseldorf.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

***8** Novembre 1912.* — Al Sig. Guglielmo Tourneau, della diocesi di Paderborn.

14 Novembre. — Al Sig. cav. Arturo Hauth, di Düsseldorf.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

7 Novembre 1912. — Al Sig. Venceslao Smichovsky, di Praga.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

4 Novembre 1912. — Al Sig. Armando Houitte de la Chesnais, della archidiocesi di Rennes.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

6 Novembre 1912. — Al Sig. Francesco Hansl, dell'archidiocesi di Praga.

7 *Novembre.* — Al Sig. Eugenio Erdösi, dell'archidiocesi di Strigonia.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

6 Novembre 1912. — Al Sig. Antonio Materka, dell'archidiocesi di Praga.

«

NECROLOGIO.

27 Maggio 1912. — Mons. Rogaziano Giuseppe Martin, Vescovo titolare di Uranopoli, Vicario apostolico delle isole Marchesi.

27 Novembre. — Mons. Raffaele Sandrelli, Vescovo titolare di Comana.

— Mons. Giuseppe Maria di Gesù Portugal, Vescovo di Aguas Calientes.

Annus IV. - Vol. IV. Die 30 Decembris 1912. Num. 22.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE.

CONSTITUTIO IN ARCHICONFRATERNITATEM PII SODALITII TITULO B. MARIAE VIRGINIS A CONSOLATIONE, AUGUSTAE TAURINORUM, CUM FACULTATE AGGREGANDI PIAS SOCIETATES COGNOMINES UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. x.

Ad perpetuam rei memoriam. - Virginis a Consolatione templum, quod extat Augustae Taurinorum, neminem latet inter potiora Sanctuaria non modo regionis Pedemontanae, sed etiam totius Orbis catholici, iure meritoque accenseri posse. Antiqua illud fideles religione colunt, qui consolatricem afflictorum, gratiarumque omnium apud Deum sequestram Virginem veneraturi, e dissitis quoque regionibus turmatim ad pedes Imaginis thaumaturgae, nunquam intermissis sacris peregrinationibus confluunt. Nos quidem sacram eandem aedem Basilicae minoris titulo decoravimus, tum flagranti qua erga Virginem urgemur caritate, tum eo ducti consilio, ut quantum est situm in Nobis, pietatem christiani populi et amorem in Virginem ipsam excitaremus, ac celeberrimi Sanctuarii splendorem maiestatemque augeremus. Quare non sine gaudio accepimus quae dilectus filius Iosephus Alternano, canonicus, praepositus Societati sub titulo Virginis a Consolatione canonice in superenunciata Basilica erectae, refert ad Nos de fausto Societatis eiusdem incremento. Edocet enim Nos idem praeses, Societatem memoratam iam inde a decimosexto saeculo rite institutam, sed iuxta veteres illius tabulas ad praefinitum ex utroque sexu sodalium numerum coarctatam, post opportunam constitutionum immutationem et peculiaris sectionis additionem, annuente Cardinali

Archiepiscopo anno MDCCCCIII peractam, per quam fidelibus omnibus cuiusque aetatis et conditionis, defunctis quoque, ad ipsam sodalitatem aditus patet, sodalium numero adeo abundasse ut in praesens inscriptorum in ea quinquaginta millia enumerentur. Addit Moderator idem huic Societati, sic innovatae, Leonem PP. XIII rec. me. decessorem Nostrum per Rescriptum Indulgentiarum Congregationis, die XVII mensis maii eodem anno editum, omnia et singula indulgentias et privilegia confirmasse, quibus vetus Societas, ante innovationem regularum, per concessiones eidem a decessoribus Nostris Romanis Pontificibus factas, legitime fruebatur; et modo percrescente feliciter ipsius Societatis fama, per universum catholicum Orbem plurimas reperiri Societates, sub titulo Virginis a Consolatione canonice conditas, quae privilegiorum atque indulgentiarum quibus Taurinensis societas pollet, enixis precibus participes fieri flagitant. His fretus rationibus, cum supradictus canonicus praeses Nos roget, ut societatem tam frugiferam tamque diffusam ad Archisodalitatis gradum de apostolica benignitate promovere dignemur, hisque votis accedat amplissima commendatio dilecti filii Nostri* Augustini S. R. E. presbyteri Cardinalis Richelmy, ex dispensatione apostolica Archiepiscopi Taurinensium, Nos optatis huiusmodi annuendum libenti quidem animo existimamus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregatione praepositis pro Concilii Tridentini decretis interpretandis, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, Societatem Virginis a Consolatione Augustae Taurinorum in Basilica sub eodem titulo canonice erectam, in Archiconfraternitatem cum consuetis privilegiis evehimus atque promovemus. Archisodalitatis autem sic per Nos constitutae Moderatori atque Officialibus praesentibus ac futuris largimur, apostolica pariter Nostra auctoritate, ut ipsi omnes et singulas eiusdem nominis; atque instituti societates canonice erectas in praesens, sive erigendas in posterum, ubique terrarum, sibi rite aggregare possint, et cum illis communicare valeant indulgentias omnes ipsi Archisodalitati a Sede apostolica concessas, quae cum aliis comunican rite queant. Sed praecipimus, ut quoad huiusmodi cognominum Sodalitatum aggregationem, indulgentiarumque communicationem, religiose serventur tum Constitutio fel. rec. Clementis PP. VIII rec. me. Nostri decessoris, tum aliae apostolicae Ordinationes desuper editae. Decernentes praesentes Literas firmas, validas, atque efficaces semper exstare et manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive in posterum spectare poterunt, plenissime suffragari : sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que et inane fieri, si secus super his a quovis,

auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxv iulii MDGGCCXII, Pontificatus Nostri anno nono.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L. 1$ S. *a Secretis Status.*

S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE PRO PIIS EXERCITIIS IN HONOREM S. ANNAE MATRIS BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Die 22 augusti 1912.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, ad maiorem fidelium devotionem erga beatam Dei Genitricis Matrem provehendam, benigne concedere dignatus est, ut, qui corde saltem contriti, vel immediate ante festum S. Annae, vel iterum quolibet alio anni tempore, piis exercitiis novem feriis tertiis sibi per totidem hebdomadas ininterrupte consequentibus, in honorem eiusdem Sanctae vacaverint, indulgentiam septem annorum septemque quadragenarum semel in die, in unaquaque ex praedictis feriis, lucrari valeant: qui vero praeterea confessi ad S. Synaxim accesserint et ad mentem Summi Pontificis oraverint, plenariam indulgentiam consequi possint. Concessit porro, ut qui novendialibus in honorem eiusdem B. Annae supplicationibus, per preces a competenti auctoritate approbatas, corde saltem contriti, sive ante festum, sive iterum alio per annum tempore, dent operam, singulis piae exercitationis diebus, semel in die, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum adquirere; quo tamen die ex praedictis, vel alio ex octo subsequentibus, ad cuiuslibet arbitrium eligendo, praeterea ad confessionis et communionis sacramenta accesserint, et ad mentem Summi Pontificis oraverint, plenariam lucrari possint. Indulsit tandem, ut praefatas indulgentias, si quis malit, animabus in purgatorio degentibus, per modum suffragii, applicare queat. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

M. CARD. RAMPOLLA.

L. ffi S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. Off.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

DECRETUM

CIRCA ACTIONES SCENICAS IN ECCLESIIS.

Postremis hisce annis haud raro contigit ut per *cinematographa* et *proiectiones,* ut aiunt, actiones quaedam scenicae in ecclesiis haberentur. Quod, etsi pio iuvandae religiosae fidelium institutionis desiderio peractum fuerit, visum tamen est periculis atque incommodis facile locum dare.

Quum itaque nonnulli Sacrorum Antistites ab Apostolica Sede quaesiverint utrum eiusmodi usus tolerari possit an potius cohiberi debeat, ad Emos S. Congregationis Consistorialis Patres delata res est. - Porro hi considerantes, aedes Deo dicatas, in quibus divina celebrantur mysteria et fideles ad caelestia et supernaturalia eriguntur, ad alios usus et praesertim ad scenicas actiones etsi honestas piasve agendas converti non debere, quaslibet proiectiones et cinematographicas repraesentationes prohibendas omnino esse in ecclesiis censuere.

Ssmus autem D. N. Pius PP. X sententiam Emorum Patrum ratam habuit confirmavitque, atque hoc iussit edi generale decretum, quo ea agi in ecclesiis prohibetur.

Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex S. C. Consistoriali, die 10 decembris 1912.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

Scipio Tecchi, *Adsessor.*

AVVERTENZA.

Si fa noto, per norma di tutti coloro cui potrebbe interessare, che il Sig. Giacinto Vassetta non è ammesso a trattare affari di nessun genere presso le sacre Congregazioni e gli altri dicasteri ecclesiastici; e che anzi gli è stato proibito l'accesso ai medesimi.

S. C. DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ROMANA ET ALIARUM.

IURIUM.

In plenario eminentissimorum Patrum coetu, habito in palatio apostolico Vaticano die 20 decembris 1912, sequentia dubia proposita fuerunt:

I. An et quibus de causis Ordinarii permittere possint per modum actus, ut sacrosancta missa extra locum sacrum, privatis in domibus, celebretur.

II. An Ordinarii permittere possint, ut parvulis, praeterquam quod instante mortis periculo vel urgente infirmitate, domi baptismatis sacramentum administretur.

III. An Ordinarii permittere possint, ut mala affectis valetudine, qui domo egredi nequeant et sacram Communionem ob devotionem petant, cum praesertim in aliqua paroecia plures petant, vel aliquis petat frequenter, S. Eucharistia privatim, seu non observatis Ritualis praescriptionibus, ab ecclesia domum deferatur.

Et Emi Patres, re mature perpensa, reposuerunt:

Ad I. Affirmative ex iustis et rationabilibus causis, per modum actus, non tamen in cubiculo, sed in loco decenti, servatisque aliis de iure servandis et gratis omnino quocumque titulo.

Ad II. Affirmative ex iusta et rationabili causa.

Ad III. Affirmative ex iusta et rationabili causa, servato saltem ritu proposito a Benedicto XIV in Decreto *Inter omnigenas,* 2 febr. 1744, § 23, scilicet: « *Sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus; in saeculo seu bursa pixidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et nunquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu clerici, associetur* ».

Quas resolutiones Ssmus D. N. Pius PP. X in audientia habita ab infrascripto Secretario die 22 decembris 1912, ratas habere ei confirmare dignatus est.

Datum Romae e Secretaria S. C. de disciplina Sacramentorum, die 23 decembris 1912.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

Ph. Giustini, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DE COMMUNIONE IN ECCLESIIS NON PAROCHIALIBUS ETIAM REGULARIBUS DIE PASCHATIS FIDELIBUS ADMINISTRANDA.

Quum quaesitum a sacra Congregatione Concilii fuisset, an, post decretum de quotidiana Ssmae Eucharistiae sumptione, cuius initium « Sacra Tridentina Synodus », servanda adhuc sit lex, qua prohibetur quominus die Paschatis in ecclesiis non parochialibus, praesertim regularibus, devotionis etiam causa, Ssmae Eucharistiae Sacramentum fidelibus administretur; Ssmus Dominus noster Pius divina providentia PP. X, audita relatione infrascripti Cardinalis Praefecti, in audientia diei 26 huius mensis, responderi iussit: *Negative*, contrariis quibuscumque non obstantibus; idque in *Actis Apostolicae Sedis* publicari mandavit.

Datum Romae, e Secretaria S. Congregationis Concilii, die 28 novembris 1912.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

h. © S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

MONITUM.

Cum sacerdotes Famianus Clementi et Franciscus De Carolis e loco vulgo *Fabrica* intra fines dioecesis Civitatis Castellanae, contra dispositiones decreti *Ut debita*, a sacra Congregatione Concilii die 11 maii anno 1904 editi, missarum eleemosynas maiori quo fas est numero receperint, innotescat oportet nulla eos ad hoc gaudere facultate, imo vetitum omnino esse quominus ad ipsos missarum eleemosynae mittantur.

S. CONGREGATIO RITUUM

i. • '

DECRETUM

ADPROBATIONE ANTIPHONALIS DIURNI ROMANI.

Antiphonale diurnum sacrosanctae Ecclesiae Romanae, ad normam Constitutionis-apostolicae *Divino afflatu* diei i novembris MCMXI iuxta novum psalterii cursum diligenter dispositum, typis Vaticanis nunc demum feliciter prodiit. Cum autem cantum gregorianum exhibeat vel a Patribus acceptum vel, ubi opu/~erat, eodem stylo concinnatum iuxta apostolicas Litteras sanctissimi Domini nostri Pii divina providentia Papae X Motu proprio datas die xxv aprilis MCMIV, sacra Rituum Congregatio hanc ipsam editionem uti typicam ab omnibus Romanae Ecclesiae ritu utentibus habendam esse declarat, atque decernit ut in ; posterum melodiae gregorianae in futuris editionibus contentae, praedictae typicae editioni sint conformandae, quin derogetur ipsius sacrae Rituum Congregationis decretis datis diebus xi aprilis MCMXI, n. 4263, *super editione Vaticana eiusque reproductione quoad libros liturgicos gregorianos,* et VIII iulii MCMXII *circa modulandas monosyllabas vel hebraicas voces in lectionibus, versiculis et psalmis.*

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 8 decembris 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S.

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

IL

DUBIA.

Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, sequentia dubia proposita fuerunt, nimirum:

I. Tn novis rubricis, tit X, num. 2, Missae votivae aut privatae pro defunctis prohibentur in feria in qua anticipanda vel reponenda est Missa Dominicae. Quaeritur: Quid intelligendum in verbo « reponenda» ?

II. Si prima dies libera mensis sit sabbatum, et in eo fiat de S. Maria in sabbato, Missa principalis debetne esse de S. Maria, vel pro defunctis? Quid vero si impedita fuerit Missa Dominicae praecedentis?

III. In ecclesiis quarum titulus est S. Ioseph, et in locis in quibus S. Ioseph usque nunc tamquam patronus principalis colebatur die 19 martii, festum patronale aut titulare servandumne adhuc est ipsa die 19 martii, seu potius in Dominicam III post Pascha reponendum?

IV. In kalendariis dioecesanis reformatis quaedam festa particularia et non stricte propria suppressa sunt, quorum Officium vel ex Proprio dioecesano, vel ex appendice Breviarii pro aliquibus locis desumebatur. Quaeritur: Quodnam Officium adhiberi debet in ecclesiis ubi eiusmodi festa sint stricte propria, ac retinenda vel ratione tituli, vel patronatus, vel reliquiae insignis? Recitandumne adhuc est Officium in dioecesi suppressum, vel potius ad Commune recurrendum?

V. In vigiliis S. Mathiae Apostoli, S. Matthaei Apostoli et Evangelistae, et S. Thomae Apostoli, prima in Quadragesima, ceteris in feriis Quatuor Temporum occurrentibus, licetne Missam privatam celebrare vel de festo occurrenti, vel de feria maiori, vel de vigilia?

VI. Si eadem die 27 iunii occurrant vigiliae S. Ioannis Baptistae et Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Missae privatae poteruntne esse vel de festo occurrenti, vel de alterutra vigilia?

VII. Attenta praesertim rubrica tit. IX, num. 4, in locis ubi habetur Patronus principalis tum oppidi seu civitatis, tum dioeceseos, tum provinciae, tum nationis, debentne singula festa sub competenti ritu Patronis proprio celebrari?

VIII. Octava et nona lectio Ss. Nerei et Sociorum Martyrum, S. Matthaei Apostoli et Evangelistae, ac Dedicationis S. Michaelis Archangeli suntne uniendae quando legenda sit nona lectio feriae aut Dominicae?

IX. Quo colore utendum est in festo Commemorationis Omnium sanctorum S. R. E. summorum Pontificum?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito Commissionis Liturgicae suffragio, reque accurato examine perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Dicitur Missa reponenda, quae Dominica praecedenti, ob occursum nobilioris Officii, celebrata non fuit: et in casu, Missae votivae et privatae defunctorum prohibentur in illa feria in qua prima vice resumenda est Missa Dominicae.

Ad II. Celebranda est Missa principalis de S. Maria in sabbato, etiam in casu quo impedita fuerit Missa Dominicae praecedentis. In

ecclesiis autem cathedralibus et collegiatis, post Primam et extra chorum, celebranda est sine cantu Missa pro defunctis.

Ad III. Festum de quo in casu convenientius in Dominicam III post Pascha reponatur: nisi speciales habeantur rationes illud in sua die 19 martii retinendi.

Ad IV. Adhibeatur Officium hucusque recitatum, cum respondente Missa.

Ad V. Affirmative.

Ad VI. Affirmative.

Ad VII. Affirmative; etiam quoad Patronum dioeceseos, dummodo hucusque festum eius per totam dioecesim, in locis quoque peculiarem Patronum habentibus, celebratum sit sub ritu duplici I classis cum Octava.

Ad VIII. Affirmative quoad lectiones tantum Ss. Nerei et Sociorum Martyrum ac Dedicationis S. Michaelis Archangeli.

Ad IX. Servetur antiqua praxis Patriarchalium aliarumque ecclesiarum Urbis, in quibus adhibetur color rubeus.

Atque ita rescripsit, die 6 decembris 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Episc. Charystien, *Secretarius.*

III.

LAURETANA.

QUO TITULO HONORIS GAUDEANT CAPITULARES ALMAE DOMUS LAURETANAE.

De mandato sanctissimi Domini nostri Pii Papae X sacra Rituum Congregatio declaravit:

Ex documentis authenticis exhibitis ac mature expensis constare Canonicos, Beneficiatos, Capellanos Basilicae et almae Domus Lauretanae etiam honorarios, Familiares Papae nuncupari et esse: qua tales vero non recenseri inter Praelatos neque inter Cubicularios aut Capellanos Summi Pontificis; ideoque non gaudere horum coetuum titulis et privilegiis.

Die 11 decembris 1912.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secret.*

SACRA CONGREGATIO
PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DECLARATIO

CIRCA INDULTUM DE ABSTINENTIA ET IEIUNIO PRO AMERICA LATINA.

Ex audientia Ssmi die 10 decembris 1912.

Proposito dubio, utrum Indultum diei 1 ianuarii 1910 de abstinentia et ieiunio pro America Latina [1] vim quoque habeat in omnibus Antillis et caeteris insulis maris Caraibici, Ssmus Dominus noster Pius divina providentia PP. X, referente me infrascripto Pro-Secretario sacrae Congregationis Negotiis ecclesiasticis extraordinariis praepositae, respondendum decrevit:

Affirmative, ad normam Declarationis authenticae diei 16 augusti 1898, qua Litteras apostolicas *Trans Oceanum* etiam in memoratis insulis vigere edicitur; quoad usum, vero, privilegiorum seu indultorum servandam esse quoque Declarationem diei 13 decembris 1911.[2]

Et ita Sanctitas Sua rescribi et publicari mandavit, contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Pro-Secretarius.*

[1] **Cfr.** ***Acta Apostolicae Sedis,*** Vol. II, pag. 215-217.

[2] **Cfr.** ***Acta Apostolicae Sedis,*** Vol. **III,** pag. 669-670.

SACRA ROMANA ROTA

i.

VIGEN.

TRANSLATIONIS S. IMAGINIS.

Pio PP. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno nono, die 3 augusti 1912, BR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* Vicen. - Translationis S. Imaginis, *inter dominum* Maginum Gallifa Gomis *pro se et uti haeredem collitigantis sacerdotis Iosephi Santasusana Torrens iam defuncti, actorem repraesentatum per procuratorem legitimum advocatum Nazarenum Patrizi, et conventum dominum* Leodegarium Torrens *contumacem, interveniente et disceptante promotore Iustitiae coram hoc S. Tribunali Rotali pro legis tutela, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In oppidi Manresa platea nuncupata de Valldaura antiqua exstabat capella in qua publicae venerationi exposita erat imago B. Mariae Virginis de Valldaura eodem titulo decorata, quae aliam, uti fertur, antiquitus inveniam in puteo cuiusdam vicinae domus et dein incendio anno 1811 absumptam substituerat. Cum capella vetustate fatisceret, et municipes oppidi instarent pro ampliatione civitatis, in ea parte quae *Isla* audit, auctoritate tum civili tum ecclesiastica invicem consentientibus, usque ab anno 1877 statutum fuit, ut in praefato loco seu in via Bruch nova ecclesia, una cum adnexo coenobio pro sororibus tertiariis a S. Dominico aedificantur, in eamque praefata imago a demolienda capella transferretur. Quo facto S. Imago nobiliori cultu donabatur et platea latior evadebat.

Episcopus Morgades, actualis antecessor, fideles oppidanos sollicitus fuit monere ut eollatitia stipe concurrerent pro excitatione novi templi et conventus : novum templum extrui coeptum est et, anno 1897 capella diruta, imago B. Mariae Virginis de Valldaura interim pro publica veneratione in ecclesiam paroecialem S. Petri M. translata fuit. At id aegre ferentes nonnulli incolae circumstantes plateae de Valldaura, una cum Leodegario Torrens, capellani alibi sed in eadem platea iterum excitarunt, in eamque, annuente episcopo antecessore, ut ex decretis dierum •18 februarii 1898 et 15 maii 1899, Deiparae imaginem revocare adnisi

sunt. At acriter ex adverso obstantibus Magino Gallifa Gomis et presbytero Iosepho Santasusana* qui auxilium et concursum praecipue praestiterant in aedificatione ecclesiae et conventus sororum a S. Dominico, quaestio pro solutione in via iudiciali devoluta fuit ad curiam Vicensem.

Provisor ecclesiasticus seu vicarius generalis actualis episcopi Torras et Bages, sententia diei 17 septembris 1904, revocatis et reformatis decretis administrativis sui antecessoris nuper citatis, decrevit locum esse translationi S. imaginis Deiparae de Valldaura in noviter extructam ecclesiam monialium a S. Dominico in Via Bruch. En decisionis tenor: « Diciamo, che l'immagine della Vergine di Valldaura, che « per T innanzi si venerava nella cappella che esisteva nella piazza di « detto nome e che oggi è venerata in una cappella della chiesa par- « rocchiale di S. Pietro **M.** deve essere trasferita alla cappella edificata « alia via Bruch contigua al collegio delle Suore Domenicane ed essere « in essa venerata come titolare della medesima. Si annulla per conse- « guenza il decreto dettato da questo provveditorato il 18 febbraio 1898, « e si dichiara senza effetto, nella parte che si riferisce alla traslazione « ed al culto della detta imagine alla nuova cappella della piazza di « Valldaura, il decreto 15 maggio 1899 dettato dal signor vescovo ad « istanza di D. Leodegario Torrens ...

« Così sia ferma questa nostra sentenza, e s'invia messaggio o « notificazione al reverendo curato parroco di S. Pietro M., affinchè « d'accordo col cappellano incaricato della cappella in via Bruch si veri- « fichi la traslazione imposta ... ».

Edita decisio nacta est vim rei iudicatae, et die 13 decembris subsequentis praefata translatio effecta fuit.

Verum quia, non obstante facta translatione, cultus beatae Mariae Virginis de Valldaura adhuc pergebat in reaedificata capella, hinc actores Gallifa et Santasusana, die 4 februarii anni 1905, institerunt apud eumdem provisorem ut, vi editae sententiae, enunciatus cultus inhiberetur et omnia obiecta spectantia ad dirutam capellani, praesertim campana et alia obiecta votiva, capellano ecclesiae in via Bruch traderentur. Provisor primum admisit: quoad secundum, decreto diei 14 eiusdem mensis, parocho S. Petri iussit ut ad Curiam inventarium memoratorum obiectorum remitteret. Verum, parocho referente quod S. Imago in reaedificata capella adhuc colebatur, tantum apposita in basi inscriptione - *Nostra Domina de Consolatione* -, iterum querelas ad eumdem provisorem detulerunt, insimul petentes obiectorum traditionem. Provisor, decreto diei 3 maii successivi, confirmavit iam alias datam dispo-

sitionem quoad prohibitionem cultus S. Imaginis in dicta capella, et alteram petitionem de traditione obiectorum reiecit. Idem statuit in alio decreto diei 26 eiusdem mensis, ea ratione innixus quod oblatus recursus nullam relationem habeat ad exsecutionem rei iudicatae diei 27 septembris 1904, cum obiecta petita in themate a parocho S. Petri in inventario inscribi deberent, eaque remitti ad Ordinarium ad liberam ipsius dispositionem : atque super hoc fieri iussit in iudicio partem separatam : « Non avendo questi provvedimenti per oggetto il compimento della « sentenza del 27 ultimo, ma solo di porre in salvo e alla libera dispo« sizione del Prelato gli oggetti appartenenti all'antica cappella di Vall« daura, si forma parte separata... e fin d'ora s'ingiunge per iscritto al « parroco di S. Pietro M. ... ».

Neque hoc decreto actores satisfacti evaserunt, eo vel magis quia inhibitae venerationi imagini beatae Mariae de Valldaura in memorata capella alia minoris formae fuerat subrogata, nempe ea quae ad infirmos graviter aegrotantes deferre consueverat, B. V. de~Valldaura pariter referens. Quare, die 2 iunii subsequentis, et editi decreti reformationem novo recursu postularunt et novas insuper ampliationes adiecerunt, nempe: « I. Che si tolga dall'altare della propria cappella Torrens la « nuova immagine N. S. di Valldaura che in essa è stata collocata e « forma parte degli oggetti reclamati. II. Che dalla dedica della cap« pella Torrens scompaiano, in maniera definitiva, le parole *N. S. di « Valldaura,* scolpendo in loro luogo quelle *N. S. della Consolazione* o « di qualsiasi altra invocazione. III. Che si copra indelebilmente la pit« tura della cupola. IV. Che si stabilisca chiaramente chi sia il padrone « di quella cappella Torrens ». Factam petitionem et ampliationes provisor dioecesanus, rescripto diei 20 eiusdem mensis, reiecit: « Non avendo « il provvedimento, contro il quale con questa scrittura si avanza « ricorso, per oggetto il compimento di veruna sentenza, ma solo di «porre in salvo ed alla libera disposizione del Prelato, salvo sempre « ciò che risolva il tribunale superiore, gli oggetti che appartenevano «all'antica ed oggi demolita cappella di N. S. di Valldaura, non vi è « luogo a provvedere a nessuno degli estremi ».

Contra emissas provisiones per decreta 26 maii et 21 iunii, actores Oallifa et Santasusana appellationem interposuerunt apud tribunal metropolitanum Tarraconense. Iudex vero Tarraconensis, praevia partium auditione super exortas incidentales quaestiones, sententia diei 12 novembris 1909 ita controversiam diremit: I. Decretum provisoris Vicensis die 21 maii 1905 hoc sensu reformavit, quatenus capellano custodi ecclesiae in via Bruch traderentur omnia obiecta quae directam et immediatam

connexionem et relationem habent cum imagine seu statua translata, coetera vero obiecta provenientia ex diruta cappella beatae Mariae Virginis de Valldaura manerent sub libera dispositione praesulis diocesani. II. Confirmavit appellatum decretum Provisoris diei 21 iunii 1905.

Contra hanc sententiam iudicis Tarraconensis, Gallifa et Santasusana, potius quam ad Rotam Matritensem, ad hoc S. Tribunal provocarunt, cui, ex benigna Ssmi commissione, causae disceptatio et definitio fuit demandata. Quaestio proponitur, adhuc in sua contumacia perstante reo convento Leodegario Torrens, cum interventu in eausa promotoris iustitiae, inter quem et legitimum procuratorem Magini Gallifa, altero litis consorti nuper defuncto, dubia novissime pro discussione ita temperata et restricta sunt, id est: I. *An omnia obiecta spectantia ad dirutam capellani S. Mariae de Valldaura etiam ea quae non inserviant directe et immediate S. Imagini, tradenda sint novae ecclesiae in via Bruch in casu.* II. *An et quomodo confirmandum sit provisionis decretum diei 21 iunii 1905 tum circa interdictionem cultus beatae Mariae Virginis de Valldaura in noviter erecta capella in platea eiusdem nominis, tum circa designationem personae cui dicta capella pertineat.*

Ius quod spectat. - RR. PP. Auditores observarunt in themate agi de exsecutione rei iudicatae : ad hoc enim sese referunt actorum instantiae, quando petunt capellano novae ecclesiae in via Bruch adiudicari obiecta dirutae capellae spectanctia, vel ut cultus B. M. Virginis de Valldaura in nova excitata cappella in platea eiusdem nominis interdicatur, aut huius proprietarius declaretur: dicunt enim id descendere et contineri in sententia diei 17 septembris 1904 quae iam in rem iudicatam transiit. At receptum est quod sententiae sunt stricti iuris ut tradit *Bit. discep. eccl. 19 n. 13* neque facile de uno casu ad alium sunt extendendae ex firmatis per Rotam in *Burgen. Iurisdictionis 7 maii 1688 § Ideo non comprehenditur* et tradit Card. De Luca *De Praemin.*, dis. 4. « Sententiae stricte intelligendae sunt in iis quae exprimunt, non autem « per illationes vel subintellectus et argumenta trahendae ad casus non « expressos, nisi quoad ea quae de iure insunt iudicato atque de eius « necessaria consequentia veniunt». Et ratio est, quia res quae antea petebatur peculiari actione, post litis contestationem et sententiam urgetur secuta obligationis novatione actione iudicati. Ita Lega, *de iud. eccl.*, vol. 1, sect. 4, n. 681. «Aliquid novi producit res iudicata nempe actio« nem iudicati, proinde iura quae sententia declarantur, urgentur ad « suam executionem vi huius actionis non vi peculiaris actionis cuiusque « iuris; et hoc sensu dicebat Ulpianus in 1. 3, §11, ff., *de peculio...* ita

« iudicio contrahi; proinde non originem iudicii speetandam, sed ipsam « iudicati velut obligationem ». Quare in facienda exsecutione sententiae,, ea ampliari non licet ultra terminos a iudice statutos.

Secundo animadverterunt ab actoribus perperam in exortis quaestionibus incidentalibus quoad rei iudicatae executionem, ad vindicanda praefata obiecta, invocatum fuisse principium « accessorium sequitur principale » uti ex actis elucet. Ut enim tradit Card. D'Annibale in sua *Summula Theol. mor.* t. 2, n. 138, accessio in re mobili ita fieri potest: « I° ut vel una res integretur ex altera; 2° vel ut ex utraque nova, «species efficiatur; 3° vel ut unum tantum ex ambabus corpus coa « lescat: inde adiunctio, specificatio, et commixtio seu confusio. Itaque « adiunctio intelligitur cum duae res ita iunguntur, ut ex utraque unum « corpus integrum efficiatur, discreta manente utriusque substantia ». Haec vero morali sensu intelligenda veniunt, et non ex rigore et apicibus iuris, sed duce aequitate naturali sunt definienda, ut citatus auctor tradit in nota et relate ad adiunctionem accessorium vocat « quod alteri « (rei) vel additamento, vel ornamento vel usui est ». Necesse est itaque ut obiecta ab actoribus reclamata cum imagine B. **M.** V. de Valdaura. directam et immediatam connexionem moraliter habeant, quia prolatum principium diversas et plures applicationes habet pro diversitate circumstantiarum, ut explicat Ferraris in sua *Bibl. can.* v. *Accessorium.*

Tertio demum adnotarunt episcopum in sua dioecesi esse cultus divini moderatorem. « Quintum episcopi ius, ait Vecchiotti in suis *can. instit.*, v. 1, cap. 6, § 59, est in administrando. Administrare est spiritualem curam suarum ovium gerere, resque ad divinum cultum et pietatis opera pertinentes disponere, diligenterque curare ». Unde episcopus, ex iusta causa decentioris cultus, supprimere potest capellani et pias imagines transferre, invitis etiam patronis, ut ex mente S. C. Tridentini, sess. 25, Decret., *de invocat, et venerat, sac. Imagin.* tradunt Panimolla decis. 11, n. 27, et Rota in *Bomana, Translationis Imaginis^* 25 iunii 1742, § 6 coram Card. Calcagnino in *Leopolien.* die 30 iulii 1763, *§ Primum* et S. C. Concilii in *Aquaependien. Translationis Imaginis* die 18 septembris, § *Hisce,* et in *Terracinen.* die 2 iunii 1764.

Factum quod spectat. - Hisce in iure praestabiles, Revmi Patres haec in facto perpenderunt. Publicata et exsecutioni commissa sententia provisoris ecclesiastici Vicensis diei 17 septembris 1904 per effectam imaginis seu statuae B. M. Virginis a Valldaura in noviter erectam ecclesiam in via Bruch translationem, Maginus Gallifa et sacerdos Santasusana, modo ob decessum ab eodem Galiffa repraesentatus, petierunt ut

in capella a Leodegario iterum extructa cultus eiusdem imaginis prohiberetur, et omnia obiecta, sive ad imaginem translatant, sive ad capellani dirutam spectantia, traderentur capellano in via Bruch. « Per « questo - ita actores in recursu ad H. S. Tribunal - *Y* oratore ed il « Rev. Santasusana cominciarono a chiedere che si consegnassero al « cappellano custode del tempio gli effetti appartenenti all' imagine che « si venerava nella cappella demolita, poiché essi debbono essere con« siderati come accessori di essa, e gli effetti appartenenti alla cappella « demolita, per essere il tempio della via Bruch il successore legittimo -« di quella cappella e specialmente la campana che ha un'iscrizione che « dice : *Campana di Nòstra Signora di Valldaura* ». Provisor ecclesiasticus, primam petitionem admittens, cultum memoratum interdixit in capella Torrens, at non annuit secundae parti, et praescripsit ut, praevio inventario, omnia obiecta dirutae capellae pertinentia parocho S. Petri traderentur et in libera episcopi dispositione remanerent.

Contra hoc decretum diei 26 maii 1905 facta ab actoribus appellatione, superius tribunal metropolitanum Tarraconense, causa discussa sub die 12 novembris 1909, approbata prima decreti parte, secundam reformavit, distinguens inter obiecta cum imagine coniuncta eique inservientia, quae adiudicavit capellano novae ecclesiae in via Bruch esse tradenda, et alia seu reliqua, quae edixit in libera Ordinarii dispositione esse committenda.

Sic decisionis tenor: « Diciamo che dobbiamo riformare e rifor« miamo l'atto del 26 maggio dettato dal decreto provveditore di Vich « nell'estremo appellato, e dichiariamo in suo luogo, che debbono con« segnarsi al cappellano custode del tempio di N. S. di Valldaura in « via Bruch tutti quegli oggetti provenienti dalla demolita cappella di « N. S. di Valldaura che sono appartenenti alla S. Imagine e servono « direttamente ed immediatamente per il suo trasporto e ornamento, « come i vestiti, rescritti di indulgenze e qualsiasi altro che rivesta detto « carattere, secondo i principi del diritto romano. Dichiariamo eziandio «che tutti gli altri oggetti provenienti dall'antica e demolita cappella « che non vengono compresi sotto la denominazione di pertinenza, «restino a disposizione del Prelato diocesano, il quale è l'amministra« tore fìsso e nato di tutti i beni ecclesiastici della diocesi ».

Hanc decisionem Rmi Patres in genere confirmandam esse censuerunt ex supra allatis principiis : et iure merito. Re quidem vera, agebatur in casu de mandando exsecutioni editam sententiam diei 17 septembris 1904, quae iam transierat in rem iudicatam, et ex qua, iuxta recurrentium instantiam, tantum translatio S. Imaginis concessa fuerat, una

cum revocatione duorum decretorum episcopi praedecessoris, uti ex textu decisionis in facti specie relata in liquido est. Actores Gallifa et Santasusana suam intentionem non instituerant circa obiecta exsistentia in diruta capella: ergo super hisce Provisor sententiam ferre nequibat, cum haec debeat esse conformis libello, ut aperte traditur in *cap. Saepe contingit,* in Clement, *de verb. signi f.* Actores falso rati sunt id contineri in prolata sententia et proinde apud eundem provisorem urserunt ut etiam praefata obiecta traderentur capellano custodi novae ecclesiae in via Bruch in iudicati exsecutionem. Iudex dioecesanus id denegavit, at iudex appellationis rectius diversam obiectorum speciem distinxit, et ea addicenda esse decrevit quae directam connexionem habent cum translata imagine, seu quae eius cultui directe et immediate inserviunt. Nam primo in sententia edicitur "quod S. Imago « deve essere trasfe-« rita alla cappella edificata nella via del Bruch..> ed essere in essa « venerata come titolare della medesima ». Deinde, ut alias animadversum fuit iuxta doctrinam Card. De Luca, quamvis sententia extendi non possit ad casus non expressos, tamen ea quae de iure insunt iudicato, vel cum hoc necessario connectuntur, complecti potest.

Unde iudex metropolitanus ita quoad hoc punctum suas exserit considerationes : « Considerando, che nel decretarsi la sentenza della cui « esecuzione si tratta nei presenti atti, per la translazione della vene-« rata imagine di N. S. di Valldaura al nuovo tempio della via del Bruch « doveano trasferirsi insieme ad essa tutti quegli oggetti che sono di « pertinenza della medesima, secondo la dottrina dei giureconsulti romani « e suoi espositori, cioè gli oggetti che sono da essa inseparabili e che « direttamente si riferiscono alla medesima, che sono in tal modo ade-« renti ad essa e che le appartengono, che formano un tutto giuridico « con la medesima, che costituiscono parte integrale dell'imagine, non « in una maniera fisica ma morale, oggetti che per loro natura, secondo « il senso comune e per la volontà dei donatori le appartengono e l'ab-« belliscono, nel qual caso si trovano i rescritti di indulgenze, i vestiti, « le corone ed altri ex-voti etc. ».

Quoad alteram obiectorum classem S. Imagini non adhaerentium, licet RR. Patres in genere admittant ea interim esse relinquenda liberae dispositioni Ordinarii, uti disserit iudex metrop. in suis considerationibus et definit in parte dispositiva sententiae, tamen decernunt inter haec non posse recenseri campanam demolitae capellae vel imagines, si sub hoc nomine intelligantur imagines beatae Mariae Virginis de Valldaura publicae venerationi exponendae, ut simulacrum Virginis parvum quod ad infirmos deferri consueverat. Non primum quia tintinnabulum,

ut fert antiqua inscriptio in eo existens - *Campana della Madre di Dio di Valdaura anno 1824,* - directe pertinet ex voto ad S. Imaginem translatam: non secundum, quia id contrairet primae parti decreti Provisoris discreti circa inhibitionem cultus B. M. Virginis de Valldaura in nova excitata capella a Leodegario Torrens.

Quin negotium facessant ea, quae oggerit defensor Magini Gallifa ad vindicanda novae ecclesiae in via Bruch seu imagini translatae omnia obiecta ad dirutam capellani spectantia. Ipse, in sua allegatione, ad id obtinendum recurrit ad titulos consecrationis, successionis, et donationis, et hisce suffultus suam thesim adstruere adnititur. Verum, quin ad singulatim eos expendendos descendatur, in promptu responsum est. Hi tituli adduci poterunt in novo iudicio separato instituendo, si parti repraesentatae id experiri placebit; verum cum in prima actione actum tantum fuerit de translatione S. Imaginis et exinde orta fuit res iudicata, RR. PP. intra ipsius cancellos se continere debuerunt, et tantum ea adiudicare quae cum facta translatione strictam moralem connexionem habent, secus suam competentiam transiliissent.

Quoad secundum appellationis punctum, nempe quoad decretum provisoris Vicensis die 21 iunii 1905, haec praenotanda veniunt, Actores, ut in principio notatum est, et uti apparet ex eorum libello diei 2 iunii dicti mensis, primum petierunt reformationem decreti diei 26 maii praecedentis, quod iubebat omnia obiecta dirutae capellae poni sub custodia parochi S. Petri M. et relinqui liberae dispositioni praesulis dioecesani: deinde suis petitionibus nonnulla cumularunt, relativa tum ad delendum quodcumque signum vel vestigium quod redolere posset in nova capella in platea Valldaura venerationem translatae imaginis, tum circa designationem proprietarii eiusdem capellae; quae puncta singillatim in facti specie relata sunt. Provisor Vicensis, decreto diei 21 iunii 1905, utrumque denegavit, et iudex metropolitanus, sua sententia diei 12 septembris 1909, illud plene confirmavit. Inde appellatio ad H. S. nostrum Tribunal. Verum patronus Magini Gallifa, assentiente iustitiae Promotore, ad hanc secundam decreti partem materiam contendendi restrinxit, uti liquet ex 2° dubio.

Quibus praemissis, RR. PP. expenderunt, ampliatam petitionem actorum circa interdictionem cultus B. M. V. de Valldaura vel remotionem cuiuscumque signi relativi in nova capella Torrens, dici non posse extraneam rei iudicatae exsecutioni. Per redintegrationem enim cultus praefati novae ecclesiae in via Bruch praeiudicium infertur, et Ordinarius, utpote cultus in dioecesi sua moderator, illam inhibere valet. Id descendit etiam ex actu declarativo sententiae edito sub die 26 septembris 1904: « Con-

« siderato che, ordinata la transazione dell' imagine delia V. sotto il « nome di Valldaura alia cappella di via Bruch, sia già risoluto e sen- « tenziato che non può in altra essere venerata, nè essere dedicata alla « chiesa ... e ciò più che mai quando detta denominazione non è invo- « cazione approvata dalla Chiesa, ma solo un nome privativo derivato « dal luogo che occupava la cappella ». Quare decretum quoad hanc partem infirmatur, sicuti revocatur relativa iudicis metropolitani decisio.

Aliud vero senserunt RR. PP. quod aliam decreti partem de determinatione proprietarii dictae capellae, quam una cum iudicato tribunalis metropolitani confirmarunt. De hac quaestione nulla habita fuit ratio in primo promoto iudicio et in finali sententia die 17 sept. 1904. Proinde, sicuti erat subducta competentiae iudicis primae et secundae instantiae vocati tantum ad exsequendum rem iudicatam, ita fugit competentiam H. S. Tribunalis.

Hisce igitur sedulo perpensis, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Nos infrascripti Auditores de turno propositis dubiis respondemus. Ad l^um^ *Tradenda esse novae ecclesiae in via Bruch obiecta tantum quae directe et immediate S. Imagini inserviunt, comprehensa campana. Ad II^um^, ad I^am^ partem decretum esse infirmandum, ad* ***Ilam*** *esse confirmandum.* Ita dicimus, declaramus, et sententiamus, damnantes actorem ad expensas iudiciales.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. Canonum et praesertim cap. 3. sess. 25 *De Beform.* Conc. Trid., iis adhibitis executivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 3 augusti 1912.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

T. Tani, *Notarius S. B. Rotae.*

IL

Citatio Edictalis.

OREGONOPOLITANA.

NULLITATIS MATRIMONII (DINA SMITH - DANIEL O'KEEFE).

Cum ex actibus processus in Curia Oregonopolitana peracti constet D. Danielem O'Keefe, hac in causa conventum, reperiri non posse, per praesens edictum eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. Rotae, die 7 februarii 1913, hora undecima antemeridiana, ad videndum subscribi infrascriptum dubium, nec non destinari diem qua habebitur Turnus Rotalis pro definitione Causae.

Dubium: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco domini praefati curare debent, si et quatenus fieri potest, ut de edictali citatione moneatur.

Romae, die 5 decembris' 1912.

Ioannes Prior, *Ponens.*

L. £B S.

Ioannes Ladelci

Notarius S. B. Rotae.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

Citation par Édit.

OREGONOPOLITANA. - NULLITÉ DE MARIAGE.

Puisqu'il conste des actes du procès qui a été fait dans la Curie de Paris, que monsieur Daniel O'Keefe, défendeur en cette cause, ne peut être trouvé, Nous citons par le présent édit le même défendeur à comparaître, par propre personne ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine, le 7 février 1913 à 11 heures du matin, pour voir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

Doute: *La nullité de mariage résulte-t-elle prouvée?*

Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence du dit défendeur doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Rome, le 5 décembre 1912.

Jean Prior, *Ponent.*

L. 8j S.

Jean Ladelci, *Notaire de la S. R. Rote.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

CONGREGAZIONE ANTIPREP ARATORI A.

Il giorno 3 dicembre 1912, presso l'Emo e Rmo signor Cardinale Sebastiano Martinelli, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, Ponente della Causa di beatificazione e canonizzazione del Venerabile Servo di Dio Michele Le Nobletz, Sacerdote e Missionario, fu tenuta la Congregazione dei sacri Riti Antipreparatoria, nella quale dai Rmi Prelati e dai Consultori Teologi fu discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal medesimo Venerabile Servo di Dio.

CONGREGAZIONE ORDINARIA.

Il giorno 10 dicembre 1912, nel palazzo apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione Ordinaria dei sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I° Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Marco da Aviano, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini, Missionario apostolico ;

2° conferma di culto da tempo immemorabile prestato al Servo di Dio Isnardo de Chiampo, Sacerdote professo dell' Ordine dei Predicatori, chiamato Beato o Santo;

3° revisione degli scritti del Ven. Francesco da Lagonegro, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini;

4° e della Serva di Dio Bemardetta Soubirous, Suora della Carità ed Istruzione Cristiana;

5° e della Serva di Dio Teresa del Bambin Gesù e del sacro Volto, Carmelitana Scalza.

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

2 Dicembre 1912. — La Santità di nostro Signore Pio PP. X, si è benignamente degnata di destinare Mons. Camillo Caccia-Dominioni, Suo Cameriere segreto partecipante, a presentare, in qualità di *Ablégalo Apostolico,* la berretta cardinalizia a Mons. Carlo De Hornig, Vescovo di Veszprimia in Ungheria, elevato alla sacra Porpora nel Concistoro segreto dello stesso giorno, e il

signor Principe Lelio Orsini, Sua Guardia nobile, a recare, quale *Corriere di Gabinetto,* al medesimo Prelato, insieme allo zucchetto cardinalizio, l'annunzio della sua elevazione a quell'alta dignità.

Con biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

3** Dicembre **1912. — Il Rmo P. Alessio Lépicier, dei Servi di Maria, *Consultore della sacra Congregazione Concistoriale.*

***17** Dicembre.* — Gli Emi signori Cardinali Antonio Vico e Gaetano Bisleti, *tra gli Emi Porporati componenti la S. Congregazione dei Sacramenti.*

***24** Dicembre.* — L'Emo sig. Cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Istituto delle "Hermanas de la Cruz,, di Siviglia, e di quelle delle Suore della Carità del "Verbo Incarnato,, di-Galveston, Texas.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolici ad instar participantium :

21** Novembre **1912. — **11** Rev. Arturo Koenig, preposto del Capitolo cattedrale di Breslavia.

***26** Novembre.* — Il Rev. Federico Lelong, vicario generale dell'archidiocesi di Bourges.

— Mons. Luigi Agostino Lorain, canonico della Cattedrale della stessa archidiocesi.

Prelati Domestici di S. S.:

19** Novembre **1912. — Mons. Giovanni Battista Bots, parroco decano di Tilburg, nella diocesi di Bois-le-Duc.

***26** Novembre.* — Il Rev. Giovanni Battista Leroux, vicario generale della diocesi di Coutances.

— Il Rev. Giovanni Luigi Lepetit, vicario generale della stessa diocesi.

Con biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

7** Dicembre **1912. — Mons. Bernardo Nienhaus, della diocesi di Münster.

— Mons. Alfonso Maria Agius, della diocesi di Malta.

***9** Dicembre.* — Mons. Giacomo Feldkamm, della diocesi di Paderborna.

19 Dicembre 1912. — Mons. Giovanni Schneider, dell'archidiocesi di Olmütz.

— Mons. Francesco Snopek, dell'archidiocesi di Olmütz.

— Mons. Giovanni Kubicek, della medesima archidiocesi.

23 Dicembre. — Mons. Ladislao de Esterhary, dell'archidiocesi di Vienna.

— Mons. Giovanni de Spens-Boden, della medesima archidiocesi.

— Mons. Ludovico Petschner, della medesima archidiocesi.

— Mons. Francesco Marcelli, della diocesi di Ascoli Piceno.

— Mons. Giovanni Battista Gianola, della diocesi di Lugano.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

29 Novembre 1912. — Mons. Antonio Criscuoli, della diocesi di Caltanissetta.

17 jjßcembre 1912. — Mons. Pietro Sinopoli, della diocesi di Nicosia.

— Mons. Carmelo Parisi, della medesima diocesi.

19 Dicembre. — Mons. Bonifacio Segetá, dell'archidiocesi di Olmütz.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerarii di S. S.:

13 Dicembre 1912. — Sig. comm. Visconte Giuseppe Emmanuele de Cronij-Chanel, della diocesi di Lavai.

— Sig. Luigi de Savignac, dell'archidiocesi di Parigi.

Cameriere d'onore extra Urbem:

26 Novembre 1912. — Mons. Giuseppe Vass, della diocesi di Alba Reale.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 Novembre 1912. — Al Sig. Barone Giovanni de Lassberg, Maresciallo della Corte di S. A. R. il Principe Ludovico di Baviera.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 Novembre 1912. — Al Sig. Prudente Avot, domiciliato a Blendeegues, nella diocesi di Arras.

30 Novembre. — Al Sig. cav. Ladislao Koczak Struszkiewicz, consigliere aulico a Vienna.

4 Dicembre. — Al Sig. avv. cav. Armando Miron de l'Espinay, della diocesi di Blois.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 Novembre 1912. — Al Sig. avv. Vittorio Bonnevic, di Bruxelles.

21 Novembre. — Al Sig. avv. Edoardo Bienvenue, della diocesi di S. Brieuc e Tréguier.

— Al Sig. Francesco Dubois, notaio, della stessa diocesi.

22 Novembre 1912. — Al Sig. Corrado Schidlo, sindaco di Bogutschütz (Slesia superiore).

— Al Sig. Giacomo Stevenson, della diocesi di Breslavia.

— Al Sig. architetto Carlo Brugger, consigliere municipale di Beuthen (Slesia superiore).

— Al Sig. Ermanno Dyckhoff, della diocesi di Breslavia.

— Al Sig. Ermanno Esders, della stessa diocesi.

25 Novembre. — Al Sig. Teodoro Botnel, dell'archidiocesi dinari gi.

— Al Sig. Gabriele Benedetto M. Giuseppe Bourdrel, appartenente al Comitato dei giureconsulti cattolici d'Amiens.

26 Novembre. — Al Sig. Dott. Pietro Dudouyt, della diocesi di Coutances.

— AI Sig. Visconte Carlo de Laìtre, dell'archidiocesi di Bourges.

— Al Sig. Alessandro Ameye, della medesima archidiocesi.

— Al Sig. Giorgio Deviolaine, della diocesi di Soissons.

— Al Sig. Renato Jourdain, della stessa diocesi.

— Al Sig. Edoardo Feeney, presidente nazionale della Federazione Americana delle società cattoliche negli Stati Uniti d'America.

28 Novembre. — Al Sig. Isidoro Giuseppe Maria Glard, domiciliato a Camoël, diocesi di Vannes.

— Al Sig. Fulgenzio Préfontaine, già sergente degli Zuavi Pontifici.

4 Dicembre. — Al Sig. Leone Picot, della diocesi di Blois.

5 Dicembre. — Al Sig. Dott. Clemente Agostino Lodovico Rademaker, di Amsterdam.

9 Dicembre. — Al Sig. Lucio Gauthier, della diocesi di Angouleme.

— Al Sig. Maurizio de Jarnac de Gardépée de Salignac, della stessa diocesi.

Il Cavalierato dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

5 Dicembre 1912. — Al Sig. Francesco Tàborsk^, dell'archidiocesi di Olmütz.

NECROLOGIO.

8 Dicembre 1912. — Mons. Vincenzo Teofilo Popiel, arciv. di Varsavia.

27 Dicembre. — Mons. Giovanni Battista Flapp, vesc. di Parenzo e Pola.

I.

INDEX GENERALIS RERUM

II.

• INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ANNO	MENSIS	DIE	
1912	Apr.		*Laeto accepimus.* - Conceduntur indulgentiae plenariae et partiales Congregationibus puellarum mulierumque a S. Elisabeth nuncupatis dioeceseos Varmiensis, earumque benefactoribus . . . .
			Maiore Nobis. - Societates puerorum sanctissimi Sacramenti, quod ad aggregationem Primariae de Urbe, a clausula distantiae dispensantur. . . .
		27	*Nobis in hac.* - Erectio novi Vicariatus apostolici Ce-li maritimi, in Sinis (Tientsin) ., ...
	Maii	21	*Pias fidelium.* - Archisodalitati ab opere S. Philumenae Parisiis ad vallem Girardi erectae fit venia cognomines omnes Societates erectas sive erigendas ubique terrarum in perpetuum sibi aggregandi .
			Plane compertum est. - Erectio in Archisodalitatem, cum facultate ubivis aggregandi, Consociationis Deiparae Virginis Immaculatae sub titulo Cleri Reginae, civitatis Parisiensis . . . .
	Iunii		*Maxima semper.* - Praefectura apostolica insularum Salomonicarum meridionalium, mutatis finibus, in vicariatum apostolicum erigitur . . . .
	Iulii	15	*Officium supremi.* - Committitur episcopo ritus rutheni adsistentia spiritualis Ruthenorum in Canadensi regione commorantium . . . .
		25	*Virginis a Consolatione.* - Constitutio in Archiconfraternitatem pii sodalitii titulo beatae Mariae Virginis a Consolatione, Augustae Taurinorum, cum facultate aggregandi pias societates cognomines ubique terrarum . . . .
	Aug.	9	*Quamquam septimo.* - Proto-Monasterium sanctae Clarae Assisiensis peculiaribus augetur privilegiis. .
	Sept.	7	*Cum sit Nobis.* - Indulgentiae partiales conceduntur fidelibus Reipublicae Mexicanae, iaculatorias preces in honorem Guadalupensis Virginis recitantibus .
		16	*Religiosas familias.* - Augustinis Recollectis seu Discalceatis Congregationis Hispaniae et Indiarum peculiaria privilegia et facultates conceduntur . .
	Oct.	30	*Ad mentes.* - Sodalitas a S. Catharina virg. mart., sub patrocinio Dñae nostrae Matris bonorum Studiorum Parisiis canonice erecta, Archisodalitatis titulo et privilegiis donatur . . . .

VI. - EPISTOLAE.

1910	Dec.		*Sollicitis Nobis.* - Ad R. P. D. Ioannem Baptistam Castro, Archiepiscopum Caracensem, de instauranda cleri disciplina . . . .
1911	Oct.	16	*Manilensem studiorum.* - Ad R. P. Iosephum Noval, sodalem Dominicanum, Rectorem pontificiae stu-

MENSE	DIE	
Apr.		DIOECESIUM GALLIAE EIUSQUE COLONIARUM. Festum B. Ioannae de Arc in Gallia ad ritum duplicem secundae classis evehitur. . . . .
		Decretum praefixum volumini VI, seu appendici I (ab anno 1900 num. 4052 ad annum 1911 num. 4284, cum suo indice generali) operis cui titulus: «Decreta authentica Congregationis sacrorum Rituum ex Actis eiusdem collecta, eiusque auctoritate promulgata ». . . . .
Maii		NEAPOLITANA. Decretum beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Emanuelis Ribera, sacerdotis professi e Congregatione sanctissimi Redemptoris.
	15	Litterae circulares ad Rmos locorum Ordinarios quoad Propria Officiorum dioecesana. . . . .
		Instructio super privilegiis quae in triduo vel octitudo solemniter celebrando infra annum a beatificatione vel canonizatione, per rescriptum sacrae ipsius Congregationis, a Summo Pontifice concedi solent. . . . .
»		SOCIETATIS MISSIONARIORUM SSMI CORDIS IESU. Dubia.
Iunii	12	Decretum seu declarationes circa novas rubricas . .
»		TUDERTINA. Reductionis festorum . . . .
»	17	SEYNEN. et ALIARUM. Dubia. . . . .
Iulii	21	Decretum circa modulandas monosyliabas vel hebraicas voces in Lectionibus, versiculis et psalmis . .
	10	FALISCODUNEN. Decretum beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Luciae Filippini, Fundatricis et Antistitae instituti Magistrarum Piarum ab eius cognomine nuncupatam»!. . . . .
		PLURIUM DIOECESIUM. De conclusione Matutini et inchoatione Laudum pro recitatione privata in triduo Mortis Christi et in Officiis defunctorum .
		Instructio seu responsum sacrae Rituum Congregationis Rmis locorum Ordinariis vel Superioribus Ordinum seu Sodalitatum, postulantibus kalendarii proprii reformationem vel expunctionem festorum aut reductionem ritus. . . . .
Aug.	2	PISCIEN. Reditus ad kalendarium universalis Ecclesiae
	14	VICARIATUS NYANZAE SEPTENTRIONALIS (AFRICAE CENTRALIS). Decretum beatificationis seu declarationis martyrii XXII Venerabilium Servorum Dei Caroli Luanga, Mathiae Murumba et Sociorum vulgo « de Uganda » in odium fidei, ut fertur, interfectorum
Oct.		ROMANA et ALIARUM. De oratione dominica et aliis Officio defunctorum praemittendis.. . . . . ..
Nov.	11	Decretum de iudiciali ordine servando in causis Servorum Dei procedentibus per viam casus excepti.
	14	Monitum de effictionibus Sigismundi Ruschitzka . .

II. - SIGNATURA APOSTOLICA.

IV. - OFFICIA.

SECRETARIA STATUS.

EPISTOLAE.

ANNO	MENSE	DIE	
1912	Iulii		Ad R. P. D. Carolum M. A. de Cormont, Episcopum Aturensem, de libro qui inscribitur « La vocation sacerdotale », edito a Rmo canonico Iosepho Lab.itton, eiusdem dioeceseos . . . .
			Ad praeclarum virum comitem Maximilianum Zara, praesidem generalem Societatis a S. Paulo pro diffusione librorum catholicorum, de eiusdem societatis bonis in civitate fructibus . . . . . .
			Ad R. P. D. Bougoiiin, Petrocoricensem et Sarlatensem Episcopum, ob filialis obsequii specimen, occasione tertii congressus dioecesani, beatissimo Patri per litteras exhibitum . . . .
	Sept.	14	Ad R. P. Lenert, parochum ad sancti Nicolai de Chardonnet, Parisiis, qui duo conferentiarum volumina, beatissimo Patri, tamquam filiale venerationis obsequium, exhibuit . . . .
			Ad R. P. D. Meunier, Ebroicensium episcopum, congressum dioecesanum in urbe Pont-Audemer habiturum . . . .
			Ad R. P. D. Meunier, episcopum Ebroicensem, occasione congressus eucaristici in civitate Louviers proxime habendi . . . .
	Oct.		Ad R. P. Ezechielem e S. Corde Iesu, Carmelitarum excalceatorum Praepositum generalem, qui beatissimo Patri, devotionis ergo, volumina operum spiritualium S. Ioannis a Cruce, iterum edita, reverenter obtulit . . . .
	Nov.	19	Ad R. P. canonicum E. Janvier, pro gratiarum actione de x volumine conferentiarum in - ecclesia cathedrali Parisiensi habitarum, beatissimo Patri reverenter oblato . . . .

V. - COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA.

1912	Iunii		De Auctore, de tempore compositionis et de historica veritate Evangeliorum secundum Marcum et secundum Lucam . . . .
			De quaestione synoptica sive de mutuis relationibus inter tria priora Evangelia . . . .

m .

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTABILEM

A

B

C

I)

N

O

IV.

INDEX PERSONARUM

A

B

€

P

M

R

S

T

QUARTUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis* »

ABSOLVITUR DIE 30 DEC. 1912. - TYPIS POLIGLOTTIS VATICANIS.

Modo prodierunt et venalîa prostant apud

ADMINISTRATIONEM COMMENTARII OFFICIALIS " ACTA APOSTOLICAE SEDIS „

Tipographia Poliglotta Vaticana ROMft

DECRETA AUTHENTICA

CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM

EX ACTIS EIUSDEM COLLECTA EIUSQUE AUCTORITATE PROMULGATA

SEX VOL. IN 8° GR., CHARTA MANUFACTA

PRETIUM : lib. 46.

Vol. 1 (pp. XXIV-4S6). Ab anno 1588 num. I usque ad annum 1705 num. 2162.

» II (pp. XI-484). Ab anno 1706 num. 2163 usque ad annum 1870 num. 3232.

» III (pp. viii-383). Ab anno 1871 num. 3233 usque ad annum 1899 num. 4051.

» IV (pp. iv-442). ***Commentaria ad instructionem Clementis XI,*** **pro Expositione SS. Sacramenti in forma XL Horarum et suffragia atque adnotationes super Decretis Sacrae Rituum Congregationis**

» V (pp. iv-5^3). Index generalis rerum occurrentium in Decretis Sacrae Rituum Congregationis per tria priora authenticae Collectionis volumina digestís, cum enunciatione suffragiorum atque adnotationum quae in quarto volumine exhibentur.

» VI. Appendix I (pp. xi-177). Ab anno 1900 num. 4052 ad annum 1911 num. 4284 cum suo indice Generali.

. SSmus D. N. Pius Papa X, die *U* Aprilis anni currentis 1912, Decreta, prout in sexto Volumine (Appendice prima) Collectionis Decretorum Sacrae Rituum Congregationis inseruntur et in suo generali Indice explicantur, probavit et authentica declaravit.

Dum hoc VI Volumen Decretorum S. R. C. typis polyglottis Vaticanis in lucem prodit, iuvat quam maxime omnia et singula sex Volumina praefatae Collectionis authenticae praesenti commentario illustrare, ut ab ecclesiasticis viris debita in aestimatione habeantur. Ex dicendis enim apprime patebit, Collectionis integrum opus (sex nempe Volumina) omnibus Curiis Dioecesanis, Capitulis Cathedralibus et Collegiatis, Religiosorum Domibus, Seminariis, imo et singulis ecclesiasticis viris, esse perquam utile, imo et necessarium. Omnibus quippe Dei cultui dicatis cordi quam maxime sit oportet, ut sacrosanctum Missae Sacrificium et Divinae Laudes iuxta ecclesiasticas leges, Rubricas nempe et Decreta, Deo offerantur, et ut ea omnia, quae a Sacra Rituum Congregatione in materia propria statuta sunt, ab omnibus ad quos spectat adamussim observentur.

Collectio Decretorum Sacrae Rituum Congregationis prima vice prodiit Romae a. 1807 cura et studio Aloisii Gardellini, S. R. C. Assessoris/qui, liturgicam disciplinam optime callens et nemini diligentia et eruditione secundus, id exequi potuit, quod alii ante ipsum, praesertim Ioan. Baptista Pithonius, Sacerdos Venetus, anno 1730, ex parte tantum experti iam erant.

Idem Gardellini anno 1827 secundam editionem septem Voluminibus curavit, in eaque Responsa S. Sedis, quae sacros Ritus attinent, ab anno 1558 ad 1826 promulgata, inseruit; cui editioni octavum Volumen, Decreta

usque ad annum Ì8ì8 complectens, addidit Ioseph de Ligne, Caeremoniarum Apostolicarum Magister.

Tertia editio, proponente Sacra Rituum Congregatione, anno 1856 coepta et insequentibus annis variis Appendicibus aucta, ad nostra usque tempora a sacrae Liturgiae studiosis debita in aestimatione habita fuit.

Quum anno 1891 praefatae tertiae editionis exemplaria rariora evasissent, Sacra Rituum Congregatio, antequam novam editionem aggrederetur, necessarium esse duxit, ut opus diligentissime excuteretur ; quatenus illud a responsis inutilibus expediretur ; Rescripta inter se componerentur; vetus Sacrorum Rituum disciplina ad novam aptaretur; ita ut Collectio, usui et commoditati, praesertim studiosorum, apta, et incontroversa auctoritate praestans, exurgeret. Septem annis Commissio rei .liturgicae peritorum operi perdifficili adlaboravit, et Consilium Patrum Cardinalium et Antistitum ex S. R. C. gremio adscitorum opus eiusdem Commissionis maturae discussioni subiecit. Tandem die 16 Februarii 1898 S. R. G. Decretum *Urbis et Orbis* vulgavit, quo, auctoritate Summi Pontificis Leonis XIII, Collectio Decretorum approbata. atque authentica declarata fuit; simulque statutum ut Decreta usque ad illud tempus vulgata veluti abrogata censenda essent in iis quae a Decretis in nova authentica Collectione insertis dissonant; exceptis tantum quae pro particularibus Ecclesiis Indulti vel privilegii rationem habent. Hinc ex 5993 Decretis, quae in antiqua Collectione usque ad annum 1887 referebantur, tantummodo 3682 in nova Collectione inserta fuerunt, reliquis^ 2311 p.enitus omissis; hac de causa.ordo numerationis in hac nova Collectione mutatus fuit; sed ad inquirentium commodum, praeter recentem numerum, etiam ille qui idem Decretum in tertia editione notaverat, intra parenthesim appositus est. Quinque Voluminibus Collectionis, ab anno 1898 ad 1901 editis, nunc sextum Volumen, prout dictum est, additur.

De singulis sex Voluminibus per summa capita agendum, est.

I.

Volumen, primam in 8°, pag. xxiv-486, anno 1898 vulgatum, Decreta complectitur, quae Sacra Rituum Congregatio a sua institutione, per Constitutionem Sixti V diei 22 Ianuarii 1587 incipientem *Immensae aeterni Dei*, ad annum 1705 edidit. Index Dioecesum et Decretorum ordine alphabetico ad lectorum commodum iisdem Decretis praeponitur. Plurima maximi momenti Decreta praefatis 118 annis prodierunt ; iis enim fundamenta velut juris liturgici iirmantur. Quaedam ex praecipuis, inter 2162 Decreta in hoc primo volumine collecta, notamus : de requisitis ut Officium et Missa de Sanctis particularibus, Patronis Ecclesiarum celebrari possint, et.qua ratione **eorum** Officium approbandum sit (Decr. num. 51); quasnam exceptiones patiatur observantia .Caeremonialis Episcoporum (184) ; **Decreta . Urbani** VIII de methodo servanda in electione SS. Patronorum (526), de forma et habitu Sacrarum Imaginum (810. 2110), de observatione Festorum (812) ; Decreta Alexandri VII super cultu Beatis nondum canonizatis praestando (1130), circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus, praesertim Abbatibus, concessum (1131.1163), de diebus quibus licet celebrare Missas privatas de Requie (1238. 1343. 1392. 1793. 2041); Decretum de hora celebrationis Missae, speciatim **in** regionibus utrique polo proximioribus (614); de praecedentia inter Episcopos (270); de Vicario Episcopali relate ad Canonicos (248. 254. 326); de ordine servando a Canonicis sive inter se sive relate ad Episcopum (235. 900); de Canonicis relate ad Episcopum non proprium (236); de Canonicis relate ad Curatos in horum Ecclesiis (142. 150); de Caeremoniali Regularium (937); de Regulari promoto ad Episcopatum, quodnam Officium recitare debeat (181); de praecedentia inter Familias Religiosas juxta Decretum Gregorii XIII (33. 1344); de pulsatione Campanarum Sabbato Sancto relate ad Regulares (170. 1079); de Religiosis relate ad proprios Tertiarios (271); de interventu Regularium ad Processiones (282. 1141); Decretum Generale Urbani VIII de Processionibus Regularium (1096.1291.1440); Decreta de jure Regularium relate ad funera (383. 515. 767. 784. 785. 1291. 1408. 2084) ; de Expositione SS. Sacramenti in Ecclesiis Regularium (800**j;** de obsequiis Episcopo a Regularibus praestandis (1173, 1550) ; de funeribus Monialium (751); de erectione Confraternitatum (357. 783. 1101) ; de praecedentia inter Confraternitates (653); de iuribus Confraternitatum (1641. 2123); de duodecim Crucibus Ecclesiae dedicatae (1939); de vetita Ordinariis saecularibus et Regularibus additione novorum Officiorum in Breviario (555); plurimae tandem quaestiones de Magistratibus, aliisque personis in aliqua dignitate constitutis prudentissime dirimuntur.

II.

Volumen secundum, in 8°, pag. xi-484, anno 1898 vulgatum, Decreta a num. 2163 ad 3232 complectitur quae S, R. C. ab anno 1706 ad 1870 edidit. Index Dioecesum et Decretorum, ut in primo Volumine praeponitur. Quaedam ex praecipuis Decretis hisce 164 annis editis notamus: de Breviario Benedictino (2319); Decretum Benedicti XIV quo SS. Apostoli Petrus et Paulus iir Urbis Patronos ex antiquissima traditione confirmantur (2374); Epistola Encyclica Benedicti XIV qua urgetur observantia Decreti Alexandri VII circa Abbates aliosque Praelatos Episcopo interiores (2376); Decretum de Monachis Armenis Venetiis degentibus (2414); Decretum Clementis XIII de Praefatione de SS. Trinitate in Dominicis dicenda (2449); de Sacerdote coecutiente quoad Missam de Beata (2560); de Collegio Episcoporum Solio Pontifìcio Assistentium (2571) ; Decretum Pii VII de materia ex qua sacra indumenta et suppellectilia conficienda sunt (2600) ; Breve Pii VII de invento Corpore S. Francisci Assisien. (2605); de ratione publicandi vitas, res gestas, miracula VV. Serv. Dei (2617); de Communione generali totius Cleri Feria V in Coena Domini (2489) *i* de cultu praestando Ligno SS. Crucis ac Instrumentis Passionis D. N. I. C. et Reliquiis Sanctorum (2647);

Decretum Generale de methodo servanda a S. R.G. in approbando cultu illorum qui a Decretis Urbani VIII excepti sunt (2651); Instructio super Reliquiis quae in Altaribus iixis et portatilibus apponuntur (2777) ; de signis quibus dignosci possunt Sacrorum Martyrum Reliquiae in> sacris Coemeteriis Romae suburbanis (3120); de Missa de Spiritu Sancto tempore Concilii Vaticani imperata (3211).

III.

Volumen tertiam, in 8°, pag. vin-383, anno 1900 vulgatum, Decreta a num. 3233 ad 4051 complectitur, quae S. R. C. ab anno 1871 ad 1899 edidit. Index Dioecesum et Decretorum ordine alphabetico praeponitur et ad calcem Voluminis Instructio Clementina pro Oratione XL Horarum additur. Id vero speciali modo notandum est quod ab anno 1891, quo haec authentica Collectio paiari coepta est, plurima Decreta Generalia edita et in hoc tertio Volumine inserta fuerunt ; illis autem novum jus liturgicum firmatur, sublatis innumeris prope Decretis de eadem materia in antecessum editis. Praecipua Decreta ab anno 1871 vulgata, et in hoc Volumine inserta notamus: de causis Servorum Dei (3233); dé cultu S. ioseph, Catholicae Ecclesiae Patroni, amplificatione (3252); de formulis Benedictionis Papalis, Absolutionis generalis et in articulo mortis pro Ordinibus Regularibus (3550); de Rosario Mariali (3598); de Breviario Ordinis Cisterciensium (3655); de Missa de SS. Corde Iesu in prima Feria VI cuiuslibet mensis (3712); de non exponendis in eadem Ecclesia imaginibus dejjictis vel statuis eumdem Coelitem, vel Deiparam sub eodem titulo, referentibus (3732); de cultu S. Familiae et de associatione ab eadem S. Familia nuncupata (3740. 3777 . 3778. 3802); de Missis de Requie (3753. 3755); de Missa Conventuali pro Regularibus (3757) ; de Canonicis- et Bénéficiais (3782. 3783. 3828. 3865); de sacris vestibus adhibendis in functionibus ecclesiasticis (3784); de Festis primariis et secundariis (3808. 3810. 3837); de cultu B. M. V. Matris Boni Consilii (3815); de Musica Sacra Decreta Leonis XIII (3830) ; de moderando cultu Servorum Dei qui nondum ab Apostolica Sede inter Beatos relati sunt (3835); de modo professionis emittendae vel renovandae a Religiosis intra Missam (3836. 3912) ; super exequiis (3854); de Missa in aliena Ecclesia (3862. 3985); de Missis de Requie lectis in Sacellis Sepulcreti, et de iisdem Missis praesente physice vel moraliter cadavere (3903. 3944); de Missa de Requie lecta in Oratoriis privatis Praelatorum (3915); de Missis" votivis (3922); normae pro petendis a S. R. C. novis Officiis et Missis (3926); de Episcopis qui in Italia Dioecesim a se dimissam administrant ad tempus (3958); de Missis solemnibus in Ecclesiis Suffraganeorum, assistente Metropolita (4001); de cultu Cordis Purissimi B. M. V. (4004); de Oratoriis semipublicis (4007); de iure Episcoporum cedendi Thronum alteri Episcopo (4023); de cultu SS. Cordis Iesu amplificando (4045. 4017).

IV.

Volumen quartum, in 8°, pag. iv-442, anno 1900 vulgatum, Instructionem Clementinam pro Expositione SS. Sacramenti occasione Orationis XL Horarum, adnotationibus clarissimi Gardellini illustratam cum suo Indice vel Summario, primis 152 paginis complectitur. Uti probe constat, solemnis Romae est cultus per XL Horas SS. Eucharistiae publice exhibitus; qui ab anno 1592 per Clementem VIII certo ordine inductus fuit, ita ut per anni circulum, in variis sibi succedentibus Ecclesiis Urbis, Christus Dominus fidelium veneratione non careat. Clemens XI Instructionem, ab ejus nomine ***Clementinam*** dictam, d. 21 Ian. 1705 edidit, ad praefatum cultum qua decet solemnitate et reverentia SS. Euchaiistiae exhibendum; quae Instructio adhuc in.suo rohore perseverat non solum Romae: sed est norma cui per Orbem universum in hoc cultu SS. Eucharistiae praestando omnes conformamur. Hinc nemo non videt quantae sit utilitatis vel potius necessitatis Instructionis Clementinae Commentarium, quod in hoc quarto Volumine a S. R. C. editum fuit. Reliquis 290 paginis, nempe a pag. 153 ad 442 inseruntur quaedam ex celebrioribus votis seu Suffragiis Consultorum S. R. C, et adnotationes super Decreta in primis tribus Voluminibus edita. Maximi momenti sunt haec Suffragia et adnotationes, quum jus liturgicum antiquum ac hodiernum et Archeologia m christianam in gravissimis quaestionibus quamplurlmum illustrent. Quaedam ex his Suffragiis notamus • de Communione in azymo et fermentato (super Decreto 2584); de Episcopis Titularibus (2585); de praecedentia quoad Religiosos et Confraternitates (2606); da reconciliatione Ecclesiae' aut Altaris (::612); de minoribus Imaginibus quae super Altaria apponuntur (2613); de variis ritibus, praeserlim de Ambrosiano (2614); de Missis in triduo Mortis Christi et de Ordinatione in Sabbato Sancto (2616); de Calice quando ad usum sacrum evenit ineptus (2620); de Missa Praesanctificatorum (2636) ; de Cruce pect orali (2665); de Mitra (2670); de Aquae Benedictione (2682) ; de consuetudinibus, et de Cereo paschali (2684) ; de Benedictione et Consecratione Virginum (2686) ; de Titulis et Patronis (2721); de privilegiis Basilicarum (2744); de Benedictionibus (2745); de Imaginibus Altarium (2752); de Festis primariis et secundariis (3808); de moderando cultu Servorum Dei, qui nondum ab Apostolica Sede inter Beatos relati sunt (3835); de Dedicatione Ecclesiae (3881); de Altari Sepulchri Feria V in Coena Domini (3939).

V.

Volumen quintum, in 8°, pag. iv-523, anno 1901 vulgatum, continet Indicem generalem rerum occurrentium in Decretis S. R. C. per tria priora authenticae Collectionis Volumina digestís, cum enunciatione Suffragiorum atque adnotationem quae in quarto Volumine continentur. Quanti sit aestimandus iste Index, indicat ipsa eius moles, et methodus, qua P. Georgius Schober, e Congreg. SS. Redemptoris, S. R. C. Consultor et Commissionis Liturgicae Secretarius (|- 3 Dec. 1907), patientia vere theutonica, opus, a S. R. C. approbatum, ad exitum perduxit. Iste enim Index non est arida et coacervata vocabulorum series, sed specialis et completa liturgicae disciplinae veluti synopsis atque summarium, unde studiosus nedum ductum refert et opem, sed etiam plusquam satis addiscit Liturgiae leges in synthe- icam quasi formam contractas. Historicus etiam quaestionum progressus in Indice ipso per varia Decreta adnotatur, donec stabili iudicio ius liturgicum in tali quaestione firmaretur. Index iste per litterarum ordinem digestus est, non ita tamen ut sub uno eodemque vocabulo, exempli gratia ***Episcopus,*** quaecumque ad Episcopum attinent recensita habeantur, sed potius materia tota de eodem subiecto

per partes sive articulos diversos, litterarum et ipsos disti ibutos ordine, dispertita est: puta ***Episcopus administrator, Episcopus aegrotus aut defunctus*** etc, Sic legenti citius expeditiusque, quin integrum ali-; quem prolixioremque articulum legere teneatur, id tantum quod sukinterest, seorsum, et confestim ante oculos obversatur. Quo autem amplius istae subiecti euiuspiam partitiones vel, si dicere liceat, subdivisiones, ad studiosorum opportunitatem proficere valeant, maiori Indici curatum est subnecti Indiculum alterum, seu articulorum omnium tabulam. Iuvabit namque quam plurimum sub uno ferme oculorum aspectu titulos simul omnes, ordine subsequente in-, tueri. Cuivis ferme articulo Indicis addita fuit enun^ ciatio aliorum, qui natura et obiecto affines illi se habent ; ita ut quod in uno articulo desit, in allegato facile possit inveniri. Festa particularia non sub generali aliquo titulo, puta ***Festum, Officium, Missa*** etc., sed ad peculiares proprios titulos redacta sunt, puta ***Nativitas Domini, Assumptio B. Mariae Virginis, S. Ioannes Baptista*** etc. Ita etiam Antiphonae, Responsoria, Versiculi etc, non sub dicta generali enunciatione, sed prioribus illorum verbis, ex. gr. ***Eocultabunt Domino, Libera me, Domine, Et incarnatus est*** etc. specialem titulum constituentibus, conspiciuntur.

VI.

Volumen sextam (Append. I), in 8°, pag. xi-177, anno decurrenti 1912 vulgatum, Decreta a num. 4052 ad 4284, quae. S. R. C. ab initio an. 1900 ad diem 30 Decembris anni proxime elapsi 1911 edidit, et in hac Collectione inserenda esse duxit. Hoc VI Volumen cum suo Indice generali SSmus D. N. Pius Pp. X, Decreto ***Urbis et Orbis,*** diei 24 Aprilis 1912 approbavit et authenticum declaravit. Index Dioecesum et Decretorum ordine alphabetico, sicut in prioribus Voluminibus, praeponitur.

Quaedam ex praecipuis Decretis, quae 129 paginis complectuntur, annuneiamus : circa Missas de Requie (4096. 4130); de luce electrica in Ecclesiis (4097.4206); Motu Proprio SSfiri D. N. Pii Pp. X de Musica sacra (4121), cum subsequentibus Decretis ; Epistola ad Emum Vicarium Urbis de Musices sacrae instauratione (4125); Motu Proprio de Protonotariis Apostolicis de numero Participantium, supranumërariis, ad instar et Titularibus seu Honorariis, de ceteris Praelatis Romanae Curiae, de Dignitatibus, Canonicis et aliis qui nonnullis privilegiis Praelatorum propriis fruuntur, diei 21 Febr. 1905 (4154. 4182. 4199. 4238. 4267); Instructio de Clerico, saltem sacra Tonsura initiato, qui pro Subdiaeono, vel loco Cappellani Episcopo vel Praelato inservit (4181) ; de cantu puellarum et mulierum in Ecclesiis (4210. 4231); de Anniversario electionis seu translationis Episcopi, iuxta novam disciplinam (4254. 4258); de signis rythmicis in Musica sacra (4259. 4263) ; Instructio pro editione librorum liturgicorum (4266. 4166. 4178. 4229. 4234. 4259. 4263. 4260); de diebus Festis (4272. 4273. 4274. 4276. 4277. 4278, 4280) ; Constitutio Apostolica ***Divino afflatu*** de nova Psalterii dispositione in Breviario Romano (4279); pro Cardinalium et Episcoporum decore, normae in Officiis sacris ab iis persolvendis statuuntur (4284).

Decreta subsequitur Index generalis sexti Voluminis, eadem methodo ac simili patientia, uti Index priorum Voluminum concinnatus. Id autem speciale de hoc Indice notandum est, quod in eo Decreta non solum in Summarium reducuntur, sed etiam authentice explicantur, prout in Decreto approbationis clare enunciatur; quod quantae utilitatis sit rei liturgicae studiosis nemo non ignorat ; in explicatione enim principia iuris liturgici enunciantur, ita ut ad similes casus applicari facilius possint. Indicem generalem, Indiculus titulorum, prout in quinto Volumine, subsequitur.

Faxit Deus, ut haec Collectionis authenticae Decretorum S. R. C. recensio animos sacrorum Ministrorum moveat ad sacrae Liturgiae accuratum studium, ut sancta sancte tractentur.